plus oꝑabitur ad vitationē vt ipm̄ vitare tenemur q̄ꝫ facti
euidētia?& maximè nihil plus oꝑabit̄ ad vitādū fratrē in ci
bo cōi ſumēdo.Cōſimile p̄ceptum videtur dediſſe Petrus
in ordinatione Clementis,dicens populo,vt primum ſenti-
rent Clementē alicui pro ſuis prauis actibus aduerſum:No-
lite expectare donec ille vobis dicat,Cū illo nolite eſſe ami-
ci:ſed ſtatim ſine eius commonitione auertāt ſe à tali,& non
loquantur quibus ipſe non loquitur.adiūgens,Si quis vero
voluerit amicus eſſe quibus ipſe non loquitur:vnus eſt ex il
lis qui exterminare eccleſiam dei volunt: qui dum corpore
videatur eſſe nobiſcum,mente tamen & animo contra nos
eſt licet Gratianus cap.ad menſam.xj.d.iij. contra rationem
id intelligat de notatis per ſententiam,ne cōtrarium ſit Va-
rēſi conſilio in.c.ſi tantū epiſcopus,& ca.placuit.vj.q.ij. Ra
tio,quia illa ca.loquūtur vbi epiſcopus ꝓbare nō poteſt:&
in ſubtractiōe prȩiudiciali ꝓxima.Petrus vero vbi ꝓbare

poteſt,vel ſi probare nequeat: tũc intelligit de ſubtractiõe
cõionis alias gratuitę.Idẽ videtur euidenter ꝓbari.ij.Paral.
xix.vbi ꝑ prophetã loquit̃ dñs Ioſaphat:Impio prębes au-
xiliũ:& ijs qui oderunt deũ,amicitia iũgeris: & idcirco irã
quidem dñi mereberis:ſed bona opera inuẽta ſunt in te &c.
Ipſe aũt Ioſaphat ſolũ p̃buerat ĩpio & inimico dñi Achaz
auxiliũ in cã iuſta,recuperãdi ſcilicet ꝑtẽ terræ ꝓmiſſionis
A ab infidelibus occupatã Intelligendo igitur pręceptũ Apo
ſtoli de peccatoribus etiã ante ſententiã iudicis,pro ſolutio
ne quęſtionis p̃mitto ꝙ in lege veteri animal nõ ruminans
aut non findens vngulã erat immundũ:per qđ ſpiritualiter
datur intelligi ꝙ homo nõ ruminans mandata q̃ a deo acce
pit,ĩmundus eſt,iuxta illud Eccſi.iij. Quæ tibi p̃cepit deus,
illa cogita ſemp.Et iuxta ſniam Aug.Nõ minus reus erit q
verbũ dei negligẽter audit,q̃ꝫ qui corpus Chriſti ſua negli
gẽtia cadere in terrã permiſit.ſ.q.ſ.interrogo vos fratres.Aut
ſi nõ findit vngulã,id eſt ſi nõ diſcernit ſpiritũ à litera,imũ
dus eſt.Litera eñ occidit,ſpiritus aũt eſt qui viuificat.ij.ad
Corinth iij.Nec in verborũ folijs, ſed in radice rationis eſt
euangeliũ.ſ.q.ſ.Marchion In hoc manifeſtè redarguit Pha-
riſæos dominus Mat.xij.dicens eis:Si ſciretis quid eſt,Miſe
ricordiã volo,& nõ ſacrificiũ:nunq̃ꝫ condẽnaſſetis innocẽ-
tes,ſcilicet apoſtolos vellentes ſpicas ſabbato:qđ Phariſæi
credebãt illicitũ propter literale mandatũ obſeruationis ſab
bati.Secernẽdo igitur ſpiritũ à litera,dico ꝙ pręcepta qbus
mandamur extrĩſecus aliquid exhibere ꝓximo,vel ſibi ſub-
trahere,ſeu non exhibere:dantur ad finem proficiendi proxi
mo. Cum igitur præſcimus, vt humana fragilitas futura
prænoſſe permittit, literalem obſeruantiam talis mandati
proximo non profuturam,non obligamur pro tunc ad prę
cepti illius obſeruantiam.Exemplum:tenemur fratrem pec
cantem corripere,& vt conuertatur, efficacius admonere:
quod cum probabiliter præſciuerimus ei nõ profuturum,
non tenemur.Vnde Auguſtinus: Si tibi ſcirem non prodeſ-
ſe,non te admonerem,non te terrerem de pœnitentia diſtin.
vij.capitulo ſi quis.ij. Similiter prohibemur furioſo redde-



re gladium,ne ſe vel alium interimat:quod tamẽ licet dum
maius periculũ imminet ex nõ reddẽdo.vt dicit Tho.xxxij.
diſtin.iiij.In propoſito præceptũ apoſtolorũ Petri & Pau-
li de vitando peccatores fratres,datur vt cõfuſio eos ab er-
rore reuocet:vt clare patet.ij.ad Theſſalõ.iij.Quod ſi quis
nõ obedierit verbo noſtro per epiſtolã:hunc notate.gloſſa,
id eſt reprehendite,vel nobis ſignificate.ſequitur:Et nõ cõ-
miſceamini cũ illo,vt cõfundatur.& nolite quaſi inimicum
exiſtimare.ſed corripite eũ vt fratrem..Ex quo manifeſtè pa
tet quòd hæc ſubtractio eſt correptio facti:quæ nõ minꝰ
neceſſaria eſt q̃ꝫ correptio verbi:quũ magis inducat ad eru-
beſcentiam,& ſic efficacius retrahat ſeu reuocet ab errore
Pſal.lxxxij.Imple facies eorũ ignominia:& quærent nomẽ
tuũ domine &c.Sed vbi iam hæc integritas? Non ſolũ(qđ
lamentatur Chryſoſtomus) nõ fugimus ebrioſos, ſed imus
ad eos,& participamus cũ illis.xi.quæſt.iij.ad menſam. ſed
qđ deterius eſt,pupillos conſuimus ſub vtroq; cubito ma-
nus,vt in ſordibus peccatorũ mollius requieſcant,dũ iuſti
ficamus impium pro muneribus,& iuſtitiã iuſti auferimus
ab eo.Eſaiæ.v.Et per dulces ſermones & benedictiões ſedu
cimus corda innocentium.ad Romañ.vltimo.Et quid vos
moror domini? Non eſt nobis pars in ſorte ſanctorum,qui-
bus dominus in monte ſancto ſuo requiem præſtabit:quã-
diu in conſpectu noſtro non eſt ad nihilum deductus mali-
gnus,vt glorificemus ſolum timentes dominum. Pſal.xiiij.
Et quomodo ſine iniquitate eſt,qui nõ perfecto odio odit
inimicos domini,qui ſummum bonum eſt,quem & ſupra
nos tenemur diligere? pro æuo facit Pſal.c.Nõ adhæſit mihi
cor prauum:declinantẽ a me malignum non cognoſcebam.
&c.ac ſi aperte dicatur,Alias cor deprauatũ haberẽ. ¶Di- B
ces fortaſſe,ſic docebis vxorem vt virum corrigat,ab eo di
ſcedere:& ſeruũ à domino:cõtra illud de diuortijs, q̃ſiuit.
& dabis quaſi velamen malitiæ,euangelicã libertatẽ. ¶Re
ſpõdeo.Aliud eſt ſubtrahere debitũ,aliud non exhibere gra
tuitum,ſeu indebitum. Primum ſola publica auctoritate
licet cuius eſt in delicti pœnam alicui ſua auferre, Vnde

non ꝓpterea licet priuato homini pecuniã debitã non ſoluere,qa creditor cum ſcortis cõſumpturus eſt:ſed indebitã
C teneretur vtiq; tali non dare.❡Finaliter ad oppoſitũ tactũ in qõne,& ſnĩa Auguſtini cõfirmatũ,dico qđ diſtinguẽdo tẽpora cõcordabit ſcriptura.ij.q.ſ.ſi peccauerit.cũ ex cõione nr̃a potius ſperat̃ correctio,cõicabimus,& crudeliter vitaremus:imò peruerſe vitando(vt vult Aug.) vinceremus eos ad gehẽnã.ſed cũ ex ſubtractione noſtræ cõionis ꝓbabiliter ſperat̃ fratris emẽdatio:& nihilominus formidãtes iudiciũ vulgi,qa.ſ.dicet nos hypocritas,aut ſepulcra dealbata intus fœtentia,& foris cõpoſita,aut qa timemus carnis cruciatũ,aut etiã interemptionẽ,ꝑtermittimus hoc modo fratrẽ corrigere,exclamat cõtra nos Chriſtus:Quæ vtilitas in ſanguine meo,cũ deſcẽdero in corruptionẽ?Et abſq; dubio ſanguinẽ fratris de manũ noſtra reqret:quẽ dũ nõ colligimus,in diſtricto iudicio cẽſebimur ſpargẽdo occidiſſe.Mat. xij.Qui nõ eſt mecũ,cõtra me eſt:& q nõ colligit mecum, diſpergit.A quo nos præſeruare dignetur qui in ſecula viuit benedictus.Amen.

## Quodlibetica Quæſtio tertia eiuſdem, anno à ſalute humana.mccccxcij.in ſcho lis artiũ eiuſdem ſtudij ab ipſo diſputata.



Er uenerabilẽ dominũ Quodlibetariũ ſunt mihi nuper tres quæſtiones ꝓpoſitæ: vna cũargumẽtis reliq duæ ſine argumentis.

### Quæſtio cum ar gumentis.

❡Vtrum licet miniſtrare Euchariſtiã,aut abſolutionis bñficiũ ipendere ei q ſe aſſerit



aſſerit à criminibus abſtinere nõ poſſe?❡Ad hãc qſtionẽ reſponſurus:qa tãgit doctrinã fidei ſubmitto oĩa q dicã determinatiõi ſctẽ Romanæ eccl'ie,& oĩm quorũ intereſt deuiãtẽ in via ỽitatis dirigere.Et erũt ꝓ deciſiõe qſiti tria vidẽda.Primũ,an huiuſmodi aſſertio de nõ poſſe a criminibꝰ abſtinere,ponat aliqđ pct̃m quo hõ idignus reddit̃ ꝑceptione ſacramentorũ.Et qa(ſuppoſito ꝙ ſic)cõferre tali ſacramẽtũ videret̃ quoddã cooperari ad peccatũ.Secũdo iquiretur an ſemper illicitũ ſit ꝓximo cooperari ad actũ peccati. Tertio an vnq; liceat Euchariſtiã aut aliquod ſacramentũ ſciẽter idigno tradere.Et ne affectu potiꝰ ꝙ̃ rõne iudicare videar adducã prio ꝓ cuiuſlibet articuli oppoſiti à ꝑtibus argumẽta que potiorẽ in materia difficultatẽ afferre vident̃: vt ſic diſputatiõis dẽte trita veritas nos cõmodius reficiat. Si quidẽ Hieronymo teſte nihil certius deprehẽdit̃ eo quod diſputationis dẽte teritur.Adduco igitur ad partem negatiuam prio tria argumẽta.Primũ.Nemo peccat in eo qđ vitare non poteſt.ſed hõi impoſſibile eſt vitare huiuſmodi errorẽ.ergo &c.maior eſt Aug.in lib.de libero arbitrio,& lib. de vera religione:vbi ſic ait,Vſq; adeò peccatũ voluntariũ malũ eſt,vt niſi ſit voluntariũ,nullo mõ eſt peccatũ.Et hoc quidẽ adeò manifeſtũ eſt,vt nulla huic doctorum paucitas, nulla indoctorũ turba,diſcentiat.Hinc ibidem definiẽs peccatũ ait:Peccatũ eſt volũtas conſequẽdi vel retinẽdi quod iuſtitia vetat.vnde liberum eſt abſtinere.& eſt regula iuris, ꝙ nemo poterit ad impoſſibile obligari.Minor ꝓbatur dupliciter.primo quia huiuſmodi error eſt aſſenſus intellectus & omnes actus itellectus,naturali neceſſitate producuntur, quẽadmodũ & calefactio ab igne.Preterea ſecundum Auguſtinũ lib. de prędeſtinatione ſanctorum,poſſe habere fidem ſicut poſſe habere charitatem,nature eſt hominum.habere autem fidem,quemadmodum & habere charitatẽ,gratiæ eſt fidelium.Quod clare fundatur in verbo Apoſtoli ad Ephe ij.Gratia ſaluati eſtis per fidem: & hoc non ex vobis Donum enim dei eſt, non ex operibus, ne quis glorietur. Sed errorem in ijs quæ fidei ſunt, vitare non poſſumus ſi

ne fido.ergo non eſt in hominis ptāte &c.Secūdo ſic.Cæcus
mēte non peccat.ſed taliter errās neceſſario eſt cæcus mēte:
ergo.Maior patet ex verbo Saluatoris Ioā.ix.Si cæci eſſetis:
pctm̄ nō haberetis.iā quia dicitis:Videmus,peccatū veſtrū
manet.Et minor patet per illud Apoſtoli.ij.ad Corinth.iiij.
Quod ſi etiā opertū eſt euāgeliū noſtrū:in ijs qui pereūt eſt
opertū,in qbus deus huius ſeculi excęcauit mētes infideliū,
vt nō fulgeat illuminatio euangelij gloriæ Chriſti,Et Io.xij.
Propterea nō poterāt credere,quia dixit Eſaias.Excæcauit
oculos eorum,& indurauit cor eorū vt nō videāt oculis,&
corde intelligāt,& cōuertantur,& ſanem eos.Tertio ſic qa
ſola volūtate peccatur:vt dicit Aug.libr.de duabus aīabus.
Sed hic error ſtat ſine vitio voluntatis:ergo &c, Minor pa=
tet:tū prio quia ſtante illo errore poteſt nihilominus volun
tas velle abſtinere ab oī peccato,cum voluntas ſit īpoſſibili
um,vt tradit Philoſophus.iij.Ethicorum.Etiā pōt efficaci=
ter abſtinere velle quandiu poſſet:ſed tunc in nullo videtur
voluntas culpabilis.ergo &c.Tū ſecundo,quia ſtat cū vera
pœnitētia.Nā ad verā pœnitentiā ſufficit vt in paupertate
ſpiritus,corde cōtrito,& tremore ſeruorū domini cōfugiat
hō ad deū pro miſericordia:iuxta illud Eſa.vltimo: Ad quē
aūt aſpiciam niſi ad pauperculū,& cōtritū ſpiritu & timē=
tem ſermones meos?Sed qui ſic penitet,non ſtatim adipiſcit
notitiam omniū agendorum:vt patet Actuum.x.de Cor=
nelio Centurione,cuius eleemoſyne & orationes exauditæ
erant apud deum &c.nec ſtatim erat edoctus de agendis &
neceſſarijs ad ſalutem:ſed accerſire debuit Petrum pro no=
titia eorum quæ erant ſibi neceſſaria ad ſalutem. ¶Ad op=
poſitum arguo ſic.Primo,omnis infidelitas.hereſis & bla=
ſphemia eſt peccatum mortale:quo homo indign9 &c.ſed
hic error eſt huiuſmodi,ergo &c.Maior patet p illud Mar.
vltimo.Qui non crediderit condemnabitur.Et Ioan.iij.Qui
non credit,iam iudicatus eſt. Minor videtur Hieronymi
in explanatione fidei ad Damaſum papam,vbi ſic inquit
Execramus eorum blaſphemiam qui dicunt impoſſibile ali
quid à deo homini eſſe præceptum,& mandata dei non à



ſingulis ſed ab omnibus in cōi poſſe ſeruari.Et tam illos er
rare dicimus,qui cum Manichæo dicunt hoīem vitare nō
poſſe,ꝙ̄ illos qui cum Iouiniano aſſerunt hoīem non poſſe
peccare.¶Scd̄o ad idem vr̄ determinatio expſſa eccleſię in A
ca.quod quidam,de pœnitētia & remiſſio.vbi dicitur ꝙ ta
lium aſſerentium,ſcilicet ſe à pctō abſtinere non poſſe.quā
uis non ſit vera pœnitētia,admittenda tn̄ eſt eorū cōfeſſio
&c.Sed non vr̄ error ille poſſe impedire veritatem pœnitē=
tiæ,niſi ponatur eſſe peccatum mortale:ergo &c.¶Pro ſo
lutione pręmitto ꝙ quilibet ratione vtens obligatur aliqua
explicite credere,iuxta illud Apoſtoli ad Hebræos vndeci=
mo:Sine fide impoſſibile eſt placere deo.Cuius cauſam ſub
dit:Accedentem enim ad deum,oportet credere quia eſt,&
ꝙ inquirentibus ſe remunerator ſit.Et quanuis ad plura ex=
plicite credenda teneant maiores eccleſiæ ꝙ̄ ſimplices,ꝑut
vult Gregorius exponens illud Iob.j.Boues arabant,& aſi=
næ paſcebant iuxta illos(ꝑ boues intelligens maiores,quo=
rum eſt triturare fidei frumentum.ꝑ aſinas ſimplices,q pa=
ſci habent in fide maiorum)omnes tamen obligantur expli
cite credere vel ſcire oēs fidei articulos in ſymbolo conten=
tos,&antecedētia ad illos,cuiuſmodi ſunt deum eſſe,& deū
iuſte & miſericorditer ſeu pie mundū gubernare.cui mani=
feſte repugnat deputare homini ad culpā quod vitare non
poſſet.Ex quo ſequitur ꝙ licet ad hæreſim ſtricte ſumptā,
ꝙ̄ afficitur pœnis iuris,requiratur animi pertinacia,vt de=
duci ſolet ex.c.dānamus.de ſumma trinitate,& fide catholi
ca.vbi non damnatur Abbas Ioachim ex ſuo errore cōtra
vnitatem eſſentiæ in diuinis,eo ꝙ ſine animi pertinacia om
nia ſubmiſerat determinationi Romanæ eccleſiæ.Idem ſo=
let ꝓbari ex verbis Aug.xxiiij.q.iij.dixit Apl's.Et.c.qui in
eccleſia.Stat tamē in homine frequēter mortalis infidelitas
cum promptitudine corrigendi errorē poſtꝗ̄ ſibi ſufficien
ter doctum erit quomodo catholicę fidei aduerſetur.Patet
hoc,quia quiſq; tenetur multos articulus explicite credere.
Si ergo pro tempore quo ad hoc obligatur non credat,aut
per deſidiam ſuam incidat in contrariū errorem,puta cre=

dat Chriſtũ verũ corpus nõ habuiſſe, phantaſtice paſſum,
aut humanũ genus nõ redemiſſe: talis nõ obſtãte prõptitu-
dine corrigẽdi &c. ſine dubio mortaliter peccat: licet ꝓpter
imꝑfectionẽ actus cõtingat hmõi motus infidelitatis excu-
ſari à mortali: vt tradit Tho. i. ij. q. lxxxviij. arti. ij. & Gerſon
in libello concluſionum. Iam dico ad qõnẽ: Quis dupliciter
B põt credere ſe à pctis abſtinere non poſſe. Primo ꝙ nõ poſ-
ſit hoc ſine ſpeciali dei gratia & adiutorio: & ſic non errat.
Vnde conciliũ Mileuitanũ cui interfuerũt Auguſtinus &
Anſelmus: Qui dixerit nos ꝑ liberũ arbitriũ ſine gratia iu-
ſtificationis poſſe implere diuina mãdata, quãuis facilius
poſſemus ꝑ gratiã, anathema ſit. de cõſecr. diſt. iiij. c. fi. Alio
modo abſolute credendo non poſſe ſe abſtinere à pctõ, aut
nõ poſſe ad vitandum pctã à deo ſufficiẽs auxiliũ impetra-
re, etiam ſi fecerit quod in ſe eſt. Et hic error eſt ſpecies infi-
delitatis, oppoſita fidei ad quã obligatᷣ credendo deũ iuſte
pie & miſericorditer mũdũ gubernare. Illi enim manifeſtiſ-
ſime repugnat, apud vnumquenq; ſanæ mẽtis, deũ hoĩ im-
putare ad culpã, ad quod vitandũ nec dedit nec dare para-
tus eſt ſufficiẽtẽ facultatẽ, hoĩ inquã faciẽti totũ quod in ſe
eſt. Qui error etiã apte cõtrarius eſt ſacræ ſcripturæ Gene-
ſis. iiij. Nõne ſi bñ egeris, recipies: ſin autẽ male, ſtatim pctm̃
tuũ in foribus aderit? Sed ſub te erit appetitus eius, ſcilicet
pcti: & tu dominaberis illius. Quod eſt verbũ domini ad
Caim actu deformatũ pctõ. Et. j. ad Corin. x. dicit Apoſtolꝰ
Fidelis deus q nõ patietᷣ vos tẽtari ſupra id quod poteſtis:
ſed faciet cum tẽtatione ꝓuentũ: vt poſſitis ſuſtinere. Et de
hoc ſcdo modo aſſerẽdi ſe à pctõ abſtinere nõ poſſe, loqtur
verbũ Hieronymi allegatum: Execramus eorũ blaſphemiã
&c. & decretalis, qđ qdã. de pœni. & remiſ. Nec rõnabile eſt
eã exponere de nõ poſſe abſtinere ex contrario affectu, qa
ſcilicet vult non abſtinere: prout effectualiter eam canoni-
ſtæ intelligunt: qa aliud eſt nolle abſtinere, de quo in textu
nulla fit mẽtio: & aliud non poſſe abſtinere. Patet ergo q̃uo
blaſphemũ impium & infidele eſt aſſerere &c. ¶ Obijcies
fortaſſe illud Aug. in lib. Retractationũ, Sũt qdã neceſſitate



facta merito improbãda, vbi hõ vult recte facere, & nõ po-
teſt: vt eſt illud Apoſtoli, Non quod volo bonũ hoc ago,
ſed quod odi malũ id facio. ad Rom̃. vij. Et caro cõcupiſcit
aduerſus ſpm̃, & ſpũs aduerſus carnẽ. Hæc enim ſibi inui-
cẽ aduerſantᷣ, vt nõ q̃cunq; vultis illa faciatis. ad Gal. v. Idẽ
confirmari videtᷣ verbo Hugonis lib. j. de ſacramẽtis, parte
vij. ca. xxvij. vbi ſic dicit: Non põt excuſare vlla neceſſitas
quã oꝑata eſt prior voluntas. Culpa enim volũtaria pœnã
meruit. pœna oꝑata eſt infirmitatẽ. infirmitas adduxit ne-
ceſſitatẽ. Et idcirco qa neceſſitatẽ oꝑata eſt voluntas, ipſam
voluntatem nõ põt excuſare neceſſitas. Et Anſelmus. i. lib.
Cur deus homo. c. xxv. Non excuſat impotẽtia quin teneatᷣ
hõ deo honorẽ reddere, quẽ ſibi abſtulit: qa in hanc impo-
tẽtiam ſponte ſe deiecit. declarans hoc ꝑ ſimile de ſeruo q
ſuſcepto domini mandato proijcit ſe in lutũ, vnde impoſſi-
bilitatur iniunctũ explere: quem tñ illa impotentia nõ rele-
uat. ergo nõ videtur blaſphemum impium & infidele aſſe-
rere &c. ¶ Reſpondeo poſt Bonauẽturam in. iiij. di. ij. q. li- C
cet in nobis ſit neceſſitas peccandi venialiter in gñe, & ad
nullũ determinate, vt exẽplificari ſolet de exiſtẽte in naui in
varijs partibus perforata, cuius quodlibet foramen poſſet
nauta obſtruere, ſed non oĩa: nulla tamen ineſt homini ne-
ceſſitas peccandi mortaliter: vt patet per Magiſtrum diſt.
xxxvj. ij. Vnde quamuis homo ſine gratia nequeat vitare o-
mnia peccata mortalia: quia tamẽ poteſt ad deum ꝑ gra-
tia confugere, & deus confugientem ad ſe ſuſcipiet, cũ pro-
pè ſit dominus omnibus inuocantibus eum, omnibus inuo-
cãtibus eũ in veritate: Pſal. cxliiij. adeò vt Aug. affirmet: Si
confugientẽ ad ſe non reciperet, eſſet in deo iniquitas. For-
taſſe dicetis. j. Reg. iij. dicitᷣ: Iuraui domui Hely ꝙ nõ expie-
tur iniqtas domus eius victimis & muneribus vſq; in ſem-
piternũ. Et Greg. Cum ſuperna indignatio ſeſe (vt ita dixe-
rim) medullitus mouet, hác opinio vel oppoſitio humana
nõ remouet: nec ſe cuiuſq; vtiliter deprecatio obijcit, cũ ſe-
mel deus aliqd ab ĩtimis iraſcẽdo diſponit. xxiij. q. iiij. c. Na-
buchodanoſor. ergo nõ eſt paratus deus recipere confugiẽ-

D tem ad ſe.¶ Rñdeo ꝙ aliud eſt de abolitione pœnæ:& aliud
de remiſſione culpæ. Argumẽta ꝓcedunt de pœna quã deus
ſtatuit pctõribus infligendã:ſed culpã ſemꝑ paratus eſt re-
mittere,& gratiam iuſtificationis conferre:iuxta illud Apo
ſtoli ad Rom.x.Idem eſt dñs oĩm diues in oẽs qui inuocant
illum.Oĩs enim quicũqꝫ inuocauerit nomẽ dñi:ſaluus erit.
Et Eccli.ij.Quis inuocauit eum,& deſpexit illum?qm̃ pius
eſt & miſericors,& remittet in die tribulationis peccata.Et
Ezech.xviij.Pœnitentiã agite ab oĩbus iniqtatibus veſtris
& non erit vobis i ruinã iniquitas.Subdit:Nolo mortẽ mo
riẽtis:reuertimini potius,& viuite &c.ergo impiũ & blaſ-
E phemum eſt &c.¶ Ad rõnes ante oppoſitum.Ad primam
ꝓbationem minoris dico ꝙ nunqꝫ intellectus culpabiliter
errat ſine vitio volũtatis.Vnde Aug.iij.de libero arbit.Nõ
tibi imputaẽ ad culpã ſi inuitus ignores,ſed ſi ſcire nõ ſtu-
dueris,ſi dignã ad recte faciendũ opam nõ dederis.Vñ vo
lũtas quia domina eſt in regno animæ,poteſt mouere intel-
lectũ vt diſcat vel aduertat quãcunqꝫ veritatẽ ad cuius no-
titiam vel fidẽ obligaẽ.Et ſic quãuis illi aſſenſus intellectꝰ
naturaliter cauſentur tam veri qꝫ erronei ex oĩbus ſuis cau
ſis poſitis,includẽdo ſub ly cauſis diſponẽs requiſitas:añce
denter tñ ſunt in poteſtate voluntatis:& ſic poſſunt impu-
tari ad culpam,qa.ſ.põt remouere diſpoſitiones impediẽtes
aſſenſum,& cõgruas aſſumere:retrahere à cõſideratione a-
liorum,& mouere ad ſtudiũ neceſſariorum.Quòd aũt affe
ctiones voluntatis nõ ſolũ diſtrahãt intellectũ,ſed etiã eius
iudiciũ ꝑuertant,patet ꝑ illud.ij.Rhetoricorũ:Non eadem
videnẽ amantibus & odientibus,iratis & manſuete ſe habẽ
tibus:ſed oĩa diuerſa vel ſaltẽ magnitudine.& Ioan.v.Quõ
poteſtis credere,qui gloriã abinuicẽ accipitis,& eã q̃ à ſolo
deo eſt,nõ q̃ritis?Det dñs vt non eadẽ cauſa(qua plerunqꝫ
inficimur)aberremus & excidamus à recta fide.¶ Ad ſecũ
dã ꝓbationẽ minoris rñdet btũs Tho.ij.ij.q.ij.art.v.ad pri-
mum.Si in ptãte hoĩs dicaẽ eſſe ſolũ illud quod põt exclu-
ſo auxilio gratiæ:ſic ad multa teneẽ hõ q̃ nõ põt ſine gratia
reparante:vt ad diligendum deum & ꝓximum,ſimiliter ad



credẽdum articulos fidei:ſed tñ hoc põt hõ cũ auxilio gra-
tiæ dei,quod diuinitus miſericorditer qbuſdã datur,alijs iu
ſte nõ datur in pœnam p̃cedentis pcti ſaltem originalis:vt
dicit Aug.in lib.de correctione & gratia.¶ Ad ſcdm prin F
cipale reſpondeo,Cæcitas q̃ excuſat à pctõ,eſt impotentia
videndi intellectualiter,vt in fatuis,dormiẽtibus,aut aliter
ab vſu rõnis impeditis.Apoſto.aũt loquiẽ de cæcitate nõ
q̃ dicit impotentiã videndi,ſed impotẽtiam recte vidẽdi ex
impedimento malitiæ:de quo Sap̃.ij.Excæcauit eos malitia
eorũ.& talis non excuſaẽ à pctõ.In ꝓpoſito tñ Saluatoris
videtur cæcum accipi prout idem eſt ꝙ ſcientiã ſuꝑbe ſibi
non arrogare.Præmiſit em̃.In iudicium veni in hunc mun
dũ,vt q cæci ſunt,videant:& q vidẽt &c.Et cũ diciẽ Ioan.
xij.Propterea non poterant credere &c.dico poſt gloſ.ibi-
dem,ꝙ non poterant, non quia neceſſitate non poſſent,&
ita nulla culpa eſſet in eis:ſed quia nolebant:quã voluntatẽ
eorũ præſciuit,& ꝑmiſſurus p̃nunciauit.Nolebãt inquam
ſemper effectu,etſi nõ affectu,vt exponitur illud Pſal.Qui
diligit iniquitatẽ,odit animã ſuam.¶ Ad tertium dico pri G
mo ꝙ etſi voluntas incompleta(quam multi velleitatẽ no-
minant)ſit impoſſibilium:voluntas tamen cõpleta,q̃ effi-
caciter mouet ad eligẽdũ,& ad exterioris operis exercitiũ,
ſolum eſt poſſibilium:quemadmodum & electio.Suppoſi
to tamen ꝙ voluntas efficax vitãdi omne peccatum ſtaret
cum dicto errore,prout argumentũ aſſumit de velle vitare
quandiu poſſet:non arguit voluntatẽ vitio non ſubiacere.
Exẽplum in illo qui vult fornicari ne puella ſe interimat,cre
dẽs ſe ad hoc teneri,ne incurrat culpam homicidij.Item hæ-
reticus qui volẽs omne peccatũ vitare,tradit ſe incẽdio ꝓ
hæreſi,quam fidei veritatẽ autumat,indubie peccat:nõ ob
ſtante ꝙ animi ſui pertinaciã putet eſſe ꝓ veritatis fidei de-
fenſione cõſtãtiam & debitã fortitudinem.vnde Apoſt.ad
Rom.x.Teſtificor illis qm̃ zelum quidẽ dei habent:ſed nõ
ſcdm ſciẽtiã.Et Ioan.xvi.diciẽ,Venit hora vt oĩs qui inter
ficit vos,arbitretur ſe obſequiũ p̃ſtare deo.Et.j.ad Timo.j.
Qui prius fui blaſphemus & ꝑſecutor & contumelioſus:

ſed mĩam conſecutus ſum,qa ignorans feci in incredulitate
mea.q̃ indubitatum eſt in Paulo grauia pc̃tã fuiſſe.Volun
tate ergo volẽte omne pc̃tm̃ vitare,ſtat iam actu per aliud
velle peccare,vel etiã ꝑ omiſſionẽ intellectu ſimul laborãte
culpabili ignorantia,errore,vel inaduertentia:quãuis ſit im
poſſibile voluntatẽ peccare,& ſimul velle oẽ pc̃tm̃ vitare,
nullo ſtante in intellectu errore vel ignorantia agẽdorũ:cũ
nullus poſſit efficaciter velle finẽ,qn ſimul velit oĩa media
H q̃ ſcit vel credit ad illum finẽ neceſſaria.¶Ad ſc̃dam ꝓba
tionẽ eiuſdẽ minoris dico ꝙ nullus error mortaliter culpa-
bilis,cuiuſmodi eſt ille ad cuius oppoſitã fidẽ explicitã qs
tenet:ſtat cum vera pœnitentia:& ita eſt de errore quo cre
dit ſe à criminibus abſtinere nõ poſſe &c.vt patuit.Et ita
cum errore tali non ſtat contritio ſpũs,q̃ auertit hoĩem ab
omni pc̃tõ mortali:quemadmodum nec in hæretico,q vo
lens vitare pc̃tm̃ exponit ſe ꝓ errore quẽ veritatẽ putat,in-
cẽdio.Nec obſtat illud de Cornelio Cẽturione:qa aliud eſt
de neſcientia agendorum q̃ ſunt poſitiui iuris diuini aut hu
mani,ad q̃ non obligatur homo priuſquam ſufficienter ꝑ
præconem cui fides adhibida eſt,fuerint ꝓmulgata:vt erat
de baptiſmate ſuſcipiendo,de credulitate paſſionis Chriſti
dei & hominis,quæ per Petrum ſibi erant annuncianda:&
aliud de errore infidelitatis,cuius oppoſitum quiſq; ratio-
nis capax tenet credere,cum talis error ſit in prohibitione
quæ ligat ſemper & ad ſemper.Et hæc de primo articulo.

SEcundo inquirendum eſt an ſemꝑ illicitum ſit
ꝓximo cooperari ad actum peccati.Et vr̃ pri
mo ꝙ non.Primo ſic:Nõ reqritur in homine
maior ꝑfectio,q̃ ſit in deo,iuxta illud Lucæ.
vj.Non eſt diſcipulus ſupra magiſtrũ:ſed ꝑfe
ctus omnis erit ſi ſit ſicut magiſter eius.ſed deus vnicuiq;
cooperat̃ ad ſuũ actum pc̃ti,cum in oẽm effectum plus in-
fluat cauſa prima q̃ ſecũda.ergo hoc licet & nobis.¶Cõ
firmo hoc ſic:ſi illicitũ eſſet nobis &c.foret ideo,qa coope
rari ad actũ peccati,inferret conſentire in pc̃tm̃,qui conſen
ſus in pc̃tm̃ ſemꝑ eſt peccaminoſus.ſed hoc non,ex quo ſic



deus inferrent̃ conſentire in pc̃tm̃ ex eius cooperatione:qđ
nephas eſt cogitare aut dicere.Deo em̃ ſimiliter ſunt odio
impius & impietas eius.Sap.xiiij.Nullus aũt cõſentit in id
quod odit.Nec valet euaſio ſi dicat̃:Deus vt princeps ſolu
tus eſt legibus,qbus hõ arctat̃ & ſtringit̃:ideo & ſi de deo
&c.qa etſi nullis legibus poſitiuis aſtringi poſſit:neceſſario
tñ obſeruat q̃ ſunt legis naturæ.Non enim poſſet odire eũ
q ſummo ipſi amore obſeqtur,& in nullo eius mandatum
p̃tergreditur.Iam ſi iſtud cooperari ſit nobis in ꝓhibitione
illud eſt iuris naturæ &c.¶Sc̃do ſic.In ſanctorũ vita ꝑſpi
cimus quid in ſacra ſcriptura intelligere debemus:vt dicit
Greg.ſuꝑ Ezechie.Sed ſancti nõ ſolum cooperati ſunt alijs
ad actum peccati,imò vidẽtur eoſdem induxiſſe.ergo licet
nobis.Minor patet de Loth Geneſ.xix.q Sodomitis clamã
tibus,Educ viros q introierunt ad te nocte,vt cognoſca-
mus eos.q egreſſus ait:Nolite quæſo fratres mei,nolite ma-
lum hoc facere.habeo duas filias,q̃ necdum cognouerũt vi
ros.educam eas ad vos:abutimini eis ſicut vobis placuerit,
dummodo viris iſtis nihil faciatis mali.Quod Ambroſius
vt ſummè charitatis efferre videt̃,cum ait:Offerebat ſan-
ctus Loth filiarum pudorẽ:qa minus erat ſc̃dm naturam
coire,q̃ aduerſus naturã delinquere.xxxij.q.vij.offerebat.
Secundo de Helia.iij.Reg.xviij.q ſacerdotes Baal induxiſſe
videtur ad ſacrificium idolorum cũ eis inquit,Ponẽtes bo-
uem ſuper ſtruem lignorum,ignem non ſupponite,& inuo
cate nomina deorum veſtrorum &c.Deus qui exaudierit
per ignem,ipſe ſit deus:id eſt habeatur & colatur pro deo.
Tertio de Simone & Iuda qui coegerunt demones ꝑ idola
dare reſponſa:quos vtiq; p̄ſciebant falſa dicturos,vt con-
uincerentur eſſe mendaces.Quarto de Helizeo,qui hoc vi
detur declaraſſe licitum.iiij.Regum.v.ca.qui petenti.Naa-
man Syro,Hoc ſolum eſt de quo deprçceris dominum pro
ſeruo tuo quãdo ingredietur dominus meus templum Rẽ-
mon vt adoret:& illo innitẽte ſupra manum meam,ſi ado-
rauero in templo Remmon adòrante eo in eodem loco,vt
ignoſcat mihi dominus ſeruo tuo pro hac re.Cui Helizeus:

Vade in pace.ꝑ quod declaraſſe videt̃ ꝙ licite poterat ſu=
ſtẽtare manus regis in actu idololatriæ,q̃uo etiã ibidẽ Ly=
ra dicit licitũ eſſe puellæ Chriſtianæ vt portet caudã domi=
næ ſuæ infidelis eũtis ad phanũ.Nec releuare poterit ſi hæc
aut horũ aliqua facta dicantur ad vitandum maiora mala,
qa nec illo fine licet mala facere.vnde Apoſtolus ad Rom̃.
iij.Et non ſicut blaſphemamur,& aiunt nos qdã dicere,Fa
ciamus mala vt eueniãt bona:quorum damnatio iuſta eſt.
¶ Tertio:quia ſi ſic,ſequũtur multa incõuenientia in agẽ
dis.Primum,non licebit vſuras ſoluere,cum ſit alteri pct̃m̃
recipere.nec ligabit iuramentum ſuꝑ ſolutione earũ p̃ſtitũ,
contra cap.debitores.de iureiurando.cũ iuramẽtũ nequeat
eſſe iniquitatis vinculũ.xxij.q.iiij.inter cætera.& eadẽ.q.j.ſi
pct̃m̃.vbi habet̃ ꝙ nullus poſſet obligari ad pct̃m̃.iam co=
oꝑatio talis eſt &c.Sc̃d̃m,nõ ligaret iuramẽtũ metu extor
tum de donãdo,cõtra ca.ſi vero.de iureiurando.&.c.ad au=
dientiã.de his q̃ vi metuſve cauſa fiunt,imò nec licebit ſer=
uare:cum acceptio illa ſit extorquenti pct̃m̃:& ita coopera
tio danti,niſi &c.Tertiũ,nõ licebit cogere ad obſeruantiã
mandati eum q p̃noſcitur pœnæ timore principaliter obe=
diturus.talis enim peccabit,iuxta regulã,Qui ex timore.&
plenius ꝑ Gratianum.xxiij.q.vj.ca.ſi.Quartum,nõ licebit
debitum reddere coniugi q̃ noſcitur votum ſimplex emiſiſ
ſe,aut ob voluptatẽ damnabilẽ coniugale debitũ expoſce=
re.Quintum,non licebit ſoluere ei qui cum ſcortis noſcitur
pecuniã conſumpturus:aut mercari cum eo qui ſcitur ob
ſolam auaritiã mercantijs intendere.Sextum,nec iuramen=
tum requirere ab eo qui ꝑ idola noſcitur iuraturus:contra
Aug.ad Publicolam.xxij.q.j.Mouet te &c.¶ Oppoſitum,
ſcilicet ꝙ ſemꝑ ſit illicitum,videt̃ non minus prægnãtibus
medijs deduci poſſe.Primum,iure naturæ ꝓhibemur in al=
terius peccatũ conſentire.ergo eodem iure illicitũ eſt alteri
ad actũ pct̃i cooperari &c.Antecedens patet ꝑ illud Apo=
ſtoli ad Rom̃.j.Qui cum iuſtitiam dei cognouiſſent,nõ in=
tellexerunt:quoniam q talia agunt,digni ſunt morte,nõ ſo=
lum q faciũt ea,ſed etiã qui conſentiunt facientibus.Vbi lo



quit̃ Apoſtolus de gentibus ſolis p̃ceptis iuris naturę aſtri
ctis.& conſequentia tenet:quia coopari eſt quoddã cõſen=
tire.Vnde de officio delegati.c.i.diſtinguit glo.quadruplicẽ
conſenſum:videlicet negligẽtiæ,conſilij,cooperationis,&
auctoritatis:dicẽs oĩa iura quibus cauet̃ faciẽtes & conſen=
tiẽtes pari pœna puniẽdos eſſe,debere intelligi de conſenſu
cooperatiõis,nã auctoritatis magis punit̃,negligẽtiæ & cõ
ſilij regulariter minus.Sc̃d̃o ꝓbo idẽ,deducẽdo ad incõue
niẽs.Primum,quia liceret iuramẽtum requirere ab eo, quẽ
nouimus falſum iuraturum:contra Aug.vt patet.xxij.q.v.
qui exigit.& cap.ille qui prouocat.Sc̃d̃m,quia ſic liceret fu
rioſo gladiũ reddere.Quòd enim hoc ſit illicitũ,videt̃ ſolũ
propter cooperationem ad actum peccati.& videtur Gra=
tianus ſenſiſſe oẽm cooperationem ad actum pct̃i,eſſe illici
tam.xvij.q.vi.c.ſi.vbi de eunte in apoſtaſiã ait:Sed ne eccle
ſia ſcandalũ patiatur:ne diſcedens in deteriora p̃cipitet̃:ne
in perniciem monachorum,aut incendiũ monaſterij,occa=
ſione ſuorum inardeſcat:laudabilius ſibi ſua non dico red=
duntur,ſed auferri ſinuntur,q̃ꝫ ab illo iſta inferantur.Vbi
hoc dicẽs ſenſiſſe videtur ꝙ illicite ſibi redderentur ꝓpter
cooperationem ad actum pct̃i.Tertio efficacius videt̃ ſic
ꝓbari.Nulli licet velle ꝙ proximus peccet mortaliter:ergo
non licet cooperari ſibi ad actum mortalis culpæ.Antece=
dens patet,quia hoc eſt contra charitatẽ quam deo debe=
mus & ꝓximo:quoniam in ꝓximi pct̃õ dehonorat̃ deus,
& q̃ꝫ grauiſſime læditur proximus.Et cõſequentiam pro=
bo:quia ſequitur,Iſte cooperatur Ioanni ad actum pecca=
ti:ergo Ioannes peccat.ſed nullus poteſt velle antecedẽs,ni=
ſi ſimul velit & conſequẽs,quod tamen aduertit neceſſario
ſequi.alias enim poſſet efficaciter velle ire ad eccleſiam ſan=
cti Petri,& tamẽ nolle hinc abire.Et generaliter poſſet vel
le finem nolendo media quæ ſcit aut putat ad illum finem
neceſſaria:vt in tempeſtate ſaluare vitam,& nolle merces
eijcere,quod videt ad ſaluandum vitam neceſſarium:quod
abſurdiſſimum eſt,& manifeſte falſum.¶ Dicetis fortaſſe
quempiam poſſe velle antecedens nolendo conſequens cõ

ſequentiæ quam ſcit vel credit neceſſariã,ſi nollt aut nõ velit conſequentiam eſſe neceſſariam:vt appetere ep̃atum,& nolle ſacerdotiũ.ire ad Angliã,& nolle trãſire mare.Quod vr̃ deducere doctor ſubtiiis.vj.diſt.ij.qa põt qs ſcire antecedẽs ignorando conſequẽs,dũ neſciat conſequẽtiã eſſe vel tenere.ergo ſimiliter velle ãñcedens non volẽdo conſequẽs, ſi non velit cõſequentiã eſſe bonã.¶ Dico,etſi veritatẽ habeat de velle ſimplicis complacẽtiæ aut velle conditionato nequaquã tñ ſtare põt de velle efficaci,qđ nõ ſtat ſine executione in eo q põt & non impeditur:aliàs(vt prius dixi) poſſet quis efficaciter velle ſaluare vitam,& nolle merces &c.quod nemo ſanæ mentis iudicabit fieri poſſe.Rñdeo ad qõnem:Etſi qõnem in ꝓprijs terminis à doctoribus tractatã non inuenerim,inuenio tamen eos in varijs caſibus particularibus coopandi ad actũ pc̃ti,nõ ſolum alijs cõtraria ſenſiſſe,verũ & ſibiipſis plurimum aduerſari.Vnde in facto
A receptionis ad vſurã,quod eſt quoddam cooperari ad actũ pc̃ti,cõiter ſentiunt ꝙ in neceſſitate licet à parato fœnus exercere ad vſurã recipere,ſed non extra neceſſitatem.Vnde btũs Tho.ij.ij.q.lxxviij.arti.vlt.dicit,Nullo mõ licet inducere:ſed ab eo q paratus eſt dare ad vſurã,licet accipere ꝓpter aliquod bonum:vt eſt ſubuentio ſuæ neceſſitatis, vel alienæ:ſicut incidenti in latrones licet manifeſtare ſua bona,ne occidat̃,q tamen latrones diripiẽdo peccãt:exemplo decem virorũ q ad Hiſmael dixerunt:Nolite occidere nos: qa habemus theſaurũ in agro.Hieremiæ.xlj.Idem exp̃ſſius ponit Aſteñ.li.iij.ti.xj.ar.iij.addens poſt Richar.ꝙ non debeat intelligi de ſola neceſſitate extrema,ſed qua hõ notabiliter damnificaretur,aut in notabilẽ penuriam incideret. Scđm Monaldum verò ꝓ quanta neceſſitate licet,non determinat ars vel ſciẽtia,ſed charitatis intentio.Et Ant.poſt dominum Petrũ de Palude parte.ij.tit.j.ca.ix.§.vlti.dat rõnẽ quare p̃ter neceſſitatẽ capiẽs ad vſurã peccat:qa(inqt) non ſolum peccat q alteri dat occaſionẽ peccandi,ſed etiã q ſcienter abſq; iuſta cauſa & neceſſitate ꝓponit alteri materiam vñ ſumat occaſionẽ peccãdi:maxime dũ credit ipm̃



diſpoſitũ ad taliter peccandum:vt ſi mulier credẽs alium diſpoſitũ ad concupiſcendum eã,abſq; iuſta cauſa & neceſſitate p̃ſentat ſe ei,peccat.Allegat ad hoc,qa vnicuiq; mãdauit deus de ꝓximo ſuo.Non ſatis aũt diſplicet alicui dãnatio ꝓximi ſui,ſi ſciẽter ꝓponit ei materiam vnde ſumat occaſionem peccandi.& ſic eſt in ꝓpoſito &c.ergo &c.addẽs ꝙ ſi petat ex iuſta cauſa vel neceſſitate:ſi abſolutè petat mutuum,licet.Sed ſi petat ſub excreſcẽtia vſuræ:peccat:qa nullus põt ab alio petere quod ſcit eum abſque pc̃tõ facere nõ poſſe.Excuſat tamen ſimplices q ignoranter ſic petunt,& alios qui ſimiliter tenent ꝙ aliàs nollet mutuare.Item btũs Bernardinus in libro quem edidit de contractibus,dicit ꝙ in duobus caſibus recipiẽs ad vſurã peccat mortaliter.Primo ſi abſq; rõnabili neceſſitate:qa tunc malo alterius male vtitur.Secundo ſi qñ vellet mutuare ꝓpter dei timorẽ, ipſum inducit ad mutuandum ſub vſura.¶ Sed hæc ſnĩa dura vr̃,& multos inuoluere.Plures enim humano pudore B
negligunt vel nolunt ab amico mutuum petere,accedentes potius cum ſua iactura ad menſam fœnebrem.Item nec vera videtur:quod ſic deduco:qa vel ponimus ꝙ petitio noſtra afferret occaſionaliter proximo ſp̃uale detrimentum animæ.& ꝙ tunc neceſſitas noſtra nõ releuat vt liceat petere,patet,qa pro ſp̃uali ſalute proximi procuranda aut ſeruãda tenemur non ſolũ facultates noſtras,ſed & animas noſtras id eſt vitam corporalẽ pro tali ſalute exponere.Prætera nõ excuſamur ab impletione diuini mãdati niſi ꝑ impotentiã,cũ ſcilicet implere non poſſumus.Sed cum ex facto noſtro ad quod aliàs obligamur ex dei mãdato,veriſimiliter p̃noſcitur proximus ſumpturus occaſionem peccandi, excuſamur ab impletione diuini mandati,de confitendo ſacerdoti pc̃tã:ergo reddimur per hoc impotentes facere: & non impotentia facti,ergo impotẽtia iuris:qua ſcilicet nequimus hoc licitè facere.ergo non licet propter neceſſitatẽ noſtram temporalem proximo ꝓponere vnde veriſimile eſt eum ruiturum eſſe in peccatum,etiam occaſione acceptã,non data.Conſequentia vltima tenet:quia vbi non ex-

cũſat neceſſitas p̃cepti diuini, minus excuſare poterit tpa=
lium facultatũ neceſſitas. Et minor principalis patet p ipm
met btm̃ Tho. diſt. xvij. iiij. ſñiarum. vbi dicit q̃ ſi confeſſu
rus ſciat ſuum ſacerdotem fragilẽ, pronum ſcilicet ad pctm̃
quod ei confitet̃, aut ſi pctm̃ ſcit contra ipſum cõmiſſum:
in omnibus caſibus in quibus timet ꝓbabiliter ſibi piculũ
aut confeſſori, debet recurrere ad ſupiorem, vel ab eodẽ li=
centiã petere alteri cõfitendi. q̃ ſi illam obtinere nõ poſſit:
idem iudicium eſt de ipſo, quod de eo q copiam non habet
C ſacerdotis. Idem ſentit Altiſſiodo. iiij. parte ſummæ de cir=
cunſtantijs pcti confitendis. ſed ibi ſacerdos ſolũ ſumeret oc
caſionem, cum confitendo pctm̃ magis videt̃ qs aliũ p̃mu
nire ne conſimiliter peccet, q̃ eundem ad pctm̃ inducere. er
go. Vel ponitur q̃ petitio noſtra nullum alteri afferet detri
mentum ſalutis: & tunc ſiue neceſſitatem patiamur ſiue nõ
nihil ꝓhibere vr̃ qn ꝓ commoditate noſtra liceat accede=
re. Et ſic neceſſitas corporalis, ſeu imminẽs damnũ faculta=
tum nihil facit ad rationem liciti vel illiciti in hmõi coope=
ratione In alio facto cõionis ſeu cooperationis ad actum
pcti, inuenio regulariter doctores ſentire q̃ nulla neceſſitas
efficere poſſet vt liceat ad actum pcti cooperari: puta in ca
ſu quo alicui conſtat ſuũ epiſcopum eſſe ſimoniace ꝓmo=
tum ad ordinem, quantũcunq; occultum fuerit, dicunt nul
la via mundi licere, quacũque pœna eum afficiat, vt epõ in
traditione ordinum cõicet, ordinem videlicet ab eo ſuſcipiẽ
do. Vnde btũs Tho. ij. ij. qõ. c. artic. ij. in ſolutione ad ſcd̃m:
Quidã dicũt, ſi non põt ꝓbare ipſum eſſe ſimoniace ꝓmo
tum, debet obedire ordinẽ ſuſcipiẽdo, ſed nõ exequi ſine di=
ſpẽſatione. Quod reprobans addit, Hoc abſq; rõne dicitur:
qa nullus debet obedire ad cõicandum alteri in facto ſibi
illicito. Ille aũt q eſt ipſo iure ſuſpẽſus quo ad ſe & alios, il=
licite confert ordinem: vñ nullus debet ſibi obedire recipiẽ
do ab eo ordinẽ quacũq; ex cauſa. Ita q̃ hic vult nullã neceſ
ſitatem excuſare, quam tamen ponit excuſare in receptione
ad vſuram. q̃ ſi inuicem non aduerſentur, neſcio qd ſit con=
trarietas: cum vtrobiq; æqualiter habeatur rõ cooperatio=



nis ad actum pcti. Eandem opinionem Tho. in hoc caſu te=
net reſolutorie gl. ſ. qõ. ſ, ſi qui à ſimoniacis. vnde dicit quẽ
potius debere ferre excommunicationem, quantũcunque
occultum ſit crimen epi vt probari non poſſit. Idem tenet
gl. in cap. per tuas. de ſimonia. & ibi regulariter canoniſtæ.
Sed meo iudicio oppoſitum verũ eſt etiã de iure antiquo, D
etſi nulla deſuper haberet̃ prouiſio ex concilio Conſtãtieñ.
aut Baſilieñ. qa licite conferret ordines etiã nominatim ex=
communicato, ſi ſciat excommunicationem eius omnes la
tere, forte qa acta iam combuſta ſunt, & omnes teſtes mor
tui: vt patet per cap. cum non ab homine. de ſenten. excom=
munica. & cap̃. ſi ſacerdos. de officio ordinarij. & cap̃. pla=
cuit. vj. quæſt. ij. Ergo pari ratione nõ tenetur ſubditus etiã
in receptione ordinum, euchariſtiæ, aut alterius ſacramenti,
vitare ſuum epiſcopum: cum minus licere videatur ſubdi=
to vt vitet ſuum prælatũ, q̃ contra. Nec obſtat cap. inqui=
ſitioni. de ſenten. excommunica. quod dicit potius ferendã
eſſe excommunicationem &c. quia loquitur vbi per cenſu=
ram comminatam qs cogitur ad hoc quod ſe ſcit ſine mor=
tali peccato facere non poſſe: vt patet ibi ex verbis textus.
Secus autem eſt in propoſito, vt patet ex allegatis: ſicut nec
iam illicite ſumerem euchariſtiam vel ordinem ab eo quẽ
ſcio & probare poſſem excommunicationis ſententiam in=
curriſſe, dum nominatim excommunicatus non ſit aut de=
nunciatus iuxta decretalem cõcilij Conſtantieñ. ¶ Pro re= E
ſponſione igitur ad quæſitum, præmitto primo q̃ differen=
ter poſſumus alteri eſſe cauſa peccati. Primo directe & po=
ſitiue, dum ſcilicet alium prece, precio aut conſilio induci=
mus ad peccãdum, vel alias ei proponimus vnde prænoui=
mus ipſum veriſimiliter ruiturum in peccatum. Secũdo in
directe & priuatiue, dum ſcilicet aliquid faciendo vel omit
tendo præſcimus aut præſcire deberemus aut probabiliter
dubitare nos prohibituros proximi peccatum, vel reuoca=
turos eundem à peccato, & tamen hoc non facimus, aut nõ
omittimus: ſicut nauta dicitur cauſa ſubmerſionis nauis
quando debuit & potuit ſubmerſionem nauis ꝓhibere, &

non ꝓhibuit ſeu impediuit. Dico notanter & debuit: qa ex-
tra caſum debiti non dicit̃ cauſa ſubmerſionis, quãuis po-
tuiſſet pluriũ nauium ſubmerſionẽ impedire. Patet ꝙ tũc
ſumus cauſa priuatiua pc̃ti vel obſtinationis ꝓximi, quia
mortẽ languẽtibus ꝓbat̃ infligere, q hanc cum poſſit non
excludit. lxxxiij. diſt. ꝓuidedum. Et ꝑ illud Ambr. Paſce fa-
me morientẽ. ſi nõ paueris, occidiſti. lxxxvj. di. paſce. Quod
ſi locum habet in morte corporali, longe verius eſt de mor
te ſpũali animæ. Hinc Au. ait: illud fidentiſſime dixerim: q
confugientem ad ſe quantum honeſte põt ad reddendũ nõ
compellit ſocium eſſe fraudis & criminis. xiiij. q. vj. ſi res. &
ſimiliter eſt de alijs pc̃tis: ergo. & ad hoc ſeruiunt q̃ adducũ
tur a doctoribus ad ꝓbandum fraternã correptionẽ omni-
bus eſſe in p̃cepeo. ¶ Forte dicetis. Qñ poſſemus opatione
vel omiſſione ꝓximum a pc̃tõ reuocare, vel à ꝑpetrãdo ꝓ
hibere: & ꝓ tp̃e quo ad hoc tenemur, non facimus vel omit
timus: verum eſt, cẽſemur cauſa pc̃ti eius: ſicut ſupra dixi-
ſti de nauta: ſed hoc nõ arguit nos ſemꝑ ad hoc obligari, qñ
veriſimiliter p̃ſcimus aut ꝓbabiliter dubitamus &c. ſicut
nec nauta dicit̃ cauſa ſubmerſionis nauium quas gubernã-
das nõ ſuſcepit, quãuis p̃ſciat naues ſine ſua directione ſub
F mergendas. ¶ Rñdeo. Qñcunq; poſſumus, tenemur. Vni-
cuiq; enim mandauit deus de ꝓximo ſuo. Eccl'i. xvij. Lege
enim charitatis tenemur ꝓximum vt nos diligere: & ergo
pc̃m̃ eius impedire, vel ipſum à pc̃tõ reuocare cum poſſu-
mus. Hinc Augu. ait. Debet homo diligere proximum ſuũ
ſicut ſeipſum: vt quem poteſt, beneficij cõſolatione, doctri-
næ exhortatione, aut pœnæ coerctione adducat ad colẽdũ
deum. xxiij. q. iiij. debet homo. quod intelligo limitandum
dum cõſtat nobis ꝙ hoc poſſumus, vel probabiliter dubi-
tamus, aut hoc ſcire vel dubitare ex occurrẽtibus facti cir-
G cunſtantijs obligamur. ¶ Secundo præmitto ꝙ ꝓhibitio-
nibus interdum ꝓhibetur aliquid non quia in ſe malũ, ſed
ex cauſa: & illæ non ligant vbi ratio vel cauſa non habet lo
cum: vt patet de prohibitione iuriſiurãdi, & vinum ſumen
di, in c. & ſi Christus. de iureiuran. ¶ His præmiſſis dico ad
quæſitum

quæſitũ ꝙ cũ prænoſcimus cooperationẽ noſtram veriſimi
liter proximo non allaturam detrimentum ſalutis, licet ſibi
cooperari ad actũ peccati: quia tunc ceſſat ratio quare ꝓhi-
bemur ꝓximo cooperari ad actũ peccati. Itẽ niſi ſic, volen-
ti occidere vxorẽ, vt poſſet ducere aliã, non liceret cõſulere
vt potius cõmittat adulteriũ vxore manente in vita: quod
tamẽ licitũ eſſe patet ex verbis Aug. xxxiij. q. ij. ſi quod ve-
rius. & ſi recte hoc cõſulo, indubitatũ eſt quin prçces liceat
adiungere vt exequatur quod ſibi conſultũ vel perſuaſum
eſt: ſicut nolentẽ mutuare pauperi extremã neceſſitatẽ patiẽ
ti, licite prçcibus induco vt potius ſub vſura ſibi panẽ vel
aliud mutuet vnde poſſit viuere, quò vtiq; minus delinqt,
quã ſi eũ fame perire ſinat. Hinc etiã beatus Tho. xix. d. iiij.
dicit: Licet ſciamus fratrem ex correptione noſtra conci-
tãdum ad odiũ, dũ ſperamus ꝙ odiũ paulatim tepeſcet: &
ſequetur correctio, nõ eſt abſtinendũ à correptione. Ergo
licet cooperari fratri ad actũ quo ipſe peccat, dũmodo hoc
operari vel cooperari noſtrũ nõ eſt ſibi allaturũ detrimẽtũ
ſalutis, Sed vbi operatio vel cooperatio noſtra afferret ſalu-
tis detrimentũ ꝓximo, puta prouocabit̃ ex hoc ad peccan-
dũ, aut obſtinabitur in pc̃tõ, vbi nobis nõ operãtibus vel
cooperantibus reuerteret̃ ad cor, & pœniteret de peccato:
tunc nõ licet operari hoc vel cooperari: quia hoc eſſet per-
cutere conſcientiã infirmã, & ſic peccare in Chriſtũ. j. ad Co
rinthios, viij. Et eſſem9 vtrobiq; cauſa priuatiua vel poſiti
ua pc̃ti vel obſtinationis ꝓximi. Ab hoc tñ excipiendũ eſt
ſi actu noſtro quò læderet̃ vel obſtinaret̃ vnus, plures eſſent
lucrandi. Tũc enim ſalus multorũ præferri debet: & habet
locũ illud Apoſto. Chriſti bonus odor ſumus in his qui pe
reũt, & ĩ his q ſalui fiũt. alijs odor vitæ ĩ vitã, alijs odor mor
tis in mortem. ij. ad Corinthios. ij. Et hoc concludunt facta
ſanctorum allegata ſecundo argu. ante oppoſitũ. Ex his infe H
ro quòd a parato dare mutuum ſub fœnore, licet etiam ex-
tra caſum neceſſitatis ad vſuram accipere, dum tamen non
placeat nobis alterius peccatum. Primum patet: quia tunc
non afferet proximo detrimentum ſalutis. Et ſecundum, ſci-

licet quòd nõ licet habere complacentiã in peccato:qa hoc
eſt diabolice obſtinatiõis:ſi placeat in rõne peccat:q̃uo ple
rique illud Auguſtini intelligendũ putãt:Nullũ pc̃tm̃ adeò
veniale eſt,quin fiat mortale dũ placet.& ponit̃ i gl.ſ.ad Co=
rinthios.xſ.&.xxv.diſtinctiõe.c.vnũ.§.criminis. Aut etiã ſi
placet vt actus delectabilis vel vtilis ad finẽ deſideratũ,non
eſt ſine mortali peccato,dũ actus ipſe ex genere fuerit morta
lis,& cõplacẽtia ſit actus libere volũtatis,vt eſt dũ volo de=
ſidero,vel appeto per aliũ peccatũ fieri.ſecus de cõplacẽtia
quæ in modũ paſſionis etiã in iuſtis hominibus volũtate re
nitente vt libera eſt inſurgit,Et quia ratiões vtriuſque ptis
falſum adducũt,primæ quod ſemꝑ liceat cooperari, & aliæ
quòd nunquã:omnes ſoluẽdæ ſunt. Ad primã,quãuis ſentẽ=
tia Duran.& pluriũ aliorũ certũ teneat quod deus ſubſtan
tiã actus mali non cauſat(quã opinionẽ vltimo tradit Ma=
I gifter.xxxv.vij.diſtinctiõe ſecundi.iudiciũ relinquẽs, pru=
dentis lectoris exanimi)quia tamẽ nõ oportet omnia in du=
bium reuocare,cum ſuppoſitis dictis cõmunibus poterit
oppoſitũ ſaluari admiſſo concurſu generalis influentiæ dei
ad actum malum,dico quod in homine non requiritur ma=
ior perfectio quã in deo:cum dei perfectio ſit infinitas,& ſic
incomprehẽſibilis, ſed multa requiruntur ad perfectionem
ſeu virtutem hominis,quę non oportet obſeruare deum.Ge
neraliter enim tenetur homo reuocare à peccato quos po=
teſt,deus autem neminem,cui tamen tam facile eſſet malas
hominum voluntates ad bonum conuertere,vt eſt ſibi faci=
le hoc velle:ſecundum Auguſti.in Enchiridio. Et ergo non
oportet ſi cooperatur vbi ſcit ſine ſua cooperatione homi=
nem non caſurum,vel forte redditurum ad cor & pœniten=
tiam,quod ſimiliter idem licebit nobis.¶ Ex hoc reſpondeo
K ad confirmationem,quod cooperari ad peccatum vel pec=
cati actum,non infert abſolute conſentire in peccatum, ſed
ſub certis modificationibus ſeu circunſtantijs,videlicet dũ
veriſimiliter prænoſcitur aut pręnoſci deberet, quod affer=
ret detrimentum ſalutis. Afferret inquam occaſione data,
vel etiam accepta;vt de hoc prius dixi.Et hoc in certo ſub=



iecto,puta illo quod tenet̃ quãtũ põt alterius ſalutem ꝓcu
rare,& ꝓcuratã vel exiſtẽtem conſeruarę quod nequaquã
locum habet in deo.Et ergo gl.ad Romanos.1.q̃ dicit ꝙ cõ
ſentire eſt tacere cũ poſſit arguere,vel errorẽ fouere,intelli=
genda eſt vbi & qñ qs tenet̃.alias deſcriptio cõpeteret deo
& etiam homini iuſto pro tp̃e quo ad arguendũ non tene=
tur.Cum ſubiungitur:Deus neceſſario obſeruat q̃ ſunt iu=
ris naturæ:vtiq; verum eſt de his q̃ ſibi ſunt iuris naturæ,
ſed non de his quæ hominibus cadunt ſub p̃cepto iuris na=
turæ:vt patet de reuocare hoiem a pc̃tõ &c.¶ Ad ſcd̃m L
principale primo de facto Loth videt̃ inter Aug.& Amb.
contrarietas an virtutis fuerit an vitij.Auguſti.enim aſſcri
bit hoc perturbationi mentis in Loth,& eum in hoc nõ fo
re imitandum,vt patet.xiiij.diſtincti.ca.quod ait zodomi=
tis Loth.quod vtiq; verum videtur,ſi veriſimile erat aut
dubium ꝓbabile filias ſuas pc̃tõ aſſenſum fuiſſe p̃ſtituras:
cum magis tenebatur filiabus prouidere,& eaſdem tueri cõ
tra veriſimiles occaſiones peccati, q̃; extraneos hoſpites:
iuxta illud.ſ.ad Timo.v.Si quis ſuorum & maxime dome=
ſticorum curam nõ habet,fidẽ negauit, & infideli deterior
eſt &c.Ambroſi.idem factum Loth virtuti aſſcribere vi=
det̃,ꝓ ſuppoſito habẽs ꝙ tantã putauerit in filiabus animi
conſtantiam,ꝙ etſi violarent̃ corpore,mente tñ manerent
incorruptæ.Non inquinatur autem corpus niſi de cõſen=
ſu mẽtis.xxxij.q.v.ꝑ totũ.Quod horũ verius ſit,nõ cõſtat
ex ſcriptura:ꝓpoſito noſtro ſufficit ſi ei9 cooperatio fuerit
illicita,fuit ideo quia attuliſſet filiabus detrimentũ ſalutis.
¶ Per idẽ reſpondendum eſſet de facto Aaron, q Iudæis
petẽtibus conflauit vitulum paratis vtiq; ꝓ tunc idolola=
trare:vt patet Exodi.xxxij.ꝓpter quod dñs vehemẽter ira=
tus aduerſus Aaron voluit ipm̃ contererer:vt patet Deut.
ix.qa opus illud natũ erat alios ſimplices quantũ ex ſe erat
inducere ad ſimiliter alijs idololatrandũ.Vnde ꝓ regula di=
co,Nõ licet cooperari proximo ad actum peccati ꝑ quem
alius læditur.& ad eum caſum limitari debet quod dicunt
doct.(ſi etiã indigenas cõplecti debeat)Nõ licet locare do=

mũ volenti fœnerari:nec licet parato furari demõſtrare quo
loco ſitũ eſt alienũ,vt ipſum poſſit auferre:niſi in caſu quo
dñs actu elicito vel debito eſſet volens:puta ſi ꝑnoſceret fur
alias dñm rei occiſurus,vel maius dãnũ eidẽ ꝓ certo illatu-
rus.¶ De facto Heliæ dico ꝙ ibi genti Iudæorũ ꝓfuit, eã
dẽ ab idololatria reuocando,nec alijs nocuit qui parati erãt
& firmi ꝓpoſiti amodo in idololatria ꝑſiſtere. Declaratio
aũt Heliſei intelligenda eſt cũ ꝑ hoc non afferẽt alteri ſalutis
detrimentũ.¶ Ad teriũ principale.Omnia illa licent ſub li-
mitatione prędicta,dum ſcilicet veriſimile ſit ꝙ nõ afferent
ſalutis detrimentum quibus cooperamur:aut ſi noſcantur
afferre,omiſſio noſtra alios deterius ſcandalizaret:vt de nõ
obſeruando iuramentũ metu extortũ. ¶ Ad rationes alte-
M rius partis.Ad primã patet ex dictis circa ſolutionẽ primæ
rationis ante oppoſitum,quando cooperatio ad actũ pec-
cati cenſetur conſenſus in peccatum. Et ſi iuxta hoc petas
quare Paulus cuſtodiendo veſtes lapidantium Stephanum,
dicitur Act.viij.neci eius conſenſiſſe,cum ſolum veſtes cu-
ſtodierit eorum qui nihilominus ſine eius cooperatione erãt
Stephanum occiſuri:& quare nõ licebit à phitoniſſa reſpõ-
ſa expetere,ſi cooperatio ſolum ſit conſenſus in peccatum,
cum affert detrimentum ſalutis poſitiue vel priuatiue mo-
do præexpoſito:dico ꝙ cooperatio ratiõe ſui ſolum eſt pec
catum & conſenſus in peccatum ſub modo dicto. ſi tamen
ſimul concurrat complacentia actus peccaminoſi,aut abſo
lutum velle ꝙ per alium fiat,adiungitur ei aliud peccatum
conſenſus.& ſic erat de Paulo:etiam per hoc lædebatur ꝓ-
ximus,puta beatus Stephanus. & ſic iuxta regulam datam
talis cooperatio fuit illicita:ſicut nõ licet mihi furem iuuare
in aſportãdo rem furtiuam,licet ſine opera mea aut auxilio
eſſet idem ablaturus. De requirere reſponſa phitoniſſæ ha-
bemus ſpecialẽ prohibitionẽ Leuitici.xix. Nõ declinetis ad
magos,neq; ab hariolis aliquid ſciſcitemini.iõ nõ licet &c.
¶ Ad ſcd̃m dſco ꝙ nõ licet iuramentũ requirere ab eo quẽ
N nouimus falſum iuraturũ,dũ ꝑ hoc induceret peccare mor-
talr,alias nõ peccaturus.Et hoc intẽdit Aug.vt patet ex ſua



probatione,qua dicit exactorẽ talẽ occidere duas animas:
ſuã ſcilicet,& ipſius iurãtis.Secus ſi noſcatur paratus peiera
re:& niſi iuramentũ requiratur,liberius & effrenè in alijs ẽt
decepturus proximũ:vt ſepe cõtingit in abominantibus ꝑ-
iuriũ,qui alia peccata furti & fraudis & ſimilia pro nihilo
reputant.Et iſtud credo procedere in parte,puta priuata ꝑ-
ſona,quæ iuramentũ exigeret:nõ autẽ in iudice cuius eſt cõ-
muni vtilitati hominũ proſpicere.Vnde(vt vult Tho.ij.ij.
q.xcviij.arti.iiij.& glo.xv.q.v.c.preſbyteri.)Et ſi iudex ſciat
falſum iuramentũ eũ a quo iuramentũ exigendũ eſt, poteſt
nihilominus iuramentũ ĩducere & requirere. Beatus Tho.
adiungit,ꝗa nõ tã iudex quã alius ad cuius inſtantiã fit,cen
ſetur exigere. Verã rationẽ credo,ꝗa maiora diſcrimina im-
minerẽt reipublicę deceptionũ & fraudis ſi iudex neceſſita-
te officij talia iuramẽta nõ exigeret.Hoc credo mouiſſe ſan
ctum Bonauen.vt diceret ꝙ pro vtilitate cõmuni liceret re-
quirere iuramentũ ab idololatra ꝗ noſcitur per idola iuratu
rus.diſtinc.xxxix.iij.ſententiarũ.¶ Ad aliud de furioſo dico O
quod vtiq; liceret furioſo gladiũ reddere dum alias maiora
ĩminerẽt diſcrimina ſibi vel alijs:vt vult beatus Tho.xxxij.
diſtinctiõe.iiij.tractans materiã an licet reddere debitũ men
ſtruatæ.Sic etiã in propoſito de cooperatione ad actũ pec-
cati non licet vbi nobis non cooperantibus nõ peccaret,vt
longum deducit tractando opinionem Empedoclis & Ana
xagorę, dicens actionem nouam non poſſe dependere à vo
luntate antiqua, niſi per accidens: quia ſcilicet agit per me-
dium quod non fuit poſitum. idipſum etiam ſentit Ariſto-
te .viij. Phyſi. cum dicit voluntatem non poſſe de nouo in-
choare motum ſine ſui mutatione, aut impedimẽti amotio-
ne. Quãquã hæc duo lumina naturæ errauerint circa volun
tatẽ increatam, quæ volitioni ſuæ idẽtificat̃, ſeu eadẽ eſt: ne-
quaquam tamen credibile videtur eos deceptos fuiſſe circa
propriæ voluntatis experientiam, præcipuę cum facile ſit iu
dicare an voluntas completa poſſit præcedere effectũ dum
non impediatur. nõ videtur tam præclara ac laborioſiſſima

L ingenia latere potuiſſe. ¶ Hoc pmiſſo dico ad primũ q̄ vo-
litio illa pręcedẽs nõ eſt tota cã nouę cõcupiſcentiæ, ſed ipſa
potentia volũtatis ad minus eſt partialis, & forte totalis cã
eius, ita q̄ prior volitio p̄cedit in aduẽtu tẽporis, & hęc ſuc-
cedit. Nullũ autẽ incõueniẽs eſt partialẽ cãm naturalẽ p̄cę-
dere effectũ, quãuis nõ ſit impedita. Sed ĩpoſſibile eſſet hoc
de cã totali & naturali. & p idẽ ſoluet̃ cauillatio q̃ ibi tangi-
tur. Ad ſecundũ dico q̄ volitio regis nõ eſt ibi proxima cã
libertatis, ſi ponat̃ libertas res diſtincta a re denominata: q̃a
ſiue ipſa maneat, ſiue trãſeat, puta rege dormiente, aſſequet̃
libertatẽ in tẽpore p̄fixo, iã nihil eſt cã q̃ñ nõ eſt. Ex his pa-
tet q̄ volũtas nõ cõcurrit libere ſaltẽ vt cã partialis ĩmedia-
te ad actũ exteriorẽ: quia ſic ſtante volitiõe efficaci in poten-
te & nõ prohibito ad ambulãdũ, poſſet nõ ſubſequi ambu-
M latio. ¶ Secũdo p̄mitto q̄ volũtas efficaciter volẽs finẽ, ne-
ceſſario vult omnia quæ ſcit ad finem illum eſſe neceſſaria.
Dico notanter efficaciter, ad excludendum volitionem con-
ditionatam, & ſimplicis complacentiæ: qualis bene reperi-
tur in deſperante de ſalute vel ſanitate aſſequenda ſeu recu-
peranda. Probo ſic: quia ſicut aſſenſus antecedentis natura-
liter cauſat aſſenſum conſequentis, dum noſcitur aut credi-
tur ad ipſum ſequi: ita volitio efficax finis neceſſario cauſat
volitionem omnium quæ quis ſcit aut credit neceſſaria ad
talem finem conſequendũ. Patet idem exemplariter: ſi quis
in tẽpeſtate maris videat merciũ eiectionem neceſſariam ad
ſaluandam vitam, nullus ſanæ mentis dicet eũ velle vitam
ſaluare niſi etiam velit merces eijcere. Quis etiam tam he-
bes eſt qui neſciat eum non velle efficaciter ambulare, quẽ
videt nolle arripere baculum, quem talis ſibi nouit ad am-
bulandum eſſe neceſſarium? Vnde Philoſophus. iij. Ethico-
rum: Si præſtituto fine inueniant impoſſibile eſſe quo finẽ
N oportet attingi, diſcedunt, id eſt deſinunt velle finem. ¶ Ex
his deduco principale corollarium quòd maior diſcurſus
practici non ſoluatur ſine efficaci volitione finis quẽ prin-
cipium ipſum dicit proſequendam eſſe, & illa naturali ne-
ceſſitate cauſat volitionem omnium quæ ſciuntur neceſſa-



ria ad talẽ finẽ. Cũ ergo minor adiuncta ponat id ſine quo
finis haberi non poteſt, oportet voluntatẽ efficaciter velle
hoc modium, & ita operari niſi prohibeatur, iuxta primum
præſuppoſitum. verbi gratia ſit iſte diſcurſus, in hoc bello eſt
per me fortiter agendũ pro ſalute populi Chriſtiani, & fi-
dei orthodoxæ defenſione. ſed nõ poſſum ĩ ipſo fortiter age-
re, niſi hoſtes inuadendo ſubeã pro nunc mortis periculum
ergo hoc eſt nunc faciendũ. Volens efficaciter finẽ præſtitu-
tũ per maiorẽ, neceſſario vult mediũ propoſitũ per minorẽ,
tanquam ad finẽ illũ neceſſariũ: & ita vult cũ mortis diſcri-
mine hoſtes inuadere. Põt tñ vtiq; volitio efficax finis ſtare
ſine volitione mediorũ quæ ſunt ad finem illum neceſſaria,
cũ non ſciuntur vel creduntur eſſe neceſſaria, ſed tũc prima
volitio impeditur per defectũ partialis cauſę aut ſaltẽ condi-
ditiõis ſine q̃ nõ, puta talis cognitiõis q̄ illa ſint media, vel A
q̄ ſunt ad finem illũ neceſſaria. ¶ Peccare ex infirmitate, eſt
actũ vel omiſſionẽ culpabilẽ facere nõ ex deliberatione pro-
pter paſſionis impetũ. Vnde ſicut corpus infirmũ eſt quan-
do humores & membra non ſubduntur eius virtuti regi-
tiuæ, ſic metephorice animi infirmitas dicitur cũ affectiões
ſenſitiuæ non ſubdũtur virtuti regitiuæ animæ, puta ratio-
ni, ſed eam deducũt ad conſenſum vetiti, vel omiſſionem
præcepti. Vnde dicit Philoſophus. ſ. Ethicorum: Tam incõ-
tinentis quã continentis ratio recte & ad optima prouocat
ſed aliud quiddã eſt præter rationẽ innatum quod repugnat
reſiſtitq; rationi. Vt enim reſolutæ corporis partes, ſi ad
dexterã mouere velis, in ſiniſtram feruntur: ſic & in animo
in contrariũ feruntur incontinentium appetitus. Et Apo-
ſto. ad Roma. vij. Video aliam legem in membris meis repu-
gnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege pec-
cati, quæ eſt in membris meis. Et ad Gala. v. Caro concu-
piſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem, hæc
enim ſibi inuicem aduerſantur, vt non quæcunque vultis B
illa faciatis. ¶ Et poteſt paſſio ſenſitiui appetitus præuale-
re aduerſus rationem ſeu eam vincere tribus modis, ſcilicet
per diſtractionem, per contrarietatem, & per ligationem

per diſtractionẽ,quia dũ vehemẽter animæ intentionẽ ap-
plicat ad ſui obiecti cõſiderationem,diſtrahit:ne poſſit alijs
cõſiderandis intendere:vt qui fiſtulis delectant,nõ poſſunt
mentẽ adhibere ſermonibus ſi fiſtularũ ſonum exaudiant,
magis gaudẽtes ſono quã præſenti operatione. Voluntas er
go ſoni corrũpit operationes circa ſermones:vt dicit.x.Ethi
corũ.Et vniuerſaliter,quælibet extranea voluntas diſtra-
hit corrũpendo operationẽ ſicut ꝓpria auget,magis ſingu
la diſcernere faciens,exactiuſq; cõprehẽdere.Pſal.lvij. Supce
cidit ignis & nõ viderũt ſolẽ,Ignis inquã cõcupiſcentiæ ſeu
C libidinis:& nõ viderũt ſolẽ id eſt notiſſima pricipia practi
ca agendorũ.❡Secũdò per contrarietatẽ. Frequenter enim
paſſio inclinat ad cõtrariũ eius qđ ratio præcipit:quæ dũ
non cohibetur,parua ſcintilla creſcit in flammã,tandẽq; ra-
tionẽ trahit in ſententiã inclinationi ſuæ cõformẽ. Non eñ
eadẽ videntur amantibus & odientibus iratis & mãſuete
ſe habentibus:ſed omnia diuerſa vel ſaltem magnitudine:vt
amanti videt ꝙ reus nullã vel paruã iniuriã fecerit:odienti
verò omnino contrariũ:vt dicitur.ij.Rhetoricorũ. Quem-
admodũ enim guſtus de ſaporibus iudicat ſecundũ diſpoſi-
tionem linguæ & ſui organi,vt patet in febricitantibus:ita
intellectus ſecundũ diſpoſitionẽ appetitus,dum affectiones
vehemẽtes fuerint.ꝓpter quod primo Rhetori.dicit Philo
ſophus minimã poteſtatẽ tribuendam iudicibus:vt non ex
arbitrio,ſed ſecundũ leges iudicent:quoniã cũ vel amẽt vel
oderint:ſua quoq; vtilitas connexa ſit,nõ ſatis queunt verũ
perſpicere,ſed propria vel voluptas vel dolor iudicia abũ-
brat.Beatus igitur qui tenebit & allidet paruulos ſuos ad
petram.Pſal.cxxvj. Paruulos inquã id eſt exiles motus paſ-
ſionũ,ad petram rationis,ne videlicet ſuccreſcentes vim ca-
D piant deducendi ad malum.❡Tertio per ligationẽ intelle-
ctus:quia paſſiones corporalem tranſmutationem faciunt
corporalis verò ꝑturbatio ligat ſenſum,vel perturbat phã-
taſmata:propter quod intellectus impeditur a ꝓprio actu,
ſcilicet ab vſu rationis:& ita per paſſionem ligatur.❡Ex
dictis patet ꝙ ille dicitur ſolum ex infirmitate peccare, qui
per paſſionem



per paſſionẽ impedit conſiderare malitiã ſuę actionis vel
omiſſionis. Si enim paſſio adeò exilis fuerit & modica,vt ra
tionis iudiciũ quo ad hoc nõ obumbret,quãq; trahat quo-
dammõ & inclinet:nõ eſt infirmitatis peccatũ:ſed principa-
lius malitię:qa omne pctm̃ à volũtate ſcienter ꝓcedens, eſt
peccatũ de induſtria,ſeu peccatũ malitię:vt patet.v.Ethico.
❡Et ſi dicatur,Scientia propter ſui certitudinẽ eſt fortior
paſſione:ergo non poteſt paſſio quãtũcunq; intẽſa rationis
iudiciũ peruertere,ſaltẽ cũ fuerit ſciẽtię aut firmę adheſiõis.
vnde recte videtur dixiſſe Socrates: Difficile eſt ſi ſciẽtia ad-
ſit,aliud quicquã ꝑualere,ac veluti mancipiũ in ſeruitutem
trahere.cõcludens neminẽ intelligentẽ facere cõtra id quod
optimũ ſcit, ſed eos q faciũt ꝑ ignorãtiã facere. Nec videt
ſufficere ſolutio quã dat Philoſophus.vij.Ethi.ꝙ incõtinẽs
cũ in perturbatione eſt non habet ſcientiã in ꝑticulari & in
actu,ſed in vniuerſali vel habitu tantũ:quoniã videmus ta-
les de boni & mali diſtantia optime differere:qđ vtiq; fieri
nõ põt niſi de particulari caſu:ſiue ſcientia in ꝑticulari & in
actu, Pręterea bonũ hominis eſt ſecũdũ rõnem eſſe,cũ ergo
paſſio hoc ſolũ operet,vt aliqd fiat ſecũdũ rõnem, quã ad
ſententiã ſuę inclinationi conformẽ deducit:videt ꝙ motus
volũtatis ex paſſione ſeu infirmitate,ſemꝑ ſit bonus & re-
ctus.❡Reſpondeo,Licet paſſio nõ poſſit vincere ſcientiã E
aut fidẽ practicã ea manẽte in vniuerſali & particulari, pu-
ta mouẽdo volũtatẽ ad aliquid volendũ vel nolendũ cõtra
practicũ iudiciũ:vtiq; tñ poteſt ſcientiam illam per diſtra-
ctionem ligationem vel contrarietatem extinguere ſeu cor-
rumpere,quomodo linguę indiſpoſitio ſuperueniens corru
pit rectum iudicium de ſapore:& ita non trahitur ſciẽtia ve-
lut mancipium in ſeruitutem,ſed à paſſione pręualente cor-
rumpitur,❡Ad confirmationẽ reſpõdeo ꝙ vtiq; poſſunt
cognoſcere quid morales philoſophi, & quid ſcriptura ſa-
cra de bono & malo tradant.& mentales propoſitiones for
mare:ſed nunquã poſſunt vtiq; propoſitioni diſcurſus pra
ctici de bono contrario inclinationi paſſionis cui cedunt aſ
ſenſum ꝓbere.& ergo bñ dicit Philoſophꝰ ꝙ eos dicere ſer

mones ſeu verba ſciẽtię nullũ eſt ſignũ. Nã qui prĩo diſcunt
illa cõplectũtur, ſed nõdũ intelligunt. Opus eſt enim vt co-
gnata natura fiat. Quare exiſtimandũ eſt incontinẽtes talia
dicere quẽadmodũ eos qui in ſcena, id eſt theatrali ludo reci-
tant. ¶ Ad ſecundũ dico ꝙ bonũ hominis conſiſtit in eſſe
ſecundũ rõnẽ rectã, non autẽ recurtuam: qualis eſt rõ incõti-
A nentiũ dũ actu ſunt in perturbatione. ¶ Ad videndũ quid
ſit peccare ex ignorãtia pręmitto ꝙ aliud eſt ignorãtẽ aliqđ
facere, & aliud eſt id ipſum facere ex ignorantia. Nam ſicut
abſentia nautę eſt cauſa ſubmerſionis nauis, ita ignorantia
eſt cauſa facti ſeu operis humani. Sicut ergo abſẽtia nautę
nõ eſt cã ſubmerſionis nauis niſi cũ preſentia eius prohibe-
ret ſubmerſionẽ: vbi nãq; ęque peritura eſſet nauis nauta p̃
ſente ſicut ipſo abſente, nõ cenſeret abſentia eius cauſa ſub-
merſionis, quia iã nõ remouet prohibẽs, & illa ſola ratione
dicitur cã priuatiua ſubmerſionis cõſimiliter ignorantia di
citur ſolũ cã operis ſeu facti, quãdo preſentia ſcientię factũ
ipm ꝓhiberet: vt mutuãs ſpe lucri cõſequẽdi, ſi ignoret hoc
eſſe pctm̃, puta vſuram mẽtalẽ, nihilominus idem factur⁹ ſi
hoc ſciret, talis quãuis peccat ignorãs, non tamẽ ex ignorã
B tia. ¶ Ex hoc dico ꝙ peccare ex ignorantia eſt actũ culpa-
bilẽ facere propter carentiã ſcientię ſeu notitię. Et fit tũc pro
pter carentiã ſcientię quãdo ſciẽtia ſi preſens eſſet, ꝓhiberet
actũ iuxta notabile p̃miſſum. Et dico notanter actũ culpa-
bilem quia ſi ignorantia excuſet actũ à culpa, non eſt ibi pec
care ex ignorantia, ſed propter ignorantiã actum licitum fa-
cere: quia ſcientię factum, eſſet penitus illicitũ. Et ſumo in
deſcriptione ly actum generaliter, vt ſe extendit ad omiſſio
nem: & ſic competit deſcriptio omni peccare ex ignorãtia,
C ſiue fuerit omiſſio. ſiue commiſſio. ¶ Ad ſciẽdum autem q̃
ignorantia excuſat, & quæ non. pręmitto ꝙ alia eſt ignorã-
tia iuris, alia facti. Ignorantia iuris eſt duplex, ſcilicet iuris di
uini, & humani. Ignorãtia iuris diuini iterum ſubdiuiditur,
quia quedam eſt inuincibilis, quedã vero vincibilis. Inuin-
cibilis eſt q̃ñ hõ faciẽs qđ in ſe eſt vt miniſterio hominũ vł
dei auxilio inſtruatur, vincere nõ poteſt. Et iſta totaliter ex-



cuſat à peccato: patet: quia niſi ſic, facienti quod in ſe eſt, nõ
eſſet deus paratus ſuccurrere in neceſſarijs ad ſalutẽ: contra
illud Aug. Deus ſemp paratus eſt bene facere, ſed malitia ho
minũ prohibet. xvj. q. j. decimę. Et cõtra illud Pſalmo. cxliij.
Prope eſt dñs omnibus inuocãtibus eũ, omnibus inuocãti
bus eũ in veritate. deprecationẽ eorũ exaudiet &c. adeo vt
gl. aſſerat ad Roma. v. Si cõfugientẽ ad ſe deus nõ reciperet,
eſſet in eo iniquitas. Cũ igit blaſphemũ & ipiũ ſit deo quã-
cũq; iniquitatis maculã aſcribere: oportet ignorãtiã faciẽ-
tis qđ in ſe eſt, totaliter excludere peccatũ, cũ ſit inuincibilis.
D ¶ Ex oppoſito ignorãtia vincibilis iuris diuini eſt quã ho
mo faciẽdo qđ in ſe eſt vt miniſterio hominũ vel à deo in-
ſtruat de agendis, vincere põt. & iſta culpã extenuat, ſed nõ
excuſat totaliter à peccato. Secunda pars patet, q̃a vel talis
nõ faciens qđ in ſe eſt &c. omittit requirere miniſteriũ hoĩm
peritorũ, cõmittens ſe ſoli deo & eius gratiæ, & ſic de nouo
peccat tentãdo deũ. Quicũq; eñ rationabili cõſilio habens
quid faciat humanitus, ſalutẽ ſuam ſpiritualẽ vel corporalẽ
ſoli deo cõmittit omiſſo ſeu neglecto humano ſubſidio: ten-
tat deũ: vt vult Aug. aſſignando cauſam quare Abrahã de-
buit Sarai dicere ſororẽ ſuã, ſubticẽdo eã vxorẽ ſuã eſſe. xxij.
q. ij. q̃rit. Vnde ſicut incorporali ęgritudine cõſtitutus ſi cõ
fiſus de diuino adiutorio nolit requirere medicorũ iuuamẽ
aut conſiliũ, peccaret tentando deũ: ita qui mẽtis infirmita-
te laborat, puta ignorantia: ſi nolit &c. Vel ſecundo quãuis
accuratiſſime requirit hoĩm quãtũlibet doctorũ cõſiliũ &
miniſteriũ: non tamen ſe talem exhibet apud deũ, qui ab eo
mereatur in viam ſalutis dirigi, puta quia ſe nõ diſponit ad
charitatem cõtinuando actum, aliquod peccatum vel prio
ra non diluendo per pœnitentiã. ¶ Et ꝙ nullo horum triũ
modorũ ignorantia totaliter excuſet à peccalo, probo. Nul-
lus ratione vtens excuſatur à peccato per pœnam quã iuſto
iudicio deus ei infert, ant in ipſo cõtinuat ꝓ peccati deme-
rito. Sed ſic eſt de ignorantia eiũs qui perſeuerat in peccato,
ergo. Maior patet: quia in voluntarijs nõ põt excuſare illa
neceſſitas quã operata eſt prior volũtas: vt dicit Hu. de ſan-

ćto Victore lib.ſ. de ſacramentis, parte.vij.c.xxiij.ſicut non excuſat neceſſitas denuo peccādi mortaliter in eo q priora peccata p pœnitētiā nō diluit.Et minor probat, primo qa in pœnā peccati interdū abſcondit veritatē ab his quos pſeuerantes in peccato cōſulūt,adeo vt ſi velint omnino rñdere,neceſſe eſt vt falſa reſpōdeant.Ezechielis.xiiij.Qui poſuerit imūditias in corde ſuo,&venerit ad pphetā vt interroget per eū me:ego dñs rñdebo ei in multitudine immūditiarū ſuarū.& infra.Propheta vero cū errauerit, & locutus fuerit verbū:ego dominus decipiā illum: & portabūt (ſupple vterq) iniquitatē ſuā.iuxta iniquitatē interrogantis,iniquitas pphetę erit.Hinc ait gl.ad Roma.x.Mittit ſæpe deus malos doctores malis ex ira,vt viciſſim p ſe(ſicut iuſtū eſt) pereant:vt ſcilicet qui in peccatis eſt,peccet adhuc : & qui in ſordibus eſt,ſordeſcat adhuc.Apoca.xxij.Et.ij.ad Theſſalo.ij.aperte dicit Apoſto.Quia nō receperūt veritatē charitatis vt ſalui fierent:ideo mittet illis deus operationē erroris, vt credant mēdacio:vt iudicent omnes qui cōſenſerūt iniqtati.Et quid eſt hoc patres optimi, niſi offendiculū ponere: vt qui pœnitendo reuerti ad deū negligit, deſerens eū iuſto ſuo iudicio ponat ei deus vbi grauius impingat: vt p prophetā ait:Si cōuerſus iuſtus à iuſtitia ſua fecerit iniquitatē: ponā offendiculū corā eo. Ezechielis.iij. Aliquando tamen conſultus errare nō permittit falſa docendo,ſed tñ veritatis ſermonē eis ſubtrahit ppter interrogantis indignitatē:ſicut electo pphetę ſuo prenūciat.Linguā tuā adhęrere faciā palato tuo,& eris mutus,non quaſi vir obiurgans, qa domus exaſperans eſt.Vbi vide glo.ſuper verbo, & linguam.Secūdo patet eadē minor:quia in pœnā peccati ſæpe nō permittit deus indignos recte reſponſa intelligere,iuxta illud Eſaiæ xxix.Et erit vobis viſio omniū pphetarū ſicut verba libri ſignati,quem neſciens neq ignorans literas legere poterit. Et expreſſius Eſaiæ.vj.c. Audite audientes, & nolite intelligere. Excęca cor populi huius, & aures eius aggraua,& oculos eius claude:ne forte videat oculis, & auribus ſuis audiat,& corde intelligat,& conuertatur,& ſanem eos.Quod



oculos claudere apud deū eſt mētē non illuſtrare eidē in pœnam peccati:ad intelligendū nō cooperari ,ſeu iuuamē non pſtare.Fruſtra aūt palpitat lingua prędicātis,ſi intus nō doceat gratia & virtus ſpirituſſancti ſeu dei .¶Ex hoc patet quātę temeritatis ſit de pprio capite qd liceat,qd iniuſtū iuſtumve ſit:pſumere,& ſcripturę ſacrę regulā à peritis nō requirere.preter iuſtā neceſſitatē ſoli deo cōmittēdo:vel certe de miſterio hominum confidere,& corde contrito ſimul ad deū nō recurrere.Nullū eñi à peccato excuſat diuini iuris ignorātia,niſi ad deū toto corde cōuerſus dirigi petat & ſuffragiū hominū reqrere nō omittat.¶Fortaſſe obijciet aliqs: In his quę ſunt iuris diuini,nulla cadit ignorātia iuincibilis.ergo male dicit illa ex toto excuſare à peccato. Antecedens patet rōne Guillel.Pariſienſis:qa vel facit quis qđ in ſe eſt ad vitandū pctm̄:& vtiq diriget à deo miniſterio hominū:vel interna inſpiratiōe.vel nō facit qđ in ſe eſt:& tunc nō errat iuincibiliter.ex quo cōcludit in his quæ ſunt iuris diuini:nō cadere ignorantiā facti iuincibilē:quanto minus iuris.Et Ger.doctor eximius quarta lectiōe de ſpirituali vita animę dicit:Quicquid ſit de ignorātia facti aut iuris humani,cōcors eſt ſentētia nullā in his quę legis diuinę ſunt cadere ignorantiā inuincibilē,quin facienti quod in ſe eſt ,de9 ſemp aſſiſtit ,paratus illuſtrare mentē inquantū oportebit ad ſalutē,& erroris euitationē.Similiter dñs Altiſſiodo. tertia pte ſum.dicit vetulā & ſi audiat prelatū pdicantē q pater in diuinis ſit maior filio,quia filius quicquid habet &c. non excuſari per ignorantiam inuincibilem,quia poteſt ab alio veritatem diſcere,puta à deo ſi ei aperiat oſtium cordis ſui per deuotam dei glorificationem.Pro quo facit Hugo de ſancto Victore lib.ij.parte.ix.capitu.v.dicens neminem excuſari per ignorantā à pręcepto baptiſmatis ſuſcipiendi: qa niſi culpa ſua obſtiterit , audire & ſcire poterit ac debebit:vt exēplariter deduci ſolet à doc.de Cornelio Cēturi e Actu.x.¶Et continuo per illud.ſ.Ioan.ij.capi.Et non r ceſſe habetis vt aliquis doceat vos:ſed ſicut vnctio docet vos de omnibus:& verum eſt,& non eſt mendatiū.ergo faciens F

quod in ſe eſt, nunquã laborat inuincibili ignorãtia in his q̃
G ſunt legis dei. Reſpõdeo. Eorũ q̃ ſunt legis diuinę eſt differẽ
tia. Quędã em̃ ſunt quorũ notitia eſt oĩbus adultis neceſſa-
ria ad ſalutẽ: quędã vero quorũ notitia ſolũ quibuſdã eſt ne
ceſſaria ad ſalutẽ. Prima, vt cõia iuris naturalis p̃cepta: cuiuſ
modi ſunt p̃cepta decalogi, & cões articuli fidei: vt dicit de
oĩpotentia dei. Chriſti humanitate, paſſione & reſurrectio-
ne, reſurrectioneq́ʒ mortuorum: & ſic de alijs. & horũ igno
rantia in nullo eſt inuincibilis, quin ſemper eam vincere poſ
ſet faciendo quod in ſe eſt. Secus de alijs, quia & ſi circa illa
corde humiliato veritatem inquirant à deo & hominibus,
non propter hoc ſemper edocerentur miniſterio hominum,
vel à deo interna inſpiratione, vt contigiſſe videtur Macca
bęis, qui propter religionem & obſeruantiam ſabbati credi
derunt non licere ſibi manu auxilium ferre, aut loca ſpelun-
carum oppilare. i. Maccabęo. ij. c. & his qui iuxta deciſionẽ
ſedis apoſtolicę ei adhęſerunt cum qua fœdus cõiugale prę
ſumpſerant priore marito lapſo in hęreſim, & adhuc viuo.
de quo compilatio antiqua decretalium habebat in. c. lauda
bilem. de conuerſi. infide. vt aliquando latius deduxi. Et hoc
dico ad rationem domini Guliel. Pariſienſis quòd & ſi quis
faciat quod in ſe eſt, poteſt laborare inuincibili ignorantia
eius diuini iuris ad cuius notitiam deus non quẽlibet vult
obligari. ſimiliter eſt in his quæ ſunt facti, vt poſtea dicam,
& cum dicit Ger. Concors ſententia eſt in his quæ ſunt iu-
ris diuini, nullã cadere ignorantiam inuincibilem: dico hoc
H limitandum eſſe ad illa quæ deus ſub obligatione vult ab
oĩbus ſciri. Quòd enim indiſtincte verũ nõ ſit, patet ex glo.
Matthei. xviij. Parũ diſtat in vitio fallere vel falli, ſcandali-
zare vel ſcandalizari, ſi ex negligentia. ſi ex inuincibili igno-
rãtia, diſtat: q̈a tũc falli peccatũ nõ imputatur. quæ glo. nõ
de facti ſed iuris ignorãtia loqui videtur. imo & Gratianus
vult aduerſus ius naturale diſpenſationẽ fieri, cũ duo mala
ita ſe vrgent, vt alterũ agi oporteat. xiij. diſtinctiõe in prin. q̈
caſus occurrere nõ põt niſi illi q̈ diuini iuris ignorantia la-
borat, quomodo loquič conciliũ Toletanũ qđ ibi Gratia-



nus allegat. ergo in his q̃ ſunt iuris diuini, põt cadere igno-
rantia inuincibilis. Nõ obſtat verbũ Hugo. allegatum: quia
p̄cedit de illo ad cuius notitiã deus voluit oẽs eſſe obliga-
tos, ſaltẽ notabiliter durantes in vita poſt acceptũ rationis
vſum ¶ Ad confirmationẽ ex verbo Ioannis apoſtoli dico
quòd vnctiio nõ ſinit aliquem charũ deo hebetudinẽ pati
in his quæ ei ſunt neceſſaria ad ſalutẽ: cuiuſmodi eſt illud de
quo ibi Apoſtolus meminit, Chriſtũ meſſiam in lege pro-
miſſum iam veniſſe: qđ vnicuiq́ʒ eſt neceſſariũ ſcire: ſed in
ſimilibus erudit ſemper charitatẽ habentes, vel interna in-
ſpiratione, vel miniſterio hominum. ſecus in alijs, vt deduxi I
de Machabæis & alijs. ¶ Circa dicta eſt aduertendũ quòd
ignorantia aliquando eſt inuincibilis quo ad diſſolutionẽ,
& vincibilis q̃ ad euaſionẽ: & illa non excuſat ex toto à cul-
pa: vt dicit dominus Guillel. Altiſſiodoren. tertia parte ſum
mæ. quæſt. vtrum aliquis per ignorantiam ſine peccato põt
exhibere latriam creaturæ cuius exẽplũ eſt de eo cui appa-
ret diabolus ſub ſpecie Chriſti præcipiens vt adoretur. quã
quam em̃ homo nõ poſſet ignorantiã illam vincere per diſ
ſolutionem, deueniendo ſcilicet ad cognitionẽ veritatis, eã
diſcernendo à falſitate oppoſita apparente: quía tamẽ ei pa-
tet ſine diſſolutione euaſio peccati, adorando ſub conditio-
ne ſi ſit Chriſtus: ideo illa inuincibilis ignorantia non excu
ſaret à peccato ſi abſolute & ſimpliciter adoraret. An tamẽ
ibi per implicitam conditionem poſſet excuſari à peccato, ſi
cut in conſecratione hoſtiæ non tranſſubſtantiatæ, ſecundũ
deciſonem concilij Conſtantien. non curo ad præſens ſa-
tis eſt ĩ p̄poſito quòd in ſimpliciter abſoluta adoratiõe nõ
excuſaretur. ſed ignorantia inuincibilis quo ad diſſolutionẽ
& euaſionem ſimul excuſat totaliter à peccato: vt ſi dæ-
mon ſic tranſfiguratus pręciperet ſibi filium immolari: quia
ibi non poſſet ignorantia inuincibilis permanere quo ad
diſſolutionem, niſi ſimul eſſet inuincibilis quo ad euaſionẽ,
impoſſibile eſſet eũ illa inuincibili ignorantia laborare, &
tñ peccare; quinimò deus in hoc caſu facientẽ qđ in ſe eſt,
neceſſario inſtrueret interna inſpiratione, aut certe cum

eo diſpenſaret in lege nõ occidẽdi inſontẽ. Et huius ſentẽtiæ
fuit Gratianus.xiij.diſt.cũ dicit aduerſus ius naturale nullã
diſpenſationẽ fieri,niſi duo mala ita ſe vrgeãt &c.qđ falſum
eſſet ſi ignorãtia inuincibilis quo ad diſſolutionẽ tantũ ex-
cuſaret a pctõ.Sed dices fortaſſe,hęc ſentẽtia ferè totũ mun
dũ ĩuoluit:cũ ſic mercãtes cõtractu iure naturæ illicito. quã
tũcunq; ſequerent doctorũ ſententias,nõ excuſarent à pec-
cato,cũ ibi ignorãtia ſit vincibilis quo ad euaſionẽ, abſtinẽ
do à cõtractu,& ſimiliter in multis alijs,vt contrahẽdo cũ
alio poſtq̃ maritus lapſus fuerit in hæreſim,qđ olim decla
rauerat Celeſtinus papa eſſe licitũ &c. Rñdeo:Nõ totũ mũ
dũ inuoluit:qm̃ in ſimilibus verè confugientes ad ſe nõ ſi-
nit deus pcti labe inquinari;ſed dat metuentibus ſe ſignifica
tionẽ vt fugiãt à facie arcus,& liberent electi ſui. Pſalmo.lix.
Quẽadmodum Helia exclamente q̃a ſolus relictus eſſet ve-
ri dei cultor,accepit diuinum reſponſum,Seruaui mihi ſe-
ptem milia virorũ qui non curuauerunt genua ante Baal.iij.
K Regum.xix.& refert Apoſtolus ad Romanos.xj. ¶ Reſtat
inquirere de ignorantia iuris humani & poſitiui,an & quan
do excuſat a peccato. Et videtur quòd ipſa ignorantia in
eo qui facilè ius noſſe poſſet,ſemper ſit peccatum,& ita à
peccato non poteſt ſaltem totaliter excuſare:quia eſt in il-
lo lata culpa,iuxta.l.latæ culpæ.ff.de verborum ſignificatio
ne,&.l.regula.ff.de iuris & fac.ignoran quia omnes tenen-
tur iura ſcire.C.de legibus.l.ij.& de conſtitutioni , cap.pri-
mo.demptis perſonis quo ad hoc priuilegiatis,videlicet mi
litibus,& minoribus.xxv.annis,mulieribus, & ruſticis.de
quo plenius vide glo.j.quæſtione.iiij.cap.turbatur.§. notan
dũ. ¶ Pro rñſione præmitto qđ nõ eſt idẽ culpa apud iuri
ſtas,& pctm̃ apud ſacrã ſcripturam.Culpa in iure eſt deuia
tio ab eo qđ bonũ eſt,quod per hoĩs diligentiã potuit ꝓui
deri:cuius ſunt quinq; ſpecies:ſcilicet latiſſima culpa,latior,
lata,leuis,& leuiſſima.pro quarũ deſcriptionibus remitto
ad Bartolũ in.l.quod nerua.ff.depo. Vt deuiatio a bono vti
li eſt culpa.Et q̃ ſine pctõ ſæpe fiat,patet:ſi hæres ex ignorã
tia legis falcidiæ tantũ in legatis ſoluat,q̃ nõ remanet quar



ta para hæreditatis:hæc eſt lata culpa.& ſtultus appellatur
qui iuris illius ignorãtia laborat,in.l.regula.ff.de iu . & fac.
igno.vbi dicit de talibus,Sciãt ignorantiã facti nõ iuris ꝓ-
deſſe:nec ſtultis ſolere ſuccurri,ſed errantibus.Itẽ fideiuſſor
ignorãs ſe inutiliter obligatũ ꝓpter iuris ignorantiã:eſt in
lata culpa,& ei ſubtrahit actio mandati,Similiter ſi poſtq̃
ſoluerit:nõ certiorauit principalẽ de pecunia per eũ numera
ta,& ille ſecũdo ſoluit:vt.l.ſi fideiuſſor.ff. mãdati. Similiter
ſi quis patronũ ſine venia in iure cõueniat,ignorantia in eo
eſt lata culpa,& cadit in pœnã.l.aureorũ:vt.l.ij.C.de in ius
vocã.quæ oĩa ſunt ſine pctõ.Sed certe ſunt negligentiæ cir-
ca bonũ vtile reipublicæ, & ꝑticulare ius:q̃s iuſte leges ſeu
iura puniunt vel ceſſatione lucri,aut certe dãni affectione.
¶ Rñdeo igitur q̃ etſi iuris ignorãtia in eo q̃ vel ꝓpria pru
dẽtia inſtructus,aut iuriſperitorũ copiã habẽs,ius facilè noſ
ſe poſſet,ſit lata culpa:hoc tñ nõ arguit illã ignorantiã eſſe
pctm̃,etiã cũ ignorantia non eſt ꝓbabilis vt patet ex ſtatim
p̃miſſo.Sed vbi iura aliquid p̃cipiunt aut ꝓhibent,dũ ſuffi
cienter innituntur diuinæ legis auctoritati(extra quã vt regu-
lam ab omnibus ꝓfeſſatã vel profeſſandã nihil poſſunt p̃-
cipere,vt nec abbas aliquid extra regulam ꝓfeſſatam à mo
nacho teſte Gerſon) ignorãtia iuris non excuſat à peccato,
niſi fuerit probabilis apud eum qui ex iuris ignorantia præ M
ceptum vel prohibitionem illam trãſgreditur. ¶ Dicet for
taſſe aliquis,ignorantia iuris diuini non excuſat à peccato,
niſi ſit inuincibilis,ſed vt plurimũ iuris humani diſpoſitio
facit aliqđ eſſe cõtra dei legẽ,quod aliàs contra eam non fo-
ret:vt omnis diſpoſitio circa alienum impediens in aliquẽ
cadere rei dominiũ.ſimiliter quæ impedit inter aliquos eſſe
matrimonium ergo ſaltem talis iuris ignorãtia non excuſat
à peccato,niſi fuerit inuincibilis. Cõſequentia tenet:quia da
oppoſitũ conſequentis,& habebitur q̃ ignorantia diuini iu
ris probabilis & non inuincibilis excuſabit à peccato. Ver-
bi gratia quis accipit in coniugem quam ſcit in.iiij.gradu ſi
bi coniunctam,putans per iuris ignorãtiam hoc ſibi licere.
iſte cõmiſcẽdo ſe illi fornicatur. Si ergo probabilis ignoran

tia illius cõſtitutionis eccleſiæ excuſet eũ à pctõ,ignorãtia
iuris diuini de nõ fornicando excuſabit &c.quãuis ſolũ ſit
ꝓbabilis.¶Reſpõdeo ad probationẽ cõſequẽtiæ, negando
aſſumptũ:quia aliud eſt talẽ ignorare ꝙ fornicatio ſit prohi=
bita,qđ eſt ignorãtia iuris diuini.aliud verò ꝙ cõcũbere cũ
illa poſt conſenſum matrimonij præſtitũ ſit fornicari,quod
eſt iuris poſitiui.Et ſic ſecũda ignorantia ꝓbabilis,tanꝗ̃ po
ſitiui iuris,bene excuſat:iuxta.c.ꝓpoſuiſti.lxxxij.diſt.& no=
tata doct.ibidẽ:quãuis prima excuſare nõ poſſet,niſi eſſet in
uincibilis.Patet iſtud per ſimile:lege naturæ tenemur non
occidere,& vitã nobis ſeruare alimẽto & tegumẽto quãtũ
poſſumus:nec ignorantia illius niſi inuincibilis excuſaret à
pctõ.ſed certe ignorãtia probabilis ꝙ tali cibo nos occida=
mus quẽ in ægritudine appetimus,vel tali medicamine,ex=
cuſat totaliter à pctõ:alias oporteret quẽlibet medicinã di=
ſcere,et illud ſtudiũ cõuertere.Cũ ergo nõ minus licet igno
rare p̃ceptũ nõ occidẽdi,ꝗ̃ p̃ceptũ aliena nõ occupãdi in=
uito dño:oportet ignorantiã probabilem iuris poſitiui hu
mani excuſare &c.ꝗ̃uis facit actũ ipſum cadere ſub ꝓhibi=
tiõe legis diuinæ.nec eſt ibi ignorantia legis diuinæ,ſed eſt
ignorãtia alicuiꝰ ꝓpter qđ ignoratũ neſcit actꝰ cadere ſub
ꝓhibitiõe &c.¶Ex hoc patet ꝙ ſequẽs errorẽ alicuiꝰ do=
ctoris aut viri docti in ijs q̃ ſunt iuris poſitiui, excuſatur à=
pctõ:ſicut ſequẽdo errorẽ medici ꝓ ægritudine depellenda,
vbi interdũ ſeipſum interficit.ſecus de errore iuris diuini. Et
ſic oportet limitare dictũ Lãdulphi.xv.diſt.Quarti,ꝙ vide
licet ſequẽs errorẽ doctoris dũ eius mẽtis fuerit ꝙ nullo mõ
O hoc faceret ſi ſciret eſſe pctm̃,excuſatur. ¶Ignorantia facti
eſt triplex.ſ.affectata,craſſa ſeu ſupina,& probabilis.Affe=
cta tãdicit dũ vt maiori libidine propoſitũ exequamur ſine
remorſu,vel ob aliũ finẽ nolumꝰ circũſtantias facti aduerte
re:vt eſt illud Pſal.xxxv.Verba oris iniquitas & dolus:no=
luit intelligere vt bñ ageret.Craſſa ſeu ſupina eſt dũ nolumꝰ
laborẽ circunſpectionis ſubire,vel certe volumus alijs intẽ=
dere,per quod à circũſpectione facti retrahimur:q̃uo Mat.
xiij.dicitur,Solicitudo ſeculi & fallacia diuitiarum ſuffocãt



verbũ.Et dicitur craſſa metaphoricè:quia pingũes regulari
ter ſunt ſomnolenti & deſides:vnde prohibent à diligẽti cõ=
ſideratiõe.Nã vẽter pinguis(teſte Hieronymo) craſſum ſen
ſum generat.xiiij.diſt.in fine.Et ſupina,ꝗa tales quaſi ſupini
iacent,rationẽ nõ eleuantes ad facti cõſiderationẽ.Probabi=
lis ignorãtia circũſtantiæ dicit dũ quis debito moderami=
ne circũſpicit,& circũſtantiã illã nõ aduertit.Et vt dicat ꝓ
babilis,nõ requirit ꝙ homo ſit nimiũ curioſus in inueſtigã
do:ſed ꝙ nõ ſit nimiũ negligẽs remiſſus aut diſſolutus i inq= P
rẽdo.ff.de iu.& fac.igno.l.fi.¶Prima ignorãtia peccatũ po
tius auget ꝗ̃ extenuat.Qui enim ſcire nõ vult, nõ de igno=
rãtia iudicabit,ſed de contẽptu:vt ait Ber.Scđa ſcilicet craſ
ſa culpã alleuiat:ſed nõ excuſat à peccato: vt ſolet exẽpliſi=
cari de Lamech,qui præ ſenio cęcutiens ſeu caligãs oculis
dicẽte iuuene feram adeſſe,ſagittã emiſit,ac interfecit Caim:
de quo in glo.Gene.iiij.&.xv.q.j.§.itaq;.& nõ excuſat à pec
cato occiſionis,ꝗa nõ ſuffecit ꝓ exercitio illius facti diligẽ=
tia illa per aliũ.Tertia videlicet ꝓbabilis à toto excuſat: vt
exẽplificari ſolet de facto Iacob Geñ.xxxix. cui pro Rachel
ſuppoſita fuit Lya.Et niſi ſic,nõ liceret cõuolare ad ſecũda
vota recepto certo nũcio de morte mariti,ex quo adhuc fal
li poſſet,contra.c.in p̃ſentia.deſpon.&.c.dñs.de ſecun.nupt.
Pręterea dicit Auguſt.lib.de fide & operibus: Non peccat
virgo q̃ neſciens nubit alieno viro:nec erit adultera ex hoc,
quandiu neſcit.qđ verũ eſt dum ꝓbabiliter ignorat . Et in=
telligo prædicta de ignorantia circũſtãtiæ q̃ ſola facit actũ
malũ.Nã ſi ex ignorãtia circũſtãtiæ ſolũ aggrauãtis factũ,
vel impertinẽtis ad rationẽ peccati aliqđ fiat:ſiue illa fuerit
ꝓbabilis ſiue inuincibilis,nõ excuſat à peccato; vt ſi eũ ꝓ=
pter leuẽ iniuriã occidã, quẽ ignoro eſſe patrẽ,vel ignorẽ in
ipſo actu me ſimul occidendũ ſi tẽtauero aliũ occidere: ꝗ̃q̃;
ex & propter illã ignorãtiã fecero,nõ excuſor à pctõ.Simi=
liter eſt de ſciente aliqđ eſſe peccatũ: ſed quia ignorat ipſum
eſſe mortale,vult illud agere.Cõtra iſtud adduco p̃gnãtiſſi
mũ mediũ de Abimelech rege Gerarę q in ſimplicitate cor=
dis et mũditia manuũ ſuarũ voluit Sarai vxorẽ Abrahę ſibi

ſumere vxorem poſtq̃ Abrahã dixerat eã ſororẽ ſuam eſſe.
Cui dixit dñs.Geñ.xx.Ego ſcio ꝙ in ſimplicitate cordis fe-
ceris:& ideo cuſtodiui te ne peccares in me,& nõ dimiſi vt
tangeres eam.glo.interli.i.Nõ peruenires ad flagitiũ. Et Au-
guſt.ibidẽ notat ꝙ in deũ peccatur cũ talia cõmittunt quæ
putant hoïes vel non eſſe peccata,vel leuia haberi tanq̃ in
carne peccata.Ergo peccaſſet in deũ Abimelech ſi cũ Sarai
carnale cõmerciũ habuiſſet:& tñ ꝓbabili9 ignoraſſe videt
Sarai eſſe alterius viri vxorẽ,q̃ Iacob nõ eſſe Rachel q̃ ſibi
ſupponebat,qđ incenſo modico lumine facilè ꝑſpicere po-
tuiſſet.Et cõ firmat auctoritate cõcilij Triburiceñ.Qui ab-
ſente vxore cũ ſorore illius dormierit,quã ipſe vxorẽ putat:
ſi ꝑ ſecuritatẽ probauerit ꝙ inſcius fecerit hoc ſcelus, debe-
bit pœnitentiã indictã perficere,ſed ꝑmittitur ipſe nõ illa cõ
iugium legitimũ habere.xxiiij.q.ij.in lectũ. Vbi poſt igno-
rantiã probabilẽ dicit ſcelus ꝑpetraſſe cognoſcendo ſororẽ
ſuæ vxoris:& pœnitentia ei iniungitur.ergo ignorãtia facti
Q probabilis nõ excuſat à peccato.¶ Reſpondeo.Dicit Lyra
in allegato ca.ꝙ nõ ſufficienter inquiſiuit ſi eſſet alligata vi-
ro,vel non:& ideo peccauit eam accipiendo.Etiã videri põt
ideo peccaſſe,quia habuit vxorẽ aliam:vt patet ex fine.c.&
volendo iſtã ſuperducere peccauit.Sed neutra reſpõſionũ vi-
detur bona,ex quo textus dicit recitando ṽba dñi ꝙ ſimpli-
ci corde fecerit.pro quo videñt verba Abimelech,Nũ gentẽ
ignorantem & iuſtam interficies? Et ſubſequenter reſpõſio
dñi.vbi Ambro.loco verbi ſimplici habet puro. ſed nullus
ſimplici corde vel puro vult factũ malũ vel vitioſum: imò
ſi opus exterius volitũ eſt malũ:volitio ipſa eſt mala, & ita
nõ eſt ſimplex cor ſeu purum.Si igiẽ ducere eã vel cognoſce-
re fuiſſet Abimelech peccatũ,non cenſeretur à deo ſimplici
corde & in mũditia manuũ ſuarũ &c. Dico igitur aliter ꝙ
peccare in verbo allegato,videlicet ne peccares in me &c.nõ
ſumiẽ prout dicit actũ culpabilẽ ſeu demeritoriũ, cũ ſimpli-
ci corde & iuſte voluerit &c.ſed ſumiẽ peccare ꝓ facere ali-
quid ſimile peccato ſecundũ exteriorẽ ſpeciẽ facti.Et ſimili-
ter ſumiẽ ſcelus in dicto concilij Triburiceñ.vt vult ibi gl.



& imponiẽ pœnitentia non pro culpa,ſed ad cautelã. Dices
fortaſſe cõtra dicta de craſſa ignorantia:dicit Philoſophus.
v.Ethico.quibuſdã inuolũtarijs veniã dandã eſſe,puta om-
nibus q̃ nõ ignorãtes ſolũ,ſed ꝑ ignorãtiã facimus: nõ alijs
q̃ ignorantes facimus,nõ ꝑ ignorantiã, ſed ꝓpter animi ꝑ-
turbationẽ nõ naturalẽ neq; humanã.¶ Reſpõſio. Philoſo- R
phus loquiẽ de ignorãtia inuolũtaria,cuius ſcilicet volũtas
nõ eſt poſitiua cã ꝑ nolle ſcire,nec priuatiua ꝑ incuriã & ſe-
gnitiẽ:debitã diligentiã ſciendi non adhibendo. Tũc eñ pct
ignorantiã cõmiſſa puniuñ ſi ipſe cõmittens cauſa ignorã-
tiæ videaẽ fuiſſe:vt deducit Philoſophus.iij.Ethicorum de
ebrijs:quibus duplices debenẽ increpatiões,cũ in eorũ po-
teſtate fuerit ne ebrij fierent:qđ cauſa eſt eorũ ignorãtię. Et
gñaliter dicit ignorantes aliquid eorum quæ legibus conti-
nentur,& ſcire oportet, nec difficilia ſunt : eodemq; modo
in alijs quæ per negligentiam ignorantur,quoniam in ipſis
eſt ne ignorẽt peccare. Poterant enim diligentiam adhibere.

QVO ad ſecundum principale primo inquirã
quid eorum ſit grauius. Secundo ex hoc qs ali-
quo illorũ peccatorũ peccantiũ ſit magis cor-
ruptus,et minus curabilis.¶ Pro primo pono A
hãc concluſionẽ.Cęteris paribus illud peccatũ
eſt grauius,quod plus habet de volũtario:& inter ęquè vo-
luntaria,quod ſit maiori conatu:inter oïa verò grauiſſimũ
in quo reperitur maior contẽptus. Prima pars patet, quia
ratio peccati conſiſtit in eſſe voluntariũ.ꝙ ſi non ſit volun-
tarium omnino,nõ eſt peccatum: quod adeò manifeſtũ eſt
Auguſt.teſte,vt nulla huic doctorum paucitas,nulla indo-
ctorũ turba diſſentiat.Ergo quod plus participat de volun-
tario,magis habet de ratione peccati. Secunda pars patet,
quia ſicut in merito conatus voluntatis auget meritũ:ita in
culpa maior conatus voluntatis arguit plus inordinationis
& demeriti. Tertia pars patet per illud.i. Regum.xv.Quaſi
peccatum hariolandi eſt repugnare,& quaſi ſcelus idolola-
trie,nolle acquieſcere.quod ibi improperatur Saul ꝓ tranſ-
greſſione poſitiui mãdati dei,qđ metu populi(vt ibi patet)

tranſgreſſus erat, propter contemptū, quē adeò aſpernatur
deus etiā in mere poſitiuis. Quid igit̄ in ijs q̄ ſunt iuris natu
ræ? Quòd autē cōtēptus ſit extremus gradus malitiæ, patet
Prouerb. xviij. Impius cū in ꝓfundū vitiorū venerit, contē
nit. Et Auguſtinus dicit ciuitatē diaboli ꝑfici ex amore ſui
vſq; ad contēptū dei. Hinc recte dicit dn̄s Altiſſiodo. Si dia
bolo duobus apparente in ſpecie Chriſti, vterq; credat eū
eſſe Chriſtū, & facto mādato vt eū adorent, vnus adoret, al
ter vero cōtēnat adorare: grauius peccat qui adorare cōtē-
nit, quā is qui idololatrat, propter hoc, quia cōtēptus dire-
cte obuiat charitati: idololatria vero magis obuiat fidei. Hic
patet ꝑuerſitas erroris quē ſeminare in hac vniuerſitate qui
dā nō ſunt veriti, ꝙ contra conſcientiā erroneā qua iudicat
fornicandū eſſe, licet nolle fornicari: cū ibi manifeſtus ſit di-
uinę legis cōtēptus: quēadmodū ſi quis eū qui miles eſt, cre
dat regē, & eidē nolit regiū honorē impendere: cēſet nō mi-
litē, ſed regē contemnere. Nec eſt ſolū error dicta aſſertio, ſed
hęreſis, contra orthodoxę fidei veritatem, iuxta illud Apo-
ſtoli ad Roma. xiij. Omne quod non eſt ex fide, peccatum
eſt: vt latius deduxi in alijs. ¶ Ex dictis infero, Quāto quis
B maiori virtute aut gratia eſt ꝓditus, tanto peccat grauius:
& quanto fortius metu aut concupiſcentia quis ad peccan
dum impellitur, leuius delinquit. Primū patet ex verbo Au
guſt. lib. de pœnitētia: In hoc quiſq; peccator fit culpabilior,
quo eſt deo acceptior. Ideo enim Adam plus peccauit, quia
omni bono abundauit. de pœni. diſt. v. conſideret. Et grego.
de diabolo ait: Idcirco peccās ſine venia damnatus eſt, quia
magnus ſine cōparatione creatus eſt. de pœni. diſt. ij. princi
pium. Et ſecundū patet, quia minus eſt de voluntario, vbi
eſt maior impulſus ab extrīſeco. iō Aug. ſuadet cōfiteri. qua
tētatione quove impulſu quis ceciderit. an vltra ſe peccato
obtulerit, nō expectans tentationē, ſed prçueniens volupta
tem. dicto. c. cōſideret. ¶ Ex his dico ꝙ inter dicta tria gene
C ra peccatorum, peccatum ex ignorantia eſt minus graue,
deinde peccatum ex infirmitate: tertium vero, puta pecca-
tum ex induſtria, extremum gradum tenet malitiæ. Iſtud



expreſſe aſſerit Greg. Peccatū (inquit) tribus modis admitti
tur, ignorātia, infirmitate, & ſtudio. Et grauiꝰ qdē infirmita
te, q̄ ignorātia, ſed multo grauiꝰ ſtudio q̄ infirmitate pecca
tur. de pœni. diſ. ij. ſciēdū. Itē ꝙ pctm̄ ex ignorātia ſit minus
graue, & eſt pctm̄ ex induſtria, patet ex verbo Saluatoris Lu
cæ. xij. Qui nō cognouit, ſupple volūtatē dn̄i, & fecit digna
plagis, vapulabit paucis. ſubiungit̄ cauſa, qa hoī cui multū
datū eſt, multū quæret̄ ab eo. in quo fundata eſt regula Au
guſt. ꝙ minora ſunt pctā ignorantiū q̄ ſcientiū. ex qua con
cludit auarū fidelē qui ſcienti ab auaritia nō receſſerit, vin-
cere ſcelere eū q neſciēs hæreſim īcurrerit: niſi forte in hæreſi
ſceleris magnitudo faciat qd' in auaritia facit ſcientis admiſ
ſio: vt hæreticus neſciens auaro ſcienti coæquet̄. vj. quæro.
quod veritatē habet de ignorātia craſſa vel ſupina, ſed non
de affectata. Vnde Ambro. ſup verbo Lucæ allegato. Sed
cū poſſent ſcire, ſi vellēt ſtudiū adhibere: nō neſciētes ſed cō-
tēptores iudicant̄. Qd' etiā ſit minus graue q̄ pctm̄ ex infir
mitate, patet, qa eſt minus voluntariū: cū volūtas nō ferat̄
nec ferri poſſit in incognitū. In pctō vero infirmitatis volū
tate deducitur in conſenſum eius quod ſub circūſtātijs illis
quæ cognoſcuntur, eſt illicitū: ergo in peccato ex ignorātia
eſt minꝰ de volūtario. & ita minꝰ de contēptu. Quòd etiam
peccatum ex induſtria ſit vtroq; grauius, patet. quia ipſo
eſt maximus contēptus diuinæ legis. magis eīm contemnit
qui ſcienter cōtrauenit, q̄ is qui ex ignorātia. ¶ Cōtra iſta
videtur ꝙ peccatum ex malitia nō ſit grauius alijs. Primo,
qa eccleſiaſti. xlij. dicitur: Melior eſt iniquitas viri q̄ mulier
benefaciens. Sed per virū tropologice videtur intelligi ſciēs
ſeu noſcens diſtantiā boni & mali. ergo. Et confirmatur, qa
fortiꝰ īpellitur quis ab habitu q̄ a paſſiōe. ſed vbi eſt maior
īpulſus, eſt minus peccatū. ergo. Prçterea vbi eſt maior igno
rantia: eſt minor contēptus, & minus de voluntario. ſed ma-
iori ignorantia laborat peccās ex malitia q̄ peccans ex in-
firmitate, ergo. Minor patet: quia habet ignorātiā finis: imo
malam æſtimationem de fine, qui eſt principium in opera-
tiuis: vt patet ex. iij. vſ. vij. Ethicorum. ergo. ¶ Item videtur

peccatū ex infirmitate minus graue ꝙ ſit pecatū ex ignorā-
tia. Primo, quia dicitur. Sap. iiij. Inconſtantia cōcupiſcētiæ
trāſuertit ſenſum ſine malitia. ergo omnino excluditur culpa
per ſuperuenientē concupiſcētiā ſeu paſſionē. ¶ Et cōfirma-
tur: quia malū quod ſit cōtra voluntatē, caret inordinatione
culpæ. ſed paſſio facit operari malū cōtra voluntatē, iuxta
illud ap̄li ad Ro. vij. Qđ odi malū illud facio. Vbi etiā dicit
legē mēbrorū ſe captiuū ducere ī legē pc̄ti. Et hoc ipſum ex-
perimentaliter patet in iјs qui cōtranitentes vehemētia do-
loris aut voluptatis ſuperāt: quēadmodū riſum tenere cona-
ti, accumulatū emittūt: quibus dicit Philoſophus. vij. Ethi
co. veniā dādā eſſe. Præterea ignorātia eſt pc̄tm̄ diſtinctū, in
D firmitas vero nō eſt pc̄tm̄, licet ad pc̄tm̄ inclinet. ergo igno-
rātia potius aggrauat culpā ꝙ alleuiat. ¶ R̄ndeo ad primū
vir ibi ad literā ſumit̄ ꝓ hoīe maſculini ſexus: & dicit̄ iniq-
tas eius melior eſſe aliјs, eo genere loquēdi quo minus malū
dicit̄ melius, ꝓ tāto ſcilicet qa minus periculoſus eſt vir ini-
quus cohabitās ꝙ mulier benefaciēs. vn̄ p̄mittit̄ ibi inme-
dio mulierū noli cōmorari. de veſtimentis em̄ ꝓcedit tinea:
& à muliere iniquitas viri. Nec dicit̄ ibi abſolute ꝙ mulier
benefaciēs, ſed additur, & cōfundens in opprobriū. Tropo-
logice pōt vir ibi dici diſcretus aliqs et ſtrenuus, qui ex caſu
occaſionaliter fortius agit: vt vbi abūdauit delictū, ſupabū-
det gratia. Mulier vero indiſcreta, quæ ex benefacto ſumit
E occaſionem peccati, puta ſuperbiæ &c. ¶ Ad cōfirmationē
dico: vbi eſt maior impulſus ab extrinſeco, cuius ſcilicet vo-
luntas non eſt cauſa, peccatum eſt minus. inclinatio aūt ha-
bitus ꝓcedit à voluntate. Vnde quemadmodum paſſio cō-
citata volunrarie, vel præter intentum cōcomitans, non alle-
uiat peccatum, ſed ſolum paſſio antecedēs: ita habitus quia
non minuit rationem voluntarij, nō minuit peccatum. Vel
vt dicunt quidā, habitus non inclinat poſitiue impellendo,
ſed ſolum operationem magis delectabilem & quaſi conna-
F turalem reddendo. ¶ Ad ſecundum dico ꝙ illa ignorantia
qua laborat malus ſeu peccans ex induſtria, eſt ignorantia
electionis: vt dicitur. iij. Ethico. & illa non minuit peccatū,
ſed ſolum



ſed ſolū quæ ſe habet antecedēter vt inductiuū ad electionē.
Etiā licet malus ignorat & errat errore practico iudicando
aliquid faciendū vel nō faciendū tertio modo prius poſito
in prima particula: vtiꝙ tñ eſt ſciens inhoneſtatē ſeu culpā. G
& detrimentū facti: & ſic ignorātia eū nō releuat. ¶ Ad pri-
mum quo ꝓbatur pc̄tm̄ ex infirmitate minus eſſe ꝙ ex igno-
rantia, r̄ndeo ꝙ malitia nō capitur ibi vt idē ſit ꝙ pc̄tm̄ ſeu
culpa mortalis: ſed ſpecialiter vt dicit habitū vel actū pc̄ti
electionis ſeu de induſtria: & ſine illa malitia bene trāſuertit̄
ſenſus p concupiſcentiā, vt vult autoritas. Et ad confirma-
tionē dico, apoſtolus ibi loquit̄ de malo pœnę, nō culpe. vn-
de dicit ibidē: Iam nō ego operor illud, ſed qđ habitat in me
pc̄tm̄, puta concupiſcentia inflicta naturæ ex originali pc̄tō.
Imo generalis regula docto. eſt ꝙ motus paſſionū & mem-
brorū quādiu ſunt inuolūtariј, carēt culpa ſeu pc̄tō. Et per
idē dico ad Philoſophū. vij. Ethic. ꝙ ille motus exterior in-
uolūtarius caret inordinatione pc̄ti ſeu mortalis culpe. Qui-
dam vero exponūt apoſtolū referendo odiū & operationē
ad diuerſa: vt ſit ſenſus. Quod odi prius victus concupiſcē-
tia, poſtea operor. Sed primū videt̄ magis de intentione apo-
ſtoli, ꝓpter ea quę ſubiungit, Iam nō ego operor illud. &c.
¶ Ad ſcdm̄ dico ꝙ ignorantia ſolū habet rōnē pc̄ti rōne H
omiſſiōis qua quis omittit debitā diligentiā ad ſciendū ad-
hibere, & licet ratione illius omiſſionis minuat peccatū ipa
tamen ignorantia in ſe quia minuit de voluntario, etiā mi-
nuit de ratione peccati. Nec eſt etiā inconueniens ꝙ vnum
pc̄tm̄ minuat aliud: vt voluntaria euagatio in dicendis ho-
ris minuit peccatū omittendi aliqua quę ſunt de ordinario,
ex q̄ eſt minor cōtēptus ꝙ ſi ſciēter omitteret. Imo ipa igno-
rātia etiā in narratione peccati, & actus q ex ea fit, nō æqui-
parantur in malitia peccati quod fit de induſtria.

AD diuidendū quod eorū argu-
at in homine magis corruptū eſſe, & minꝰ ſana-
bile: pono hāc ꝓpoſitionē: In eo eſt maior cor-
ruptio qui ſine impellente eligit malum, ꝙ in

patiēte impulſum.Et inter ipulſos apud illū eſt maior corru
ptio,q pluribꝰ p̄ſidijs vallat̄ ad reſiſtendū vel vincendum.
℄Prima pars patet:quia qui ſine onere curue ambulat,qd
oneris faſce preſſus?& q ſine ira ꝑcutit qd uā facere iratus?
ergo deteſtabiliꝰ eſt & magis corrupti hominis ſine ipulſu
peccare.Secūda pars patet:qa talis faciliꝰ poſſet vincere ſeu
reſiſtere.Ex quo ſequit̄ ꝙ peccans ex malitia,eſt magis cor
ruptus:qa ſine ꝑturbatiōe & ipulſu paſſiōis appetit malū
Et talis habet errorē cōtrariū principio practico:quo indi=
cat finē malū proſequēdū eſſe:qđ nō cōtingit in peccāte ex
īfirmitate vel ignorātia.Licet em̄ in illis qnq; iteruenia̅t pri
cipiū practicū agēdi etiā vniuerſale:nō tn̄ habēt cōtrarium
errorē ſicut malus.Et ſic patet quare intēperatꝰ peior eſt ꝗ
ſit incōtinēs.Vnde intēperatū cōparat hydropico vel phthi
ſico,cōtinua ſcilicet ægritudine laborāti:icōtinētē vero epi
leptico:qui ſolū certis tēporibus patit̄.℄Ex ſecunda parte
patet ꝙ incōtinens per temeritatē ſeu prꝫuolationē (cuiuſ=
modi ſunt melancolici,aut cholerici:q īpetu paſſiōis ducū=
tur,vt nec cōſultent de agendo,ſed phātaſiā ſequūtur) minꝰ
corruptus eſt ꝗ incōtinens ꝑ infirmitatē,q ſcilicet titilatus
paſſione ab initio nō vehemēti,cōſultat de agendo,ſed con=
cluſo per cōſultationē nō īmanet,quia paſſioni inualeſcenti
(quā nō reprimēdo cenſet̄ auxiſſe) tādē cedit:quia ille plura
p̄ſidia habet vincēdi & reſiſtēdi,& eſt quaſi ciuitas oppor=
tunas & optimas leges habēs:ſed legibus nō vtit̄.Et hic dif
ficilius curatur:quia maximū principiū reducendi à malo,
eſt ratio:cui ipſe nō īmanet.Vnde Heſiodꝰ:Optimꝰ ille qui
dem qui per ſeſe omnia noſcens,Præceptor ſuus ipſe ſib ime
liora peregit.Ille bonus rurſum monitus qui recta ſequatur.
L. Qui autem nec ipſe intelligit,nec alium audiens in animo
ponit,hic nulla in parte vtilis eſt.Quanto igitur magis in=
utilis qui per ſe ſufficiēter inſtructꝰ,cōſultato nō inhæret?
Nec tamē ſequitur,ſi diſcedere à ratiōe ſit malū,ꝙ ergo ſem
per immanere ſit bonum:cum reperiantur quidam durę cer
uicis,agreſtes,& indiſciplinati,qui ſuas opiniones ſemper
ſequntur,& ab alijs ſe perſuaderi non ſinunt:quia aliud eſt



immanere opinioni ꝓpter vim & efficaciā rōnis:(qđ vtiq;
laudabile eſt) aliud vero immanere ꝓpterea qa ſibi nimiū
placēs vehemēter diligit ꝓpria,& gaudet ſuā opinionē poſ
ſe p̄ualere,doletq; ſi irritet̄ aut ſpernat̄ ab alijs.Nā ibi non
amor veri aut boni dn̄atur in oꝑe,ſed ꝓpria voluptas aut
dolor:& ita talis incōtinēti magis eſt ſimilis,ꝗ cōtinenti.
Vn̄ Seneca ad Luciliū in epiſtola:Maximū p̄ſtat nobis ad
virtutē impedimētum,ꝙ cito nobis placemus.Seqtur etiā
ꝙ magis corruptus eſt & deteſtabilior q dolori cedit,ꝗ is
q voluptate ſuperat̄.Cuius rōnē dat Philoſophus:qa faci
lius eſt reſiſtere,quod in dolore requirit̄:ꝗ vincere,quod in
cōcupiſcētia opprimit.Etiā dolor palā aggredit̄,voluptas
vero latenter inſidiat̄.Nec ſolū quantū ex eis eſt ſunt minꝰ
curabiles q potioribus bonis p̄diti non p̄cauent pctm̄,v e=
rum auxiliū gratiæ diuinæ magis à ſe elongant.Eſa.v.dicit
dn̄s de vinea quā ſtudioſe enutrierat,ſepem circūdando,&
turrim ponēdo in medio,nihil omittens eorum q̄ facere de
buit:q̄ dū ꝓ vuis faceret lābruſcas,inqt:Auferam ab ea ſe=
pem:id eſt munimen gratiæ que retrahi debuit à pctō.Vn̄
& ſæpe aufert ꝓpter pctā populi correptionem à p̄dicato=
re.Ezechielis.iij.Sed & linguam tuam faciam adhærere pa=
lato tuo,& eris nō quaſi vir obiurgans &c.Et Apoca.iij.
Vtinā calidus eſſes,aut frigidus,id eſt amore ſeruares p̄ce=
pta,vel ſaltē timor te cohiberet à pctō.Sed quia tepidus es:
id eſt neutro modo reuocaris à malo,incipiā te euomere de
ore meo:id eſt excludere à cuſtodia ſingularis protectionis
meæ.Patet ergo ꝙ inter prædicta peccatum malitiæ eſt cor
ruptiſſimi hominis,& minus curabilis:deinde infirmitatis:
& infirmum gradum tenet peccatum ex ignorantia.

## Argumentum Quodlibetarij.

℄Arguit dn̄s Quodlibetarius ſic.Illud peccatū eſt grauiꝰ
qđ à deo punit̄ acerbius.ſed peccatū quod fit maiori libidi=
ne,punitur acerbius à deo:ergo eſt grauius.Et vltra,Pecca
tum ex ignorātia fit maiori libidine:ergo eſt grauius ꝙ pec
catū ex īduſtria.Maior primi diſcurſus patet:quia vt dicit

Hierony. Abſq; dubio ſceleratius eſt cōmiſſum qđ à deo cōſtat grauius eſſe vindicatū.xxiiij.q.ſ.nō afferam9 Et minor patet p̱ illud Apoca.xviij.Quantū glorificauit ſe,& in delicijs fuit,tm̄ date ei de tormēto.Et antecedens ſecundi diſcurſus patet:quia in pctō ex induſtria eſt remorſus rōnis. Vnde dicit Philoſophus.ix.Ethicorū:Pœnitudine replent̄ mali,eo ꝙ hoc q̱dem huc trahat &c.Ex ignorantia vero fit ſine oī remorſu:ergo maiori libidine.ergo eſt grauis.℄ Rn̄deo ad ꝓbationē minoris,Verū eſt cęteris paribus ꝙ pcm̄
M quod fit maiori libidine,acerbius punitur:q̱a eſt magis voluntariū:ſed(vt dixi)grauitas pctī attenditur penes tria ex ordine,ſcilicet voluntario,conatu,& contemptu.Nam exceſſus ſecundi plus grauat q̄ excesſus primi:& ſuper omnia maxime grauat maioritas ſeu exceſſus contemptus. Quia ergo in peccato de induſtria eſt maior contemptus, non obſtante ꝙ in pctō infirmitatis vel ignorantiæ fuerit maior libido:peccatū malitiæ ſeu de induſtria eſt grauius.

## Prima quæſtio ſine argumentis.

PRopter q̱d dicit Apoſtolus:Oīs q̱ lactis eſt particeps,expers eſt ſermonis iuſtitiæ:cū plures lacte veſcant̄,ad iuſtitiā tn̄ diſcernēdā acu
A tiſſimi:℄ Pro huius ſolutione,vt intelligētia dictorū ex cauſis pateat dicēdi:cōmemorāda eſt ratio quā ſubiūgit,ſcilicet,Paruulus em̄ eſt,paruul9 in quā,id eſt iuuenis moribus.Nihil em̄ refert,ætate q̱s,an moribus iuuenis ſit:qm̄(vt dicit̄ primo Ethicorū)nō à tp̱e defectus eſt,ſed in viuendo & ꝓſequēda ſingula ſecundū animi p̱turbationem :ſicut centenarius puer dicit̄ Eſaiæ.lxv. Puer enim centū annorū morient̄:& maledictus erit.Econtrario ꝓbitas morū computatur pro ſenio. Sapiē.iiij.Senectus venerabilis eſt nō diuturna,neq; annorū numero computata:ſed ætas ſenectutis eſt vita immaculata.Paruulus ergo,id eſt iuuenis moribus,expers eſt ſermonis iuſtitiæ:q̱a indebitum eſt vt tali ſermo iuſtitię quo bonū à malo diſcernitur,miniſtret̄.Carnalibus em̄(vt vult Apoſtolus)nō poſ



D bonis fortunę: quorũ hoĩes ſunt dñi, & poſſunt fortunę fortiũ cõmittere, aut quãtũlibet ipius hoĩs dictamini. Aliud de vita aĩę vel corporis: quorũ liberã diſpõnẽ nõ habẽt, neq; licet omittere qcq̃d diligẽtiſſimus eiuſdẽ cõditiõis & ꝓfeſſionis facturus erat, vt eorũdẽ aĩę videlicet & corporis cõſulat ſaluti. Et qs eũ nõ culparet qui medices imperitus piclitãti



de morte auderet medicamẽ adhibere? Quanto igit acriũs arguendus venit, qui diuinæ legis expers, cõſiliũ inferre de animæ morte ambiguo pſumpſerit: contra illud Eccli. v. Si eſt tibi intellectus, reſpõde ꝓximo. ſin autẽ, ſit manus tua ſuper os tuũ, ne capiaris in verbo indiſciplinato, & cõfundaris. Et Apoſto. periculo huiuſmodi obuiã ire cupiẽs, Dico inqt p gratiã q̃ data eſt mihi, oĩbus q iter vos ſunt, nõ plus ſapere quã oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatẽ: & vnicuiq; ſicut deus diuiſit menſurã fidei. cãm adiungens: Qm̃ nõ oĩa mẽbra eundẽ actũ habẽt &c. Nec certe ſine graui diſcrimine eſſe põt ſi manus officiũ vſurpare velit ipſius oculi. Hinc pręceptũ legimus, Nolite plures magiſtri fieri: ſciẽtes quia maius iudiciũ ſumitis. Iac. iij. & Aug. coarctatus ad regimen eccleſiæ, inducias petijt a Valerio, vt diuinis prius vacãs oraculis diſcere poſſet qđ epiſcopũ vel ſacerdotẽ oportet docere. Patet ergo nõ valere cõſequentiã, in ſolã alterius vtilitatẽ pręſtat conſiliũ: ergo cõtra legẽ conſulens nõ peccat. Magnã enim cautelam adhibere neceſſe eſt vbi tã graue verſatur animæ diſcrimen & periculum. Qui igitur cæcus eſt, ducẽ ſe alteri axhibere nõ præſumat. ſinat aliũ potius incedere ambigue, quã ſeipſum temere conſulẽdo primũ pręcipitet. Et iuxta hoc aduertere potes per temeritatẽ aliquando mortaliter peccare hominẽ qui ad legẽ dei conformiter præbet conſiliũ, puta dũ ſe nouit aut aduertere deberet in lege dei imperitũ, & nihilominus de via ſalutis ambiguo pbere audet ducatum cõſilij: perſimile de illo qui mortaliter ægro medices imperitus medicamẽ adhibet, quo fortuite recte ſanat. ¶ Ad ſecundũ nego conſequentiã: et ad probationem dico ꝙ omnis ille conſentit in peccatũ qui in actũ conſentit diuina lege prohibitũ: quãuis actum principaliter faciens excuſet à peccato: vt patet in eo qui ꝓcurat aliquos cõiungi quos ipſe ſolus nouit inuicem affines vel cõſanguineos infra quartũ gradũ. Et vt clarius caſum habeas, pone ꝙ ſit mr̃ vtriuſq;, & vnũ infantẽ expoſuit: vt cæteris oĩbus ſit incognitum cuius eſt proles. Si petas an ergo procurans fatuam fatuo commiſceri, qui ob defectum cõſenſus matri E

moniũ contrahere nõ valent, peccat: Reſpõdeo, Prohibitio
& preceptũ ligat ſolũ ratione vtentes. ita cõſentiens in actũ
illorũ: nõ conſentit in actũ illis diuina lege ꝓhibitũ, nõ plus
quã ſi brutorũ cõmixtioni aſſenſum p̄ſtet. ſecus de ignoran
tiũ actu qui ratione vtunt̃, cũq; ꝑ ignorantiã vel inuincibi-
lẽ diuini iuris vel ꝓbabilẽ humani aut eorũ q̃ ſunt facti va
cent à culpa. etiã ignorantia ſæpe excuſat ſimplices, q̃ culpa
eſt in ſacerdotibus cõſulẽtibus. Viliſſimus nãq; reputãdus
eſt niſi ſcientia & ſanctitate p̄cellat q̃ eſt honore p̄ſtantior. ſ.
q. ſ. viliſſimus. Preterea ignorãtia iuris diuini nõ excuſat in
actu ꝓhibito niſi ſit inuincibilis nõ ſolũ quo ad diſſolutio-
nẽ, ſed etiã quo ad euaſionẽ: vt vult Altiſſio. & Gratianus:
prout aliàs deduxi latius: ita ꝙ ſtante ignorantia neceſſe ſit
vnũ facere qđ ſit cõtra legẽ. Cõſulens autẽ põt euitare pec-
catũ ſeu actũ lege prohibitũ nõ cõſulendo ſaltẽ quoadusq;
certior factus ſit ꝑ alios peritiores, vel adhibito ſtudio diui-
næ legis, & ĩplorato diuino auxilio orationibus & lachry-
mis quid dominus de caſu ꝓpoſito iubet. Quãta etiã requi-
rat̃ diligẽtia vt quis inuĩcibiliter iã erret, dixi in quarto qđ-
libeto articu. ij. ¶ Sed circa hæc dicta occurrit pulcherrimũ
dubiũ. Sacerdos in confeſſione audit eos qui vel inuincibili
ignorãtia diuini iuris, vel ꝓbabili ignorãtia facti vel huma
ni iuris excuſant̃ à peccato. an tenetur eis innoteſcere verita
tẽ, & de actu prohibito cõſcientiã formare ꝓ futuro: Et ap
paret ꝙ ſic. Primo, quia tenet̃ recte pœnitẽs quo ad animi
p̄parationẽ oĩa velle mãdata ĩplere: imò paratus debet eſſe
in animo omnia conſilia implere quantũ aliorum ſaluti vi-
derit eſſe neceſſarium. xxiij q. ſ. paratus. Hinc hæretici qui-
bus liceret ſæpe in ſubtilioribus errare: quia parati non ſunt
corrigi, peccant per animi pertinaciã crimine hereſis. xxiiij.
q. iij. dixit Apoſtolus. eadem cauſa & queſtione, qui morbi-
dum. Ergo apparet ꝙ ſacerdos tenetur de veritate cõfiten-
tem informare. Et cõfirmatur. Qui alios ab errore dum põt
non reuocat, ſeipſum errare demonſtrat. de hereticis. ca. qui
alios. ergo tenetur ſacerdos &c. Neq; obſtat ſi veritatẽ edo-
ctus ſcandalizabitur, vel deterius aget: quia iuxta Greg. ſen-



tentiã vtilius ſcãdalũ naſci permittitur, q̃ʒ veritas relinqua
tur. de regulis iuris. qui ſcãdalizauerit. Pro eodẽ facit a cõtra
rio ſenſu. c. cũ ex iniuncto. de noui operis nunciatione. quo
ca. cõuictus eſt Panor. dicere ꝙ papa male faceret reſcriben
do ꝙ ſuꝑ certo caſu aliàs ꝓhibito eſſet diſſimulandũ, niſi ſi
mul diſpenſaret de conſanguinitate & affinitate. ca. q̃a cir-
ca. Pro oppoſito videt̃ q̃a nemini debemus laqueũ iniicere
peccati. xxvij. q. ſ. de viduis. ij. etiã in his ſeu ad illa quæ alios
obligat̃: vt ibi de viduis quæ voto aſtrictæ ſunt ad caſtita-
tem. itẽ. c. clericos. de cohabitatione clericorũ & mulierũ, ꝓ-
hibet̃ ne cogantur clerici abiurare ſuas cõcubinas, propter
periculũ periurij. ſed in caſu noſtro iniiceret ſacerdos cõfitẽ-
ti laqueũ dũ veri ſimiliter timeret veritatis ſtimulo recalci-
traturus, vbi m ꝓpter ignorantiã immunis habet̃ à culpa
ergo. Et cõfirmatur, q̃a in. c. quia circa. de conſangui. & affi.
cõſultus Romanus põtifex qđ de nobili quodã agẽdũ eſſet
qui falſo ſuggeſto diſpenſationẽ obtinuerat cũ illa cõtrahen
di q̃ ſibi cõiuncta erat quinto conſanguinitatis gradu: rñ-
det ꝙ diſſimulare poſſet ep̄s vt remaneat in copula cõtra-
cta, cum ex ſeparatione videatur graue ſcandalum immine-
re. Certum eſt autem ꝙ diſpenſatione obtenta falſi ſugge-
ſtione, aut veri ſuppreſſione, nullius momenti eſt, & pe-
nitus inualida, iuxta. c. ſecũdũ. de filijs p̄ſbyterorũ. lib. vj. er
go licuit ibi diſſimulãdo p̄terire, & veritatẽ eis nõ innote-
ſcere. Neq; eſt vera theorica dñi Antoni & Panor. quã colli
gũt ex alia ex illo textu, ꝙ tolerãtia principis ſpecialiter de
aliq̃ caſu tolerãdo ſcribẽtis, habet vim diſpẽſatiõis. ſecus cũ
ſpecialiter nõ ſcribit; q̃uo ſecundum eos ꝓcedit. c. cũ iã du
dũ. de p̄bẽdis. Primo papa in caſu. c. quẽ tolerandũ dicit &
diſſimulãdũ, nõ habilitat vt de nouo cõtrahãt, neq; ep̄o ha-
bilitãdi facultatẽ cõmittit, ſed diſſimulandũ dicit vt rema-
neãt in copula ſic cõtracta, nõ aũt vt de nouò cõtrahã. Etiã
ſic nõ cõtineret ius cõe, ſed caſus particularis diſpẽſationẽ:
cũ in ſimilibus caſibus non eſſet propter hoc (vt omnes fa-
tentur) diſpenſatum. Et ita de nullo ſeruiret iuri communi,
niſi ꝙ papa potuerit ſuper, quinto gradu conſanguinitatis

(cum in prohibitione erat) diſpenſare. Item ca. qui ſyncera.
xlv. di. Greg. ſpecialiter ſcribit Iudæorū tolerādos ritus: imò
licentiā (inquit) habeāt liberā, oēs feſtiuitates & ferias ſuas
celebrandi. Et tñ certū eſt ꝙ ſuper illo diſpenſare nō potuit
neq; voluit. et c. deniq; iiij. di. Cū venia igenio ſuo relinquēdi
ſunt, ne forte peiores exiſtant ſi à cōſuetudine tali ꝓhibeant.
glo. cū venia pœnæ & culpæ ꝓpter ſchiſmatis vel ſcandali
ꝑiculū. allegat ca. nō pōt. xxiij. q. iiij. & c. vt cōſtitueret. l. diſ.
minus ergo in propoſito noſtro, vbi ꝑ iuris ignoratiā excu-
ſati, bona fide cōmanāt inuicē, ſicut & cōtraxerunt, ſine pec
cato. et certe vbi culpabiliter inuicē adhærēt: adhuc minora
mala tolerāda eſſent vt grauiora euitent. Et ita nō eſſet ſtul
tū papam reſcribere vt in adulterio tolerentur ꝓpter graue
ſcandalum imminens ex eorū ſeparatione. ¶ Ex quibus cō-
cludo cōtra Hoſtičſem, Innocentiū, Cardinalē, & alios pro
intelligētia Goffredi, ꝙ nuda erat ibi diſſimulatio, ſine effe-
ctu diſpenſationis. Verū ſi iuris ignorātia cognitū fuit eos
nō excuſari tolerari debebāt, ſed ad ſacrorū ꝑticipiū nō ad-
mitti, ꝑcipiēte dño: Nolite ſanctū dare canib9 &c. Mat. vij.
¶ Ad quæſtionē reſpondeo diſtinguendo de ignorantia.
vel em̄ eſt iuris diuini, vel iuris humani, aut facti. Si primo
modo, tenet̄ ſacerdos intimare cōfitenti diuinæ legis verita
tem, non obſtāte ꝙ forte timeat confitentē veriſimiliter mi
nime pariturū: quia de tranſgreſſione diuini iuris ſola excu-
ſat ignorātia inuincibilis, & quādiu manet inuincibilis, pu
ta dū facit qcqd in ſe eſt vt omnē diuini iuris ignorātiā vin
cat. Intelligo de iure diuino ſuos actus ſeu ꝑ eū agēda cōcer
nente. Altera in parte ſacerdos cōſtituit̄ diuinæ legis ſpecu-
lator: vt ſi vidēs gladiū venientē buccina non cecinerit, re-
quirat dñs de manu eius &c. Ezech. xxxiij. Vnde Apoſto.
Actuū. xx. Mūdus ego ſum à ſanguine omniū veſtrum. non
enim ſubter fugi quo minus annunciarē omne conſiliū dei
vobis. Grego. Mundus ergo a ſanguine eorū non eſſet, ſi nō
omne conſilium dei eis annunciare voluiſſet. xliij. diſt. Ephe
ſijs, & Ambro. ſermone. lxxiiij. Ego interdū parcens vobis
tacere vellē; ſed malo vos contumaciæ cauſas reddere, ꝙ̄ me
negligentiæ



negligentiæ ſuſtinere iudiciū. Quia ergo de inuincibilitate
ignorantiæ non facilè pręſumi pōt: & vbi cōſtaret ſacerdo
ti, nihilominus officiū ſpeculatoris explere debet viſo gla-
dio dei, id eſt verbo ſeu iure aut mandato dei, quo nō auiſa-
tus etſi nō iam, poſt feriri poſſet, tenet̄ ſacerdos cōfitentem
ſuꝑ diuino iure facere certiorē. Si petas, reuelato ſacerdoti à
deo quòd ſi cōfitenti veritatē edoceat, peccabit ſcienter dei
legē tranſgrediens: vbi autē diſſimulando præterierit, mane-
bit inuincibili ignorātia excuſatus, & ſaluabit: an ſacerdos
iuſte tūc poterit ſilere? ¶ Rñdeo: Quia ignorātia nō mane- G
ret ei inuincibilis ſi ſacerdos vellet annūciare diuinę legis ve
ritatē: ad qd' tenet̄ omni poſcenti, prout cōfitens expoſcere
obligatur, vt digne poſſit abſolui: nō excuſat̄ ſacerdos, qn
pot9 ſinere debeat perire aliū, ꝙ̄ ipſe culpabiliter diſpēſare
omittat verbi diuini obligationē & veritatē: vt cū Apoſt.
vere dicat: Chriſti bonus odor ſumus: alijs odor vitæ in vi-
tā &c. ii. ad Corin. ij. Ex hoc patet qd dicēdū ſit poſito ꝙ ſa-
cerdos ex cōfitentis circūſtantijs & cōditionibus veriſimi-
liter deprehēdat eū inuincibiliter errare: & tñ periturū mi-
nime ſi edoctus fuerit de veritate: maxime qa præſumendū
eſt talē non ſemꝑ inuincibiliter erraturū & ita per ignoran
tiā illā, cū vincibilis erit, & ſegnitie nō facientis iam qcqd
in ſe fuerit ad veritatē agnoſcendā, veriſimiliter perditū iri
in æternū. Huius ſimile datur, Poſſideo aliena: quæ ſi reſtitue
ro, ſcio veriſimiliter ꝙ ꝓles meæ egenæ ꝙ pauperes multi-
pliciter deū offendēt, quæ aliàs ꝑ ignorātiā excuſatæ de alie-
ni occupatiōe, bene agent, & vitā recte ducent. Et vt vtriq;
caſui ſeruiat: ponatis mihi nō ſolū ex veriſimilibus hoc cō-
ſtare cōiecturis, ſed à deo eſſe reuelatū. non deobligabit me
hoc à ꝑcepto reſtituendi. Ita in ꝓpoſito ſimiliter nec licet
mihi furari vt alijs peccandi occaſionē adimā eorū penuria
releuata. ¶ Non credo etiā via humana ſacerdotem de hoc H
certiorari poſſe certitudine probabilis coniecturæ, ꝙ ſimul
quis inuincibiliter in aliquo erret, totū quod poteſt faciēs
vt mereatur veritatē edoceri: & nihilominus noliturū pare-
recum primū edoctus fuerit veritatē. Etiā dicerēt multi, &

eſt ꝓbabilis,ſi ſacerdos per diuinā reuelationē certioret ꝙ
ſcilicet edoctus de veritate dānabitur,vbi alias inuincibili-
ter errans ſi veritatē eū nō docuerit,ſaluabitur:iā ipſo facto
deobligatus eſt ab onere officij ſui, puta ſpeculatoris ad
veritatē innoteſcendā in foro pniæ:qn̄ ſolum reuelāda eſt in
vtilitatē cōfitētis.Secus in publico,vbi ꝓ vnius ſalute face-
re liceret vnde mille obſtinarent̄ magis in pctō. Prima autē
ſolutio ꝓcedit cū ſimul ei expreſſum fuerit deū nolle ipſum
per reuelationem deobligari,vel celatio veritatis cederet in
aliorū præiudiciū.Nec eſt ſimile de obligatiōe nō capiendi
vel detinēdi aliena,quæ nō ſoluit̄ cōſtito etiā per reuelatio-
nē ꝙ niſi capiā vel detineā aliena,quidam alias ſaluādi ruēt
in pctm̄:qa ex hoc certus nō ſum ꝙ non idem periculū ſpe-
ctet ad dn̄m rei capiēdæ,vel per me detinēdæ,aut alios qbus
ipſe forſitā largiret̄. Vel certe ꝙ illo nō enutrient̄ doctores,
aut alij deo deuoti,qui pluriū animabus cōſultū ibunt,q̄ꝫ ꝑ
me foret ꝓſpectū.Et ſic de alijs multis q̄ poſſent occurrere.
In foro autē cōſciētiæ quo ad caſum poſitū intelligo cū ex
I hoc nulli alteri affertur præiudiciū.Et ergo ſi ponat̄ doctor
vel curatus cōfitens qui edoctus per me,pluriū cōſulet ſalu
ti qui veritatis inſcij in periculo ſunt dānationis:etiā reuela
tio iuxta caſus poſitos me nō abſolueret à p̄cepto veritatē
innoteſcēdi. ſi vero fuerit ignorātia facti aut humani iuris,
& ſit ꝓbabilis,qđ perpēdere pōt ſacerdos ex pſonæ quali-
tate q̄ cōfitet̄,(quibuſdā em̄ licitū eſt iura ignorare,vt mili
tibus,minoribus,ruſticis,& fœminis:de quo eſt glo.notabi
lis.ſ.q.iiij.§.notandū)vel ſi de hoc priuilegiata nō ſit,doctos
ſeu peritos iuris cōſuluit,vel ſine ſiniſtra machinatione tres
reportauerit ſn̄ias:& ſic de alijs.& ſubdiſtinguo,vel ignorā
tia illa alijs affert præiudiciū:vt in detētione alieni: vel alij
ſcandalizantur,q̄ꝫq̄ꝫ cōfitens probabiliter ignoret:& tunc
tenetur cōfitentem de veritate inſtruere,alioqui furti vel ſcā
dali reus erit:quēadmodum qui furti conſcius quærente ꝓ-
feſſore non indicat.c.qui cum fure.de furtis.& qui videt aſi
num odientis ſe iacentem ſub onere niſi cū eo ſubleuauerit
reus conſtituitur.Exodi.xxiij.Vel de nullius agitur præiu-



dicio,ſed ſolum eſt occulta humani iuris trāſgreſſio ex igno
rantia probabili vel iuris vel facti,& tūc ſi timet̄ agnita ve
ritate veriſimiliter deterius acturus,vt de hominis fragilita
tate ex retroactis operibus eiuſdē vel aliorum qui earundē
ſunt conditionū & morū,penſare pōt:debet ſacerdos ſilere
etiam vbi dilucidè docere poſſet cōtra ius eſſe qđ cōfitens
agit,& ſibi abſolutionis beneficium impertiri .& pro illo
eſt caſus.c.q circa.de cōſan.& affini.vbi verſat̄ ignorātia iu
ris:& ſimil'r eſt vbi aliquid eſt cōtra diuinū vel humanum
ius,ꝓpter factū ignoratū. Probabili inquā ignorātia hoīs,
ſcilicet neq̄ꝫ nimiū remiſſi,neq̄ꝫ nimiū ſcrupuloſi in inquirē
do:vt ſi ſacerdos nouit eos primo affinitatis vel cōſanguini
tatis gradu attinere inuicē,& ſe multū diligere:vt veriſimile
ſit in vetitū eos magis inflāmandos: & hoc maximè ſi iudi-
cialiter ꝓbari nō poſſit:quanq̄ꝫ ſciat cōfitentē verbis ſuis ſi
dē habiturū:Et idē ſi ꝓbari pōt,dū ex ſua taciturnitate alijs
ſcandalū nō imineat,vel ſi īminet,graue ſcandalū īminet vel
æquale ꝑiculū ex eorū ſeꝑatione. De his vero ꝑticularibus
magis inſtruit vnctio q̄ꝫ ars vel ſciētia. Obijcies fortaſſe ca.
tua nobis.de cognatiōe ſpirituali:vbi dicit̄: Qui contractū
tale matrimoniū ſciuerint,tenent̄ illud eccleſiæ nūciare.& lo
quit̄ de mr̄imonio inter filios duorū cōpatrū,ꝑ quorū alte
rū deuētū eſt ad cōpaternitatē.ergo à fortiori tenet̄ ſacerdos
cōfitēti indicare.¶ Rn̄deo primo, textus ille loquit̄ de eo q K
ꝓbare pōt impedimentū:qa ſi ꝓbare nō pōt,nō tenet̄ eccle
ſiæ denūciare:quāuis cōmanētes inuicē peccēt ſic cōiuncti,
nō ignorantes.ſ.īpedimentū:vt clare ꝓbat̄ ex.c. ſi ſacerdos.
de offi.ordi.&.c.plerūq̄ꝫ.ij.q.vij.& ꝓ eodē eſt gl.de pæni.diſ.
vj.c.ſi ſacerdos.& vbi ꝓbare pōt,nō tenet̄ nūciare cū ex nū
ciatione ſcandalū imminet, iuxta dictū.c. qa circa.niſi forte
grauius īmineret ex eorū cōiūctiōe.Iā (vt dixi) ſacerdos tūc
ſilere debet cū videt confitentem probabili ignorātia excu-
ſatū:& veritate manifeſtata paſſiue veriſimiliter ſcādalizan
dum,& nullum imminere ſcandalū aliorū vel p̄iudiciū. Ali
ter etiā reſpondeo ꝙ aliud eſt de iure quod cōiter publicari
debet in eccleſia;prout loquitur dictum.c.tua nobis. quia ſi

cordis,confugit ad ipſum &c.ergo &c.Secundo,quia ſacra
mentū baptiſmi & pœnitentię ex opere operato cōferūt pri
mā gratiā.ergo prętèr deuotionē & miniſtri & ſuſcipientis
operanť remiſſionē peccatorū. Antecedens patet: qa in hoc
ſolo eminēt ſacramēta nouę legis à ſacramētis veteris teſta-
mēti,qa ipſa efficiūt qđ ſignāt:vt patet.iiij.ſnīarū in princi-
pio.Et cōſequētia tenet:qa ſi ex deuotione miniſtri vel ſuſci
pientis,iā nō eſſet ex opere operato,id eſt ex opere qđ extrin-
ſecus adhibeť,ſed ex ope operātis,ſcilicet miniſtri vel ſuſci-
pientis deuotiōe.Hinc Scotus.xiiij.diſt.ſ iij.ſentē.q.iiij.ſentit
nihil requiri vt aſſequatur homo gratiā per ſacramētū pœ-
nitentiæ vel baptiſmi,pręter volūtariā ſuſceptionē ſacramē
ti,& excluſionē fictionis,quę eſt ꝑ obicē actualis culpę mor
A talis.Et cōfirmať.Quicūqꝫ habet fidē ſacramenti, & ꝓpoſi-
tū ſuſcipiendi,eo ipſo ſuſcipit effectū ſacramenti, puta gra-
tiā.ergo nō requiriť magnus dolor ſiue deuotio. Antecedēs
patet de baptiſmo & eiꝰ effectu.c.debitū.vbi de eo q ſeipm
aqua perfundēs in noīe trinitatis &c.diciť,Si talis continuo
deceſſiſſet,ad patriā protinus euolaſſet,propter ſacramenti
fidē,etſi non propter fidei ſacramentū.Et de preſbytero non
baptizato,in.c.apoſtolicam.dicitur:Quia in ſanctæ matris
eccleſię fide,& confeſſione Chriſti nominis perſeuerauerit,
ab originali peccato ſolutum,& celeſtis patriæ gaudium eſ
ſe adeptum aſſerimus incunctanter.Propter quæ gloſſ.in.c.
dudum.ij.de electione.cum dicitur ꝙ occupans duas curas,
de facto animas damnabiliter deceperit,dicit ſe non credere
quòd perierint,non quia ille poſſet eos abſoluere,ſed ꝓpter
fidem ſacramenti,iuxta.c. allegata.&.c.baptiſmi vicem.de
conſe.diſt.iiij.Etiam niſi ſic,grauè videretur iugum Chriſti,
& onus importabile vt veteris legis,contra illud Mat.xj.Iu
gum enim meum ſuaue eſt,& onus meum leue.¶ Præterea
tertio,minima contritio ſufficit ad deletionem quantumli-
bet magni peccati.ergo non eſt magnus dolor neceſſarius.
Antecedēs patet:quia contritio eſt motus charitate forma-
tus.Charitas aūt eſt veſtis nuptialis diuidens inter filios re
gni & perditionis;vt ex Augu.allegat glo.j.Corint.xj.ergo



minima contritio delet oē mortale pctm̄. ¶ Et confirmatur.
Modus implendi pręceptū nō cadit ſub pręcepto:ergo qcū-
que dolet de peccato,ſiue intenſe ſiue remiſſe,ſatiſfacit prece
pto quo iubemur culpam dolore abſtergere,ſeu de peccato
dolere.Antecedēs ꝓbatur:quia reddēs depoſitū ſine intenſo
ſiue remiſſo effectu,æquè ſatiſfacit p̄cepto.Similiter dans ele
emoſinā neceſſitatē patienti,vel honorans parentes:& ſic de
alijs.ergo &c.¶ Ad oppoſitū eſt deſcriptio cōtritiōis quā
Iſidorus tradit.ij.lib.de de ſummo bono.ca.xij.Contritio eſt
cōpunctio & humilitas mentis cū lachrimis.veniens de re-
cordatione peccati,& timore iudicij.Sed peccatū non deleť
abſqꝫ cōtritione:ergo ad peccati deletionem requiritur ma-
gnus dolor.¶ Pro huius ſolutione tria pręmitā,Primū,Re-
prehenſibile eſt valde peccatoribus veniā & ſecuritatem de
pecti remiſſiōe facile polliceri.Vnde Iſido.li.allegato.c.xiij.
Sunt q pœnitētibus ſecuritatē cito pollicētur:qbus per ꝓ-
phetā dicitur Hieremye.vj.Curabāt contritionē filię popu-
li mei cū ignominia,dicentes,Pax:& nō erat pax,Cū igno-
minia igitur curat contritionē qui peccanti & non legitime
pœnitēti promittit ſecuritatē.Vn̄ ſequitur:Cōfuſi ſunt qui
abominationē fecerunt.i.cōfuſi ſunt nō pœnitentes,ſed pœ-
nas luendo.& paucis īterpoſitis:Quāuis ꝑ pœnitentiā ꝓpi
tiatio peccatorū fit,ſine metu tn̄ homo eſſe nō debet:qa pœ-
nitētis ſatiſfactio diuino tm̄ pēſať iudicio,nō humano.Pro-
inde qa miſeratio dei occulta eſt,ſine ītermiſſiōe flere neceſ-
ſe eſt.Hæc ille.Item.l.diſt.c.ſi qs diaconus.diciť.Cū ante tri-
bunal ꝓ ſuis pctīs dānādi aduenerit,q nō acta digna pœni-
tētia credūt ſibi dimiſiſſe deum.qūo ſacerdotes indulſiſſe vi
denť:cōtra nos cauſam dicturi ſunt,qđ dum durā aſperita-
tē linguę eorū expauimꝰ,aut falſa blādimēta & periculoſas
adulatiōes eorū libēter accipimus ,in peccatis eos ꝑmanere
inutiliter indulſimꝰ.Neqꝫ obſtat verbū Chriſoſtomi, Non
debet diſpēſator eſſe tenax vbi pr̄familiàs eſt liberalis.xxvj.
q.vij.c.allegant.quia loquitur de pœna iniungenda verè pœ
nitētibus.Vnde dicit.Quemadmodū ſi faſcem ſuper hume-
ros adoleſcentis imponas,quem baiulare non poſſit ,neceſſe

habet aut faſcē deponat, aut ſuccūbēs cōfringatur: ſic & ho
mo cui pōdus graue pœnitētiæ imponis, aut ipſum reijciet,
aut ſuſcipiēs dū ferre non pōt, ſcandalizatus amplius pecca-
cabit. Deinde & ſi erramus modicā pniam iniūgēdo; nōne
melius eſt ꝓpter mīam rationē reddere, q̄ꝫ ꝓpter crudelita-
B tem: vbi etiā paterfamilias &c. ¶ Secūdū, ꝙ difficultas ma-
gna eſt inter doctores an claues ſacerdotij ſe extendant ad
culpæ remiſſionē. & certe probatiſſimi theologi ſenſerūt ꝙ
nō. Magiſter ſentē. xviij. diſt. Quarti dicit, Sacerdotibus nō
cōceſſit deus poteſtatē culpā dimittendi ſeu ligandi &c. ſed
oſtendēdi hoīes ligatos & ſolutos. In culpis igit̄ retinēdis &
ſoluendis ſacerdos operatur eccleſiaſticus, qđ in leproſis
olim legalis. Et ſunt illa originaliter verba Hieronymi tra-
ctātis illud Matthæi. xvj. Quodcunqꝫ ligaueris &c. Itē do-
ctor irrefragabilis quarta ꝑte, q. lxxx. Sacerdotis poteſtas ſe
extēdit ad culpā delendā per modum deprecantis, ſed ꝑ mo
dum impertientis vel imperantis nequaq̄ꝫ. Vnde dicit, Sacer
dos nunq̄ꝫ tētare abſoluere eū de quo nō præſumeret ꝙ eſſet
abſolutus à deo. cōcludēs poteſtatē clauiū ad culpā delēdā
ſe nō extēdere. Illud ṽo Ioānis. xx. Quorū remiſeritis &c. di-
cit ītelligēdū quo ad pœnæ verā dimiſſionē, vel alligationē
vel quātū ad culpā q̊ ad oſtenſionē. cui alludere videt̄ glo.
interline. ibidē dicens, id eſt quos dignos remiſſione iudica-
ueritis, duabus clauibus, videlicet poteſtatis & diſcretionis.
Eiuſdē ſententiæ videtur Bonauentura. xviij. diſtin. Quarti:
& certe probabile videt̄, quia eadē eſt ſacerdotibus data fa-
cultas culpam retinendi & dimittendi. Manifeſtum eſt au-
tem ꝙ culpam retinere non poſſunt vere pœnitentis. Quo-
modo ergo ſoluere poterunt culpam minus digne pœniten
tis? Attamen quia doctores alij probabiliter oppoſitū ſuſti
nent, ꝙ pœnitentia ſcilicet ſacramētalis, vt ſecunda poſt nau
fragiū tabula, prima interdū cōfert gratiā ex opere opera-
C to: hoc indiſcuſſum tanq̄ꝫ probabile dubiū prętereo. ¶ Ter
tium, ꝙ nō quælibet diſplicentia de peccato propter deum,
meretur de congruo gratiam & culpæ remiſſionem, probo,
Deute. iiij. dicit: Cūqꝫ quæſieris ibi dn̄m deum tuum, inue



nies eū: ſi tamen toto corde quæſieris eū, & tota tribulatio-
ne animæ tuæ: poſtquā &c. Vbi aperte innuitur non inuen
turos eſſe deum, niſi toto corde & tota animi tribulatione
quæſierit &c. Itē diſplicentia talis de omni etiā peccato ꝓ-
pter deū, ſtat ſine tremore ad ſermones dn̄i. & ꝙ tunc nō re-
ſpiciat dn̄s, aperte ꝓbat illud Eſaiæ vltimo: Ad quē autem
aſpiciam niſi ad pauperculū & cōtritū ſpirtu, & trementem
ſermones meos? Tremor autē eſt magnus & manifeſtus ti-
mor: vt dicit glo. tractās illud Apoſtoli ad Philip. ij. Cū ti-
more & tremore operamini veſtrā ſalutē &c. Præterea qui
pœnitentiam morientibus abnegauerit, reus erit animarum:
quia dominus dicit: Quacunque hora conuerſus fuerit pec-
cator, vita viuet. xxvj. q. vj. ſi quis p̄ſbyter. & ibidē ca. agno
uimus. Salutem hominum adimit quiſquis mortis tempore
pœnitentiā ſibi denegat. Ergo motus diſplicentiæ de pecca-
to propter deum, cum propoſito ſuſcipiendi ſacramentum,
imò cū requiſitione ſacramenti, non reponit ſtatim hominē
extra culpam ad ſtatum gratiæ, ſed ſtat cum mortali pecca
to. Idem videtur ſenſiſſe Auguſti. cum dicit hominem non
tam cito ſoluendū à peccato ex deſiderio ſacerdotis, ſicut
ſi per ſacerdotem abſolueretur. de pœniten. d. vj. qui vult pœ
nitere. Et de pœni. d. j. quem pœnitet. Ergo non quilibet re-
miſſus gradus diſplicentiæ ſufficit expurgare culpam homi
nis. Et idem videtur velle Scotus, qui cæteris tamem mitius
eſt locutus. xiiij. diſtinctione. iiij. quæſtione. iiij.

HIS PRAEMISSIS pono hāc cōcluſionē D
reſponſiuā. Mortale peccatum non remittitur
adulto ſine magno dolore intellectui appetitꝰ:
puta voluntatis: excepta ſaltem gratia baptiſ-
matis. ¶ Probo per illud Aug. lib. de pœnitē.
Recte pœnitens quicquid ſordium poſt purificationem
contraxit, oportet vt abluat ſaltem lachrymis mentis. Sed ſa
tis durus eſt cuius mentis dolorē oculi carnis nequeunt de-
clarare. Sed ſciat ſe culpabiliter durum, qui deflet dāna tem-
poris, vel mortem amici: & dolorem peccati non oſtēdit in
lachrymis. Non eſt itaqꝫ vt quis ſe excuſet non habere fon-

tem lachrymarũ qui vnq̃ oſtenderit lachrymis dolorẽ tem-
poraliũ. Allegatur de pœnitent.diſt.iij.ſunt plures.Qđ tra-
ctans beatus Tho.xv.diſt.iiij.dicit verũ eſſe cũ defectus la-
chrymarũ prouenit ex defectu doloris:vt quia homo min9
dolet de peccato,quã de dãno temporali.ſecus ſi abundãtia
doloris lachrymas exſiccet ꝓpter cõcitatũ dolorẽ,vel ſi ho-
mo ſe continuerit vt corã ſolo deo doleat.vel ex duritia cõ-
plexionis:vt puta dolor de tẽporalibus eſt magis ſenſibilis:
& ideo magis vicinus ad reſoluendũ corp9 in lachrymas.&
Augu.lib.allegato tractans illud ꝓphetiæ. Quacunq; hora
ingemuerit &c. Adiecit inquit ꝓpheta, Et cõuerſus fuerit
dixit cõuerſum nõ verſum vita viuere. Verſum quidẽ puto
qui dolet de crimine:cõuerſum qui dolet de omni ei9 quam
expoſuimus varietate. Vertit̃ à peccato,qui iã vult dimitte-
re peccatũ. Cõuertitur,qui iã totus,& omnino vertit̃,qui
iam pœnas non timet,ſed ad bonũ deũ tendere feſtinat.quæ
cõuerſio ſi contingat in extremis agenti,vita viuet.ſed q̃m
vix vel raro eſt tam iuſta cõuerſio,timendũ eſt pœnitẽti ſe-
ro.Hæc ille.Et certe põt huius dari ratio:q̃a eodẽ.c.Ezechię
lis.j.dicit̃:Si iuſtus auerterit ſe à iuſtitia,oĩm &c.qđ ſolum
veritatẽ habet de perfecta auerſione.Exilis nãq; vel admo-
dum remiſſa auerſio vel ſurreptitia nõ ſtatim in obliuionẽ
adducit oẽm iuſtitiã hominis,Qua igitur ratione poſſet cõ
uerſum de qualibet etiã tenui conuerſione intelligi?Et Gra-
tianus exponẽs allegatũ verbũ ꝓphetæ,Cõuerti inquit di-
citur qui oĩno iam vertitur cui9 vox & cogitatio ita morti
ficationi deſudat peccati,ſicut prius ſeruierat iniquitati.de
pœni.diſt.j.quis aliquãdo.& hoc voluiſſe videt̃ ꝓpheta cũ
ait:Conuertimini ad me in toto corde veſtro,in ieiunio &
fletu & in planctu,dicit dominus, Scindite corda vr̃a &c.
Ioãnis.ij.Itẽ Ambro.lib.ij.de pœni.Facilius inuenitur q̃ in-
nocentiam ſeruauerit,quàm qui congrue egerit pœniten-
tiam.Et probans quemadmodum oportet pœnitentem val-
de dolere,& abnegare ſemetipſum,adducit verbum Chri-
ſti: Si quis vult venire poſt me,abneget ſemetipſum,& tol
lat crucem ſuã,& ſequatur me.Matthæi.xvj. Debet inquit



pœnitens imitari adoleſcentem quẽ fabulę ferunt poſt amo-
res meretricios peregre ꝓfectũ,& abolito amore regreſſum
poſtea veteri occurriſſe dilectę:q̃ vbi nõ interpellata puta-
uerit ſe nõ recognitã,rurſus occurrens dixerit. Ego ſum:re-
ſponderit ille,Sed ego nõ ſum ego.vt iã videlicet omnẽ pec
cati occaſionẽ efficaciter vitet.& pœnitẽtiæ lamenta nõ de-
ferat.Quòd etiã requirat̃ magnus dolor in ſuſcipiente ſacra
mentũ pœnitentię,videt̃ idẽ Amb.aſſerere in adhortatione
ad pœnitentiã,cũ dicit, Agentẽ in extremis, & pœnitẽtiã cu
pientẽ,aſſecurare nõ audeo,ne decipiã.et tñ ſanã pn̄iam perẽ
tẽ ſecurũ dicit. Idẽ apertius aſtruit Augu.ſermone.xj.ad fra-
tres in eremo. Grauia(inquit) peccata grauiſſimis lamentis
indigent.O monache punge oculũ mẽtis,vt lachryma pro-
deat cõpunctionis.O cõpunctio q̃ ſancta & mirabilis prę
dicatis.tu ſpirituale lauacrũ,tu flagellũ dei es,ꝑ qđ deus mu
tat̃.tu ſtimulus per quẽ deus ad hoĩes inclinat̃.tu ligamen ꝑ
qđ deus fortiter aſtringitur.O cõpunctio ſancta & ĩmacu-
lata ſine qua adultis nõ valet baptiſmus:ſine qua ad iudiciũ
dñi corpus ſuſcipit̃:ſine qua infructuoſa eſt oĩs cõfeſſio:ſine
qua oĩs ſatiſfactio inanis.O cõpunctio lachymoſa,o lachry
ma mentẽ purgans,intentionẽ fœcũdans,cõfeſſionẽ irrigãs,
animã ſanctificans,propter qđ etiã felicẽ tabulã,& vitalem
poſtea eã appellat nauiculã. Et ad eoſdẽ ſermone.vij.Com-
punctio eſt humilitas mentis cũ lachrymis ex recordatione
peccatorum,& timore iudicij. Ex gemino fonte compun-
ctionis ſolent profluere lachrymæ, vno dum mens operum
ſuorum mala conſiderat, altero dum deſiderio æternæ vitæ
ſuſpirat. ¶ Quatuor ſunt quibus cogitatio iuſti tędio ſa- E
lubri compungitur,memoria præteritorum facinorum, re-
cordatio futurarum pœnarum, conſideratio peregrinatio-
nis de vitæ huius miſeria,& deſiderium ſupernæ patrię:qua
tenus quãtocyus illuc valeat peruenire.Quando ergo iſta in
corde hominis fiunt,ſignum eſt tunc deum per gratiam eſ-
ſe præſentem.pſalm.lv. Deus vitam meam annunciaui tibi:
poſuiſti lachrymas meas in conſpectu tuo: ſicut in promiſ-
ſione tua.& Ber.c.j.libro de modo viuendi, ad ſororem ſuã:

Cõpunctio lachrimarũ remiſſio eſt peccatorũ:quia tũc pec
cata dimittunť,quãdo cum lachrimis ad memoriã reducũ=
tur.Cõpunctio ſpiritum ſanctũ reducit ad ſe:quia quũ ſpiri
tu ſancto mẽs viſitatur,ſtatim hõ peccata ſua plorat.& ibi
dem plura alia idem confirmãtia. & ca.xxvij.Nihil peius eſt
quam culpam cognoſcere,nec deflere,& allegat Iſidorum:
Quia miſeratio dei occulta eſt:ſine intermiſſione flere
F neceſſe eſt.Et quod hæc velit requiri etiam in conf ſſio=
ne, patet ex fi.capituli. ¶ Ex quibus omnibus concludo
ad recte pœnitendũ requiri diſplicentiã de peccatis p̃teritis,
ꝓpoſitũ firmũ cauẽdi in futurũ,& tertio propoſitũ cõfiten
di loco & tẽpore oportunis ſeu debitis. Addo ad predicta
rationẽ,Peccati deletio in adulto reqrit diſplicentiã diuinę
offenſę non præteritę tantũ.ſed abſolute.Diſplicentia rõna=
lis affectus ſeu volũtatis eſt triſtitia:quæ ab Aug.xiiij.de ci
uitate dei.c.xv.deſcribitur diſſentio animi ab his rebus quæ
nobis nolẽtibus acciderũt,ergo oportet nolle dei offenſam,
qđ dñs ſatis innuiſſe videtur cũ remittens peccata diceret.
Vade,& iam amplius noli peccare.& certe ꝙ non ſufficiat
propoſitum non peccandi cum voluntate ſuſcipiendi aſcra
mentum,aperte affirmat Auguſtinus.Omnis(inquiens)qui
ſue voluntatis iam arbiter conſtitutus eſt:ſi veniat ad ſacra
mẽtum fidelium:nõ poteſt inchoare vitam nouam,ſi nõ eũ
pœniteat vitę veteris:à qua pœnitentia ſoli paruuli ſunt im=
munes.multo ergo fortius ſi venit ad ſacramẽtũ pœnitẽtie.et
dummõ poterit cõtritus dici ſi nõ ſimpliciter ad deũ cõuer=
ſus,amõ nolit ip̃m offendere? Ad eũ nãq; ſolũ reſpicit deus.
q pauperculus eſt ſpiritũ,contritus corde,& tremẽs ſermo=
G nes domini.Eſaie vlt. ¶ Ad rationes ante oppoſitũ.Ad pri=
mam rñdeo,oĩa ibi adducta ſolũ probãt ꝙ ſi totũ quod in
ſe eſt fecerit hõ cõfugiendo ad dominũ oſtiũ cordis ei appe=
riendo &c.deus illũ neceſſario recipit:non autẽ ſi ſegniter re
miſſe & negligenter hoc fecerit,attentius vtique operam da
turus pro corporis ſanitate,aut re vili bonorũ fortunę re=
H cuperanda. ¶ Ad ſecundam,ſi ſacramentum pœnitentiæ ex
opere operato cõfert primam gratiam,auget in homine do=



lorẽ peccati,vt qui prius ꝓpter ĩꝑfectionẽ attritio ſolũ erat,
auctus virtute ſacramenti iã ſit cõtritio.Nec mirũ ꝙ poſſit
augere,ſeu actũ intendere,cũ ponať ab oĩbus ſic habitũ gra
tiæ ſeu charitatis poſſe ꝑficere.Qũo etiã repellenda ſit opi=
nio Scoti ibi recitata,patet ex dictis in corꝑe q̃ſtiõis. ¶ Ad
cõfirmationẽ de textibus iuris rñdeo, Eccleſia dũ opinionẽ
ſequitur,vel prẹſumptioni innitiť,fallit ſępe & fallit.de ſen=
ten.excõmu.ca.nobis.In capitulis aũt allegatis innitiť p̃ſum
ptiõi ꝙ talis ſalutis ſuę memor obicẽ alterius peccati nõ po
ſuerit,& quicquid in ſe fuerit ad ſalutẽ cõſequẽdã facere nõ
omiſerit.Sola autẽ expreſſa in capitulis illis certũ eſt nõ ſuf=
ficere homini ad ſalutẽ.Quòd etiã remiſſus motus cũ deſide
rio ſacramẽti peccatũ delere nõ poſſit,efficaciter deduxi ſu=
pra in corpore q̃ſtionis.Et quãuis in dicto capitulo dudũ.
ſit allegatio partis ꝙ animę fuerint dãnabiliter deceptæ:&
ita parũ vel nihil probans:in cap.tñ ſi quis preſbyter.& ca=
pit.agnouimus.xxvj.quæſt.vj. reus animarum dicitur qui
morienti pœnitentiam denegat.ſupponens ſolum ſacramen
ti deſiderium ſalutem non dare,ſaltem in quolibet gradu.&
eſt in parte deciſa,nõ allegatio partis.Quod additur de one
re & iugo Chriſti,fateor cum gloſa ibidem graue eſſe detre
ctantibus,ſed non dilato iam corde viam domini currenti=
bus.& ibidem concordans verbum allegatum cũ illo Mat
thęi.vij.Anguſta eſt via quæ ducit ad vitam &c.dicit,An=
guſta eſt,quia non niſi anguſto initio incipitur:proceſſu ve
ro temporis ineffabili dilectiõis dulcedine dilatatur. ¶ Ad
tertium reſpondeo ꝙ vtiq; minima contritio ſufficit:ſed nõ I
minimus motus diſplicentię:qui poteſt eſſe tam exiguus,ꝙ
de congruo non mereatur charitate formari, & ita deficit à
ratione contritionis. ¶ Et ad confirmationẽ dico.Aliud eſt
præcepto ſatiſfacere,aliud vero exercitio actus pręcepti gra
tiam & gloriam promereri. Contritio autem dicit motum
meritorium gloriæ,& culpę delendę:& ita quamuis per mi=
nutam diſplicentiam ſatiſfaceret forte præcepto quo iube=
mur de peccato dolere, non tamen ex hoc habetur quemli=
bet motum eſſe contritionem, & delere culpas. Etiam mo=

dus extraneus illi qđ precipit, ſeu materię q̃ ponit ſub p̄ce pto, eſt circūſtantia ad quā precepto tali nō obligamur: vt magnitudo affectus cōparatiōe ad p̄ceptū q̃ iubemur credi toribus ſua dare, vel depoſitū reddere. ſed aliq̄n modus eſt pars eius qđ ponitur ſub pręcepto, & ad illū modū certum eſt q̄ obligat ipſum p̄ceptū: vt patet de modo ex toto cor de ſeu ſup oia diligendi in p̄cepto quo iubemur deū dilige re: & ſic in ꝓpoſito eſt de p̄cepto quo dñs mādat vt peccata noſtra lauemus & deleamus pœnitētia. Hiere. iiij. Laua à ma litia cor tuū. &c. ¶ Effectualiter materiæ deciſio cōſiſtit in tribus propoſitionibus. Prima: Obligatio decimarū quo ad verā quotā decimę inducta eſt legis veteris diſpoſitione, & morte Chriſti extincta: quā denuo innouauit vniuerſalis ec cleſia: ſed nō debent cū effectu niſi petant. Secunda: Cōſules aliqd cōtra legē dei temere, peccat: quāuis cōſiliū inſequens excuſari interdū poſſit à peccato. Tertia, Nō oīs diſplicētia peccati reponit hominē ad ſtatū gratiæ, ſed q̃ humili ex cor de procedēs, hominē nō attritū ſolū, ſed cōtritū conſtituit.

## Argumentum quodlibetarij.

ARGVIT Quodlibetarius contra tertiā con cluſionē ſic. Quibuſdā paruam diſplicentiam de peccatis habentibus deus cōfert gratiā. ergo & omnibus: & per cōſequens quęlibet diſplicētia &c. Antecedēs patet: quia quibuſdā īfert deus ſuā gratiā quaſi coactis: vt dicit gloſ. ad Roma. x. Multo er go fortius his quibus peccatū aliqualiter diſplicet. Et cōſe quentia tenet, qa ſi ęqualiter diſpoſitorū deus vni cōferret gratiā, & nō alteri, excepta via ſacramentorū q̃ applicatio ni paſſionis Chriſti innititur: videretur acceptor perſonarū. Et confirmatur: Intentio ſeu augmentum eſt circunſtantia actus non trahens in aliā ſpeciē, vt manifeſtū eſt. Nulla au tem circunſtantia quæ ſpeciē non mutat, poteſt actus cōdi tionē in infinitū meliorē vel deteriorē facere. ergo ſi diſplicē tia magna promeretur peccati deletionē & gratiā: idem erit de quātūlibet parua diſplicētia: & ita quęlibet videt repo



nere ad ſtatū gratiæ. ¶ Rñdeo. Ad primā poſt Augu. lib. j. L ſeu epiſtola ad Simplicianū. In gratuitis non eſt pſonarum acceptio. Si enī debitū originalis pcti de9 alicui remittat, eſt gratiæ. ſi vero exigat, eſt iuſtitiæ, ſed in his q̃ ex iuſtitia debē tur, ſi vni paris cōditionis fiat cōpenſatio meriti, & alter p̄ termittat: hic eſt acceptio pſonarū: vt ſi æquè meritis apud rēpublicā vni tribuat ſtipēdiū laborū, & alteri negēt labo ris cōpēſatio. in ꝓpoſito nr̄o cū deus quaſi coactis īfert gra tiā, aut ad p̄ces aliorū, totū eſt gratiæ: & ita iuſtè pōt ſine ac ceptionis vitio vni cōferre, altero pariū cōditionū penitus M p̄termiſſo. ¶ Ad cōfirmationē dico: Licet circūſtātia ma gnitudinis ſeu quātitatis in actu, nō mutat ſpeciē naturæ, bñ tñ ſpeciē moris: vt i ſimili auferre vnicū granū eſt eiuſdē ſpeciei et naturæ, cū auferre mille milia: & tñ ſcd'm pellitcha ritatē, & eſt furtū: nō aūt primū. Similiter diuturnitas act9 ad tēpus quo homo deliberare poſſet, nō mutat ſpeciē natu ræ, certū eſt: tñ ſurreptitiū odiū fratris, ſolū ē veniale: vbi ve rò tēpus ceſſerit quo deliberare potuiſſet, redditur mortale pctm̄: & eſt iā actus alius ſecūdū ſpeciē moris: puta delibe ratus, & human9 interp̄tatiue. Similiter ex circūſtātia tēpo ris: puta mercari in die feſto: eſte mortale: qđ alio tpe oīno N eſt licitū. Aliter rñdeo (nō intrando difficultatē vtrū actus meritorius ꝓprie dici poſſit ſpecie moris differre à quolibet non meritorio. probabile enim eſt velle ſubuenire pauperi propter deum, ſiue ex charitate fiat ſiue non, cæteris omni no paribus idē eſſe in ſpecie moris) q̄ minor eſt falſa cū cir cunſtantia illa facit impleri vel tranſgredi præceptū quod alias vel nō impleretur vel certe nō præteriretur ſeu viola retur. verbi gratia neceſſitas fidei vel parentū interdū re quirit feruentē & laborioſam ſubuentionē: quo caſu ſi quis fidei vel parētum neceſſitati remiſſe & tepide ſuccurreret, non ſatiſfaceret præcepto, ſed peccaret omiſſione zeli quem adhibere tenetur: vbi ſcilicet fidei vel parentū neceſſitas nō ſufficienter releuaretur. & ſimiliter eſt ſi ponat hominē iam totum facere quod in ſe eſt, vbi aliter vel remiſſius agens non totum faceret. In propoſito circūſtantia magnitudinis

ponit hoiem in ſtatu faciēdū totū qď in ſe eſt:et ita facit de
cōgruo mereri &c.Etiā in caſu ꝑ remiſſū dolorē,vbi mor=
tis periculū iſtat,vel tp̄s neceſſitatis ad ſacrorū ſuſceptionē,
non ſatiſfit p̄cepto diſponendi ſe ſufficienter ad gratiam.

## Prima quæſtio ſine argumentis.

PROPTER ꝗd ꝓpheta ait Pſal.lxviij.Obſ=
curentur oculi eorum ne videant:& dorſum eo
rum ſemp incurua:cum dicat Apoſto.j.ad Co
rinthios.vj.Maledici regnū dei non poſſidebūt
A ¶ Pro huius ſolutiōe p̄mitto.Maledicus dici=
tur qui alteri malū imprecatur,finem iuſtum nō prætendēs
ob quē videlicet alteri liceat malū illud imprecari: quāquā
nō inferre.tūc em̄ in malo nō ſiſtit,ſed ꝑ malū in bonū prę=
cantis affectus prætenditur.vnde Gregorius tractans illud
Iob.xxxij.Si gauiſus ſum ad ruinam eius qui me oderat,&
exultaui ꝙ inueniſſet eū malū.nō em̄ dedi ad peccandū gut
tur meū:vt expeterē maledicēs animā eius.ſic iquit:Plerūq̄
euenire ſolet vt nō amiſſa charitate & inimici nos ruina læ=
tificet,& rurſum eius gloria ſine inuidiæ culpa cōtriſtet: cū
& ruente eo quoſdā bene erigi credimus: & proficiēte illo
pleroſq̄ iniuſte opprimi formidamus:quoniā ſi de inimici
morte omnino gaudendum nō eſſet,ꝓpheta nō diceret,Læ=
tabitur iuſtus cū viderit vindictam:manus ſuas lauabit in
ſanguine peccatoris.Eadem autē ratione licet ei optare ma=
lum qua & gaudere cum acciderit.vnde & alibi propheta
imprecando ait:Imple facies eorum ignominia:& quærent
nomen tuum domine.Erubeſcant & conturbentur in ſecu=
lum ſeculi:& confundantur & pereant.Pſal.lxxxij.Sed cum
nulla iuſta poſſit eſſe ratio aut finis debitus alteri culpā im=
precandi,vel occaſionem proximum impingendi ad pecca=
tum,ſed tenemur lege charitatis affectu & opere proximos
ſubleuare ne ruant in culpam:ac vbi caſuri fuerint,minus
deum offendant:mirum videtur quo pacto recte præcetur
ſanctus propheta,Obſcurentur oculi eorū &c. Sed in ſcri=
pturis ſacris cum talia legimus quæ ruinam ſonāt,vel occa
ſionem



ſionē proximā ad offenſam:non precātis voto,ſed p̄nūtiān
tis affectu intelligēda fore nos docēt ſancti :quēadmodū il=
lud domini ad ſpiritū malignū poſteaꝗ̄ ſe obtulit deceptu
rū Achaz:& fore ſpiritū mēdacij in ore omniū ꝓphetarū:
Decipiens:& preualebis:egredere,& fac ita.iij.Regum vlt.
Non deceptionē mēdacij iuſſit dominus,ſed egreſſum p̄nū=
ciauit,& futurū euentū ꝑut ſpiritus malign9 obtulerat &
illud domini ad Iudā.Ioānis.xiij.Quod facis,fac citius.p̄nū=
ciatiue exponit,& permiſſiue,non imperanter vel optati=
ue.& illud angeli ad Ioā.Apo.vlt.Ne ſignaueris,id eſt occul
taueris verba prophetię libri huius.tempus enim ꝓpe eſt
ꝗ nocet:noceat adhuc:& ꝗ in ſordib9 eſt ſordeſcat adhuc.
ſic exponit illud eiuſdē Pſal.Appone iniqtatē ſuꝑ iniquita=
tem eorum,& nō intrēt in iuſtitiā tuā.In propoſito autem
recte prędixit quēadmodū oculis obſcuratis conſequens ſit
dorſum ſemꝑ īcuruari ad culpā.Cum enim cæci p̄eūt: neceſ
ſe eſt præcipites ruant qui ſequūtur.Nihil enim tā eſt ad p̄æ=
cipitandū de via morū efficax,nihil ad aducendum in cūlpę
foueā tā opportunū & validū,nihil ad ſuffodiendū & ener=
uandū aptius,quā ignorātię cęcitas.hæc eſt fex calicis domi
ni de vino mero,quā perditis & iam deſperatis peccatorib9
propinat.pſal.lxxiiij.Verumtamen fex eius non eſt exinani=
ta:bibent omnes peccatores terrę.Et rectę inquam fex eſt,
quoniam alijs ad inebriandum plus vigoris habet,& ſolo
fumo rationis lumen obducens,omne bonum extinguitur.
Hinc Sophiæ primo contra eos qui in fecibus ſuis demora=
rant,dicit dominus:Tribulabo eos,& ambulabūt vt cæci:
quia domino peccauerunt:& effundetur ſanguis eorum ſi=
cut humus,& corpora eorum ſicut ſtercora. & Eſaie .xxix.
dicit dominus.Eo ꝙ appropinquat populus iſte ore ſuo,
& labijs ſuis glorificat me,cor autem eius longe eſt a me,&
timuerūt me mādato hominū & doctrinis,ideo ecce addā
vt admirationem faciam populo huic miraculo grandi &
ſtupendo:peribit ſapientia a ſapiētib9,& intellectus pruden
tium abſcondet.Quam pœnam cæcitatis vniuerſa tandem
mala comitari idem propheta.v.ca.ſuo teſtis eſt; Propterea

(inqt)captiuus ductus eſt populus meus,quia non habuit
ſcientiã:& nobiles eius interierunt fame:& multitudo eius
ſiti exaruit.ꝓpterea dilatauit infernus aĩam ſuã,& aperuit
os ſuum abſq; vllo termino:& deſcendẽt fortes eius & po-
pulus & ſublimes glorioſiq; eius ad eũ:& incuruabitur ho
C mo,& humiliabitur vir:& oculi ſublimium deprimentur.
Hinc non ab re hoc ſumme curauit eccleſia,ne duces popu
li ſacerdotes à diuinæ legis intentione auocarẽtur quarum-
libet ſecularium rerũ ſolicitudine,adeo vt apud altare in ſa-
cerdotum p̃ce eum nominari vetuerit,qui ſacerdotem ab
altaris miniſterijs & ſtudio legis auocando tutorem vel cu
ratorem nominauerit.lxxxviij.diſtinctione: neq; apud alta
re.&.xxj. q̃ſtio.iij.Cyprianus.Hinc tot iura à ſecularibus
negocijs clericos & monachos arcent,vt theologiæ ſeu di-
uinæ ſciẽtiæ inſiſtant.excõicantur quotquot monachi aut
ſacerdotes ad phyſicam aut leges audiendas conuolauerint
niſi intra duorum menſium ſpatium ab incepto deſtiterint
ne clerici vel monachi &c.c.ſup ſpecula.Sed prohdolor iã
impletur prophetæ verbum:Caupones tui miſcent aquã
vino.Qui p̃ſumus eccleſijs,& vt doctrinæ Chriſti vacem9
pauperum ſuſtentamur eleemoſynis:non totos damus nos
vino diuini verbi quo ſimplices potare habemus,ſed ſan-
ctis rebus & feruidis aquam miſcemus tꝑalis cupidinis.Ac
vtinam pro doctrina ſana non inferremus exempli perni-
ciem.Sed hæc miſſa facio:ſatis eſt ſoluta q̃ſtio,ſi oſtẽderim
nihil conſequentius q̃ quòd cæcitatem paſtorum qui ſunt
oculi,comitetur(vt propheta pronunciat)incuruatio dor-
ſi:error videlicet & culpabilis impactio ſubditorum.

## Secunda quæſtio ſine argumentis.

PRopter quid ad ſcripturæ ſacrę lectionẽ alios
cohortantur theologi,cũ melius ſit veritatis
viam non agnoſcere,q̃ poſt agnitam retror-
ſum conuerti à ſancto mandato? ¶Quia ſecũ
dam quæſtionis partẽ apo.Petrus affirmauit
ſecundæ canonicæ cap.ij.ſimiliter Iacob.ij.Scienti bonũ &



non facienti pctm̃ eſt illi.& Lucæ.xij.Seruus ſciens volũta
tem domini,& non faciẽs,plagis vapulabit multis:q autẽ
non cognouit,& facit digna plagis,vapulabit paucis:cau-
ſa ſubditur:Qm̃ multũ q̃retur ab eo cui multũ eſt commen
datũ.ꝓpterea ſatius videretur hoĩbus veritatis notitiã non
inferre,& ad ſacræ lectionis ſtudiũ eos minime cohortari.
Qñ em̃ aqua fauces exſiccat,qd adhuc oportet bibere? vt
dr̃.vij.Ethi.Qñ notitia veritatis deteriorẽ facit,& culpã ag
grauat,qd oportet diſcedere? Sed aliud lõge eſt ſimplex ve- A
ritatis neſcientia:aliud diſcendæ veritatis contẽptus.Vnde
Ambr.tractans verbum Lucæ allegatum,Multi(inqt)exi-
ſtimãtes ſe minus vapulaturos ſi neſciãt qd ꝯpari debeant,
auertunt ſe ne audiãt veritatẽ.Sed cũ poſſent ſcire ſi vellent
ſtudiũ adhibere:nõ neſcientes,ſed contẽptores iudicant.Et
ſapiẽs,Qui obturat aurẽ ſuã ne audiat legẽ,oratio eius erit
execrabilis.Prouerb.xxviij.Qua enim fronte petit vt deus
eum exaudiat,quem in tãtum deſpicit vt eius p̃cepta lege-
re diſſimulet? Et certe ſi grauitas pctõrum contẽptus ma-
gnitudine penſanda ſit,(vt concors eſt doctorũ ſñia)& gra
uius contẽnat qui regis p̃ceptũ aduertere nõ curat,q̃ ſi co-
gnitũ fragilitate quadã p̃tereat regis mandatũ: manifeſtũ
eſt grauius peccare eũ qui non tam magnifacit dñi legẽ vt
diſcere curet,q̃ ſi ex dei reuerentia incorporatã pro huma-
na fragilitate interdũ ſciẽs p̃tereat.Quid de ſe(inquit Aug.)
cogitant ſerui,qui ita præſumũt domini præcepta contẽne
re,vt nec ipſas inuitatorias literas quibus ad regni beatitu
dinem eos inuitat,dignentur relegere? Adijciens,Si aliquis
noſtrum procurotori ſuo in remotis agẽti literas dirigeret,
& ille non ſolum non impleret quod præcipitur,ſed etiam
ipſa iuſſoria legere dedignaretur &c. ſermone.lvj.ad fra-
tres in eremo.Hinc Matthæi & Lucæ. x. a. legitur,Qui
vos non receperit,neque audierit ſermones veſtros:exeun-
tes foras de domo vel ciuitate illa, excutite puluerem de
pedibus veſtris.Amen dico vobis, tolerabilius erit terræ
Sodomorum & Gomorræorum in die iudicij,quam ciui
tati illi.Multum ergo culpæ conditionem grauat,noluiſſe

dei verbum diſcere. Et quid ſtultius atq; magis ꝑpoſteꝝ? Hoīem exteriorem de limo terræ formatum, multa ſolicitudine pficimus: interiorem verò hominem ad dei imaginem factum, vt vile mancipium verbi dei fame & ſiti cruciari ꝑmittimus. Hoc (ni fallor) ꝓphetæ deplangit cum inqt: Percuſſus ſum vt fœnum, & aruit cor meum: quia oblitus ſum comedere panem meum. Pſal. c. Non enim corporis panē oblitum fuiſſe credibile eſt, quem corporis defectus tantū̄ eſurire facit: ſed panem ſpiritus, verbum ſcilicet dei: quo niſi reficiatur, facile increſcit concupiſcentiæ ardor, q hoīem

B percutit vt fœnum, ac totum humorem depellit. i. quicquid virtutis eſt & gratiæ. ❡ Quòd etiā ſe exponat diſcriminibus q̄; multis, & validis ſe obijciat pctōrum procellis, qui defixos in terram ſerua...s oculos, mandata Chriſti minime curat agnoſcere: hinc ꝑpendere licet: Si quis in acie poſitus bellorum, aut cum duello inuaditur, nolit vel oculos leuare vt impetum ictus deflectat, neq; attēdat quemadmodum iacula ꝓuiſa minus feriant: aut ſi in tempeſtate nolit nauta reſpicere quam ad partem nauē dirigens poſſit ſaluus euadere. In via autem morum non eſt nobis colluctatio aduerſus carnē & ſanguinem, ſed aduerſus principes & poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarū harum, contra ſpiritualia nequitiæ in celeſtibus. ad Epheſi. vj. Incomparabiliter ergo maius diſcrimen ſubit qui diuinæ legi nō intēdēs, mare peregrinationis noſtræ tranſire p̄ſumpſerit. Opportune ergo & vtiliter admodum ad ſacræ ſcripturæ lectionem alios cohortantur theologi, ne quando iraſcatur dominus, & pereāt de via iuſta ſi diſciplinam nō apprehenderint, & præuaricationis omniū̄ dei mandatorum rei ſint, quorum ſe temerandorum per cæcitatem ignorātiæ expoſuerint diſcrimini: cum non ab euētu culpa aut eius grauitas iudicanda ſit: ſed ab eo quod per ſe aut vt frequenter ſequi natum eſt. Et hæc ſub benigna omnium interpretatione de propoſitarum quæſtionum deciſione dicta ſint, Finis.

Dicta anno dn̄i. M.CCCC.XC.V.



# Eiuſdem ſexta quæſtio quodlibetica.



REſpōſurꝰ ad Quęſtionē propoſitā, an tranſgreſſio humani p̄cepti iuris vel hoīs inducat mortale pctm̄: cū ſit ſtultū an̄ hiſtoriā effluere, & in ipſa hiſtoria ſuccingi. ij. Maccab. ij. p̄tereo excuſationē meæ inſufficientiæ, ac ſub correctione ſanctę ſedis apoſtolicę atq; oīm quorū intereſt deuiantes ad tramitem veritatis reducere, q̄; breuiſſime tria inquiram. Primū, an lex ſtatutum vel p̄ceptum humanū obligat in foro conſcientiæ. Scd̄m, ſuppoſito ꝙ ſic, an eius trangreſſio inducit mortale pctm̄. Tertiū, an cuiquam licet in ſuis defenſionibus & impetitionibus indifferēter qualibet iuſta lege vti. ❡ Et primo inducam media quibus probari videt̄ pars negatiua primi. Primo dicit Apoſtolus. j. ad Timo. j. Iuſto non eſt lex poſita, ſed non iuſtis & nō ſubditis impijs & pctōribus. Et ad Gala. v. dicit̄: Si ſpū ducimini: nō eſtis ſub lege. Tertio Vrbanus papa: Qui lege priuata ducit̄, nulla ratio exigit vt publica lege conſtringat̄. xix. q. ij. duę ſunt leges. Lex aūt priuata (vt ibi dicit̄) eſt q̄ inſtinctu ſpūſcti ſcribitur in corde hoīs. Quarto Aug. ſermone de charitate, Reſpice (inqt) ad munera eccleſiæ, & vniuerſis excellentius charitatis munus cognoſces: q̄ (vt oleū) non pōt premi in imo, ſed ſemꝑ ſuperebullit. dilige, & fac quod vis. Quinto Matthæi. xvij. dicit̄: Liberi ſunt filij regni à p̄ſtatione tributi. ſed habens charitatem, eſt filius dei. ad Roma. viij. Quicunque ſpiritu dei aguntur, hi ſunt filij dei. Non enim accepiſtis ſpiritūm ſeruitutis &c. Ergo habens charitatem, eſt liber à præſtatione tributi: & per conſequens etiam ab a=

lĳs legis & ſtatutorũ obligationibus.Sexto,Anſelmus pri
mo Cur deus homo,cap.v.ait: Per ſe redimere voluit deus
hominem,vt in priſtinã redigeret libertatem:& ſibi homo
ſubiectus eſſet,non homini.ergo.Septimo,quia Actuum.
xv.dicitur:Quid tentatis deum,imponere iugum crucibus
diſcipulorum,quod neq; nos neq; patres noſtri portare po
tuimus?Sed grauius multo eſt humanis præſumptionibus
ſubiacere,q̃ diuinis ordinationibus,quas ſolas complexũ
eſt vetus teſtamentum:vt vult Auguſtinus ad inquiſitio=
nes Ianuarĳ.xĳ.diſtinctione,omnia.Etiã cum in veteri lege
ſolum fuerint.611.p̃cepta,vt poſt Hebræos refert Lyra pſal
mo.xviĳ.ſup eo verbo:Delicta quis intelligit præcepta hu
mana innumera ſunt,& ferè infinita.ergo &c.Octauo.Trãſ
greſſio eius quod quis debet & facere tenetur in foro con=
ſciẽtiæ,inducit peccatum.Sed peccatum deſcribitur ab Au
guſtino libro de duabus animabus,quod eſt dictum vel fa
ctum vel concupitum contra legem æternam dei.Cũ igi=
tur præceptum humanum vel lex humana non ſit lex æter
na dei:ſequitur q eius preteritio ſeu tranſgreſſio non ſit pec
A catum:& per conſequens &c.¶Materiam huius articuli
complectar duabus concluſionibus.Prima eſt,Lex iniqua
ſiue præceptum iniuſtum neminem obligat in foro cõſciẽ
tiæ.Contingit autem legem eſſe iniuſtam,vel qa cõtra deũ
eſt,puta ſi prohibet quod deus præcipit,aut certe iubet aut
concedit quod deus vetat.Exemplum.Iuſtinianus cõceſſit
cauſa religionis conſummata coniugia debere diſſolui, vt
patet.xxvĳ quæſtione,ĳ.ſunt qui dicunt.& per gl.x.diſtin=
amat,capiamus familiare exẽplum:pono ꝙ diligam patrẽ
ſupra me,& ſciam ꝙ eum inſontẽ vel noxiũ quẽ laborat in-
terficere,ſine graui eius indignatione nõ poſſem de manibꝰ
eius eruere.poſſum miſeratione cõmotus,vt inſontẽ liberẽ,
ad tẽpus velle inimicitiã ſeu indignationem patris ferre, &
ipſum nõ minus quã ante diligere.Et iſtud ꝓcedit maxime
cũ ſperem facilè patrẽ placare poſſę.Ergo ſimiliter poſſum F
ad tẽpus dei indignationẽ ꝓ mortali ferre,vt amico compla
ceam:vnde ſequitur ſolum ꝙ magis velim in hoc caſu pla-

cere amico,quã velim ſeruare dei mãdata,aut ꝗ̃ velĩ conti-
nuo ĩ gratia eius & amore quẽ ad me habet ꝑmanere: nõ au
tẽ ſequiť ꝙ plus diligã cõplacere amico ꝗ̃ diligã deũ in ſe:
& ita nõ oportet ꝙ habeã aliquã creaturã ibi ꝓ fine vltĩo.
Et ſi dicas,illud ſimpliciter magis diligo,cui volo magis cõ
placere.Ergo vbi cognouero me nõ poſſe vtrĩqꝫ ſcilicet deo
& amico cõplacere,magis diligo amicũ,ſi vt ei cõplaceam,
contentus ſim ferre indignationẽ dei.Reſpondeo ad maiorẽ
ꝙ hoc nõ oportet ſi magis velim ei cõplacere vt nũc ſolũ:
vt patet in exẽplo adducto de indignatiõe patris vt eũ libe
rẽ quẽ ipſe vult occidere.¶ Ad rationes ante oppoſitũ.Ad
primã nego antecedẽs:& ad probationẽ adductã ex.x.de tri-
nita.c.x.dico ꝙ verbũ Augu.ꝓcedit de vita cõplete ordina
ta,q̃ videlicet aliqd ſtatuit vltimũ ſimpliciter, & acceptat
vt irreferibile.Illa eñi ſi eſt culpabilis:vel eſt male vtens,vel
male fruẽs.Secus de vita q̃ caret huiuſmodi ordinis comple
mento.Vñ põt quis velle fornicari ꝓpter delectationẽ,& ꝙ
tamẽ delectationẽ neqꝫ referat in aliud, neqꝫ etiã fruať: imò
ꝙ nollet eã pro fine vltimo habere.Quãdiu eñi nõ deputať
aliqd tanꝗ̃ patria ciuis,ſed tanꝗ̃ refectio vel etiã mãſio via
toris:nõ eſt ibi vera ratio fruitiõis.xſ.de trini.c.vſ. Ad aliud
ex lib.lxxxiij.q.xxx.dico ꝙ ibi ſumit frui large,vt illa re frui
dicamur,de qua capimus voluptatẽ.vti vero quãdo referi-
mus in aliud vnde voluptas capienda eſt.Vñ dicit.l.q̃ſtiõe.
beſtias frui re aliqua,ſed nunꝗ̃ vti.Et ſic nihil militat cõtra
ꝓpoſitũ. Etiã ſolui poteſt queadmodũ magiſter ſententia-
rum hæc duo cõcordando.Radix omnium malorum eſt cu
piditas:& initiũ omnis peccati ſuperbia. ꝙ ſcilicet diſtribu
tio fiat pro generibus ſingulorum,& nõ pro ſingulis gene-
rum,& hoc prædicatione cauſali.¶ Ad ſecũdum primo de
auaritia dico ꝙ dicitur idolorum ſeruitus, nõ ꝙ auarus au-
rum deum ſuum reputet,quemadmodum idololatra ſuum
idolum:ſed quia ob auri amorem dei præceptum præterit,
& potius nũmo in hoc ſeruit ꝗ̃ deo.Et conſimili ratione gu
loſis venter deus eſſe dicitur,non ꝙ ventrem ſuum bonum
ſummum vel vltimum finem in quẽ ſingula referri debeãt,



deputent,cũ ſæpe nollent in vita illa ꝑpetuari,imò & effica
citer ꝓponũt poſt tẽpus certũ ventris delicias pœnitus reſe S
care a ſe,& pro tẽporali vel ęterna cã frugaliſſime vitã duce
re.Sed pro eo ventrẽ ſibi deũ habere dicunť, qa vẽtri,deo p̃-
terito,ſeruiũt,vẽtris deſideria explẽt, & dei mãdata ꝓ tunc
cõtemnũt.Qđ autẽ gl.dicit hoc ab hoĩe &c.verũ eſt ꝙ hoc
colitur tanꝗ̃ deus qđ præ cæteris diligiť & ſuꝑ oĩa . ſed nõ
omne illud magis diligit pro quo in certo actu alterius pla-
citum vel mandatum negligit aut contẽnit.Vnde Aug.tra-
ctans illud Saluatoris Mat.vſ.Aut vnũ ſuſtinebit,& alterũ
contẽnet:dat exemplũ.Si qs ancillæ alienæ cõuinctus ꝓpter
ſuã cupiditatẽ patiať eius ſeruitutẽ quã nõ amat &c.¶ Ad
tertiũ,cũ deducitur omne opus ex amore trahere originẽ:di
co ꝙ triplex eſt amor,videlicet partis rationalis elicitus,ap
petitus ſenſitiui, & eſt amor naturalis. Et verũ eſt ꝙ oẽ qđ
facimus,fit ex aliq̃ illorũ triũ amorũ:& nõ oportet ꝙ ſemꝑ
ex amore rationali elicito ſeu diſtincto ab amore naturali,q
nihil eſt aliud quã cõnaturalitas in aliud.Vnde dormiens ꝓ
iectus in ignẽ ſtatim triſtať,refugit,& habet nolitionẽ pœnę
quanuis pro tunc de nullo alio amando cogitet.Et amor ra
tionalis nunꝗ̃ fertur ad incognitũ,intelligo de rationali eli
cito,qui dicit actum volũtatis.neqꝫ oportet omne illud eſſe
peccatũ vñ ꝓdit etiã effectiue ꝙ peccatũ eſt: vt patet qũ
ex zelo ſeu amore dei quis ignoranter blaſphemus eſt & cõ
tumelioſus &c.Et vt de bona veſte naſciť tinea,ita de bonis
operibus immediate ſæpe emergit , quanuis non ſine culpa
voluntatis,ipſa ſuperbia.& ex hoc patet ꝙ ratio Scoti non
eſt ex hoc dicenda demõſtratio,ſed vix meretur dici topica
perſuaſio.¶ Ad quartũ reſpondeo ꝙ naturali appetitu ſeu
amore quicquid facimus agimus propter perfectionẽ con-
ſummatam:ſed rationali amore non prius quàm cognoue-
rimus in confuſo quid perfectio cõſummata ſeu vita beata
dicitur.Et tunc certe poſſumus oĩa agere ꝓpter vitam bea-
tam:dubij manentes in quo cõſiſtat huiuſmodi vita beata:
& ita non oportet ꝙ conſtituamus finem vltimum in deo
vel creatura aut vtroqꝫ ſimul,qñcunqꝫ deliberate & pleno

rationis vſu ex amore creaturæ facimus qđ ſcimus eſſe ma
lũ.Sed agit talis ꝓpter finẽ vltimũ:& nihil eſt finis vltimus
ꝓpter qđ faciat:ſicut qui currit ꝓpter equũ,& arbitrio alte
rius relinquit quẽ equũ ſibi dare voluerit ꝑ brauio. ¶Ad
quintũ dico.Sicut Chriſtus nõ manet fundamentũ in eo q
ignoranter peccat mortaliter,& tñ nõ diligit quãcũq; crea
turã æquè vel ſupra deũ,vt admittit Tho.ita & inſcienter
peccante mortaliter,vt ſupra deduxi,accidere põt.Hoc aũt
falſum eſt qđ argumentũ ſupponit:videlicet Chriſtũ mane
re fundamentũ quoaduſq; creatura æquè vel ſupra diliga-
tur quã deus.Sed tũc ſolũ fundamẽtũ eſt,qñ ſic fert onus to
tius ædificij volũtatis,vt omnino hęreamus in eius placito
gratia & amore,ꝙ nuſq; ſeorſũ trahamur ſcienter aut igno-
ranter quo inimicitiam eius promereamur & indignationẽ,
per mortale ſcilicet peccatum.

QVARTVM eſt, vtrũ dilectio ſiue amor
dei ſuper oĩa, ſufficienter nos reponat in ſtatũ
ſalutis,an ſecum compati poſſit aliqđ mortale
peccatũ.Et videť primo ꝙ nullũ patiať morta
le peccatũ,ſed reponať &c.¶Primo,qa chari-
tas nullũ cõpatiť mortale peccatũ, ſed dilectio dei ſuꝑ oĩa,
infert charitatẽ.ergo.Cõſequẽtia eſt euidẽs:qa quicquid re-
pugnat cõſequẽti, repugnat neceſſario oĩ antecedẽti ad qđ
ipſum ſequiť.Et maior patet:qa vt dicit Aug.Sola charitas
veſtis nuptialis eſt diuidẽs inter filios regni & ꝑditiõis.Idẽ
in glo.primę ad Corin.xiij.Minor ꝓbať:quia vt diciť Ioã.
xv.Maiorẽ hac dilectionẽ nemo habet,ꝗ vt animã ſuã po-
nat quis ꝓ amicis ſuis.ſed dilectio dei ſuꝑ oĩa, facit hoĩem
paratũ animã pro Chriſto ponere:neque põt maxima dile-
ctio eẽ ſine charitate.ergo &c.Et hęc videť eſſe ratio docto
rũ quare in ſtatu naturę lapſę nõ põt quis exire in actũ dei
ſuꝑ oĩa,ſine charitate:de quo Tho. prima ſecũdę.q.cix.arti.
iij.Præterea quicunq; attingit finẽ pręcepti,eſt in ſtatu ſalu-
tis,& ſine omni macula culpæ mortalis. ſed diligens deũ ſu
per oĩa attingit &c.ergo. Maior patet:quia finis p̃cepti eſt
facere hominẽ bonũ,& perducere ad vitam æternã Minor



probať:quia ſecundũ apoſto.j.ad Timo.j. Finis precepti eſt
charitas de corde puro,& cõſcientia bona,& fide nõ ficta.
ſed illa charitas nihil eſt aliud quã dilectio ip̃a dei.& ꝓximi
propter deũ.Auguſt.xiiij.de ciuita.dei.c.vij.Cuius propoſi
tum eſt nõ ſecundũ hominẽ,ſed ſecundũ deũ amare ꝓximũ
ſicut etiã ſeipſum:proculdubio ꝓpter hunc amorẽ dicitur
voluntatis bonę, quę vſitatius in ſcriptura charitas dicitur.
Et in enchiridio.c.vi.exponẽs allegatũ verbũ apoſtoli dicit
oĩa referenda eſſe ad charitatẽ.i.ad diligendũ deũ,& ꝓximũ
ꝓpter deum.¶Ad oppoſitũ arguo:quia vt ſupra deduxi,
cõtingit hominẽ ex zelo dei cõmittere mortale peccatũ. er-
go nihil prohibet hominẽ ex zelo dei ſemetipſum morti tra-
dere ꝓ hereſi,vel perſecutiõe mortaliter culpabili:vt fuiſſet
de Paulo contra ꝑſecutionẽ chriſtianorũ:& per cõſequens
dilectio dei ſuper oĩa:ſtat cũ mortali peccato.Preterea ſcđo,
quia nemo põt ſcire & pro certo cognoſcere ꝙ ſit in chari-
tate:ſed poteſt experiri in ſe & certiſſime cognoſcere ꝙ dili-
git deũ ſuper omnia.ergo nõ infert charitatẽ. Conſequentia
tenet:quia quicunq; põt ſcire añcedens, põt ſcire & conſe-
quens.Maior patet per illud Eccľ.ix. Nemo ſcit an amore
dei an odio dignus ſit.Qđ ſi forte expoſueris de odio æter-
næ reprobationis, & amore prędeſtinationis: cum multi
ſe eſſe in mortali peccato,& ita in ſtatu æternæ dãnationis
extra charitatẽ:adduco illud Iob.ix.Si venerit ad me,nõ vi-
debo eũ:& ſi abierit,nõ intelligã illũ.quod Grego.exponere
videtur de acceſſu & receſſu per ſpiritusſancti donationem
vel ſubtractionẽ in charitatẽ.Etiam eodẽ.c.diciť:Etiã ſi ſim-
plex fuero,hoc ipſum ignorabit anima mea,& tedebit me
vitæ meæ.Ex quo verbo concludit ſancta mater eccleſia.c.fi.
de purgatione canonica,qđ nõ ſine magna temeritate quis
iurare põt ſe immunem a criminibus obiectis quaſi iã per
pœnitentiam remiſſis & abolitis.nulla autẽ eſſet temeritas
vbi ſe ſciret in charitate eſſe ergo &c.¶Pro huius ſolutio- A
ne ad ſciẽdum quæ dilectio dei ſuper omnia nobis ſit in prę-
cepto,præmitto ꝙ non ſufficit ſic deum ſuper omnia dilige
re,quod pro ei9 ſalute(ſi per impoſſibile periclitari poſſet)

paratì ſimus cætera oīa perdere,& mortē ipſam ꝑpetuā ſine ſpe reſurgēdi ſubire. Probo: qa amor dei ſup oīa ad quē obligamur, incōpoſſibilis eſt omni affectui quo ſaltē deū ſcienter offendimus mortaliter: vt oēs fatentur. Sed ꝑdictus dei amor cōpatiť ſecū &c. ergo. Minor patet exēplariter de patre ſic affecto filio ſuo, vt ſi mortis periculū immineret, ſpōte rem iniuſtā ꝓ eius liberatione faceret,& mortē ipſam ſubiret: ꝓ cuius tm̄ placito ſi extra neceſſitatē (vbi ſi non feceꝛit, ſcit filiū grauiſſime indignatū) ita nō vult rē in bonis ſibi præiudicialē facere, aut rem iniuſtā quā filius petit: ergo ſimiliter pōt quis ſic deū ſup oīa diligere,& ſcienter eundē mortaliter offendere. ſed tenemur & oportet deū ſup oīa diligere tanq̄ finē vltimū,& quæ ſit ratio & mēſura diligendi cætera, ita videlicet ꝙ ſi &c. oīa referat homo in deū, nolitq̄ amare niſi quantū deo placuerit: & eadem velit renuere & abdicare & perdere vt ſatiſfaciat diuino placito, & ſanctæ eius volūtati: vt ſit ei (quantū ad amorē liberū attinet) deus oīa in oīus: & cū apoſtolo vere dicere poſſit, Viuo iam non

B ego, viuit vero in me Chriſtus. ad Gal. ij. ℭ Pro huius planiori intellectu aduertendū eſt: vt dicit Philoſophus. j. Politico. Finis nulla mēſura eſt: vt medicina ſanitatis in infinitū eſt,& vnaquæq; ars finis in infinitū. nā q̄ maxime volunt illū efficere: ſed eorū q̄ ad finē ſunt, nō in infinitū, ſed finem menſurā habēt, id eſt appetunť tanq̄ quæ fini conducunt: reijciunturq̄ ſi diſconueniant fini. Verbi gratia, licet amem dulcia, non adeò ſum demens ꝙ dulce venenum ſumere velim, niſi quantum ſpero ſanitati conducere poſſe: & reſpuo, contemno & abominor quantum contrarium eſt ſanitati. Amor itaq; ad dulce venenū, licet cæteris prædiligatur propter dulcedinem: nō tñ eſt ad ipſum vt finem, ſed vt ad me-

C dium. Sic pariformiter de creaturis intelligo, ꝙ vt dulce venenum aſſumi debeant ad ſanitatem animæ quæ cōſiſtit in placere deo: vt quantum conducunt appetantur, & magno animo contēnantur quantum officiunt. hoc eſt adhærere deo quo apoſtolus dixit: Qui adhæret deo, vnus ſpiritus eſt cū eo. j. ad Corin. vj. Hoc eſt per amorem in deum trāſformari: vt Dyo-



vt Dionyſius. iiij. de diuinis noībus loquiť.& ita abſorptū eſſe in deum, vt nullū pondus ipſum alioꝛſum trahat, ſed ſolum pondus diuini amoris ipſum ꝓpellat ad finē, inſtar ferri, quod ſua grauitate nihil magneti pōderis adijcit. Nā ferunt naturales, ſi magnes aliquis fortis in libra appenſus fuerit,& poſt ad ſe attraxerit ferrum: nihil vltra ponderis q̄ antea ex ſolo magnete, iam ex ferro& magnete inſimul erit: ita quaſi abſorpta & ab effectu mouēdi grauitas ferri virtute magnetis impedita erit. Et ꝙ ad hūc dei amorē ſup oīa teneamur, licet non ꝓ ſemp actu: ꝓbo ꝑ illud Deuteron. j. Et nunc Iſrael quia dñs deus tuus petit à te, niſi vt timeas dñm deum tuū,& ambules in vijs eius, ac diligas eum,& ſeruias dño deo tuo ex toto corde tuo,& ī tota aīa tua &c. Matth. xxij. Diliges dñm deum tuum ex toto corde tuo,& in tota aīa tua.& in tota mente tua. hoc eſt maximum & primum mandatum. ſed nō totum cor diligit, id eſt ꝑfecta & plena voluntas, niſi oīa referat in deum vt finē ꝓpter quē cæteris impertiť amorem. Vnde gloſſa interli. exponēs illud apoſtoli prime ad Timo. i. Finis ꝑcepti eſt charitas de corde puro, conſciētia bona,& fide non ficta: ſup verbo puro dicit, Vt nihil diligať niſi deus,& quod dei eſt. Tunc aūt, quantumlibet multa diliganť, ſolus deus diligiť, qñ ipſa niſi ꝓpter eū ad amorē non recipimus: qūo libro de ſermone domini in monte Aug. declarans quemadmodum oculum ſimplicem debeamus habere, libro. ij. c. ij. dicit: Sicut ergo non abſurde loqueretur qui diceret, In hac opera qua nauem quæro, nō nauem quæro, ſed patriam: ſic apoſtolus conuenienter diceret, In hac opera qua hominibus placeo, nō hominibus placeo, ſed deo. Et verificatur illud. iij. Topicorum: Vbi vnum propter alterum, ibi vnum tantum. Hæc videtur intentio Auguſt. primo de doctrina chriſtiana. Hæc regula dilectionis diuinitus conſtituta eſt. Diliges inquit ꝓximum tuum ſicut teipſum, deum vero ex toto corde,& ex tota anima & tota mēte, vt omnes cogitationes tuas,& omnem vitā tuam,& omnē intellectum in illum cōferas, à quo habes ea quæ cōfers. Cum aūt ait, toto corde, tota anima, tota mēte.

D

nūllā noſtræ vitæ partē reliquit quę vacare debeat, et quaſi
locū dare vt alia re velit frui: ſed quicquid aliud diligendum
venerit in animā, illuc rapiat, quo totius dilectionis impet9
currit. Quiſquis ergo rectē proximū diligit, hoc cum eo de=
bet agere, vt etiā ipſe toto cordo &c. diligat deū. ſic em̄ eū
diligēs tanq̈ ſeipſum, totā dilectionē ſui & illius refert ad il=
E lam dilectionē dei, quæ nullū à ſe riuulū duci extra patitur
cuius deriuatione minuat. Et cōfirmo, quia præcepti eſt vt
omnia referamus aliquādo in deū. j. ad Corin. x. Siue mādu
catis. ſiue bibitis vel aliud quid facitis, omnia in gloriā dei
facite. & ad Coloſſeñ. iij. Quia quodcunq̈ facitis in verbo
aut in opere, oīa in nomine dn̄i noſtri Ieſu Chriſti facite, gra
tias agentes deo & patri per ipſum. Vbi gl. intelli. Quia p̄=
cipit laudari deū in corde nūc verbis, nūc factis: nomē Chri
ſti præexaltari præcipit. Ergo obligamur neceſſitate præce=
pti aliqñ referre oīa in deū: qd' tūc ſolū fit cū paratos offe=
rimus nos ea appetere & reſpuere ꝓ menſura vltimi finis:
vt vidilicet placitū & volitū fuerit à deo: vt nō voce tantū,
ſed puro corde & ſyncero affectu oremus, Fiat volūtas tua
ſicut in cœlo, & in terra. Et licet quidā ex hoc inferre velint
oēm actū culpabilē eſſe qui non in deū actu vel virtualiter
referatur: mihi ſufficit ꝙ ꝓ aliquo tēpore quo ſibi occurrit
obligatio huius præcepti, niſi referant, non ſunt immunes à
culpa. Idē ſcd̄m moralē intellectū p̄ceptū videt Hiere. xvij.
Cuſtodite animas veſtras, & nolite pondera portare die
ſabbati, neq̈ referatis per portas Hieruſalē. Neq̈ obſtat ſen
tētia Aug. & aliorū doctorum ꝙ præceptum illud diligen=
di deum ex toto corde &c. hic non impletur quādiu adhuc
aliquid carnalis concupiſcentiæ ineſt, vt latius videre pote=
ris per magiſtrum ſententiarum & ſcholaſticos doctores.
xxvij. diſ. ij. quia loquor ſolum de motu amoris libero, quē
totum ſic obligamur in deum quaſi in finem vltimum con=
ferre, vt ſolum ſecūdum eius ſanctum placitum hæc vt me=
dia appetamus: quod nemini impoſſibile eſſe certū eſt, pro=
pter libertatis conditionē. Et certe qui iſta negare auſit, vi=
deat quomodo tenemur deum vt finem vltimum (poſitiue



exponendo ly vltimū) diligere, & tñ nō oīa in ipſum referre.
Itē & quę cā eē poſſit ꝙ amor creaturæ eo gradu ſemꝑ pec=
catū eſt, cū res quā diligit homo, amitti nō poſſit ſine dolo=
re. Itē & q̄uo finis præcepti ſit charitas de corde puro & cō
ſciētia &c. niſi ad eā dementiā conuolauerit, vt dicat nos ad
hūc finē attingēdū in via minime obligari. Ex his īfero cor= F
relarie ꝙ obligamur deū nō ſolū extenſiue ſuꝑ oīa, verū etiā
intēſiue ſuꝑ oīa diligere. intelligo vbi debito amore deus &
creatura diligunt. Probo, q̄a ſicut eſt neceſſe principia ma=
gis ſciri cōcluſione. i. Poſteriorū. ita finem magis diligi ijs q̄
ſunt ad finē. Idē ꝓbat doctor ſubtilis. iij. ſentētiarū. diſ. xxvij.
q̄a illud ſimpliciter intenſius & maiori affectu diligo, ꝓ cu
ius amore meipſum & alia volo exponere. Qd̄ autē aliq̄ di=
cunt tenerius & feruentius diligere, q̄ tñ firmius nō diligūt:
hoc nō eſt ex aliquo exceſſu amoris ītellectiui in eis, ſed for G
te alicuius paſſionis amoris ſenſitiui: ſicut aliq̄ q̄ dicunt de=
uoti, ſentiunt aliquā maiorem dulcedinē, quā alij multo ſoli
diores in amore dei: qui in cētuplū prōptius ſuſtinerēt mar=
tyrium. ne dulcedo illa eſt actus voluntatis elicitus, ſed paſ=
ſio quędam actui artributa qua deus allicit & nutrit paruu
los, ne deficiant in via: & obligat iſtud pręceptum non ſo=
lum ad vitandum odium contrarium, ſed pro aliquando ad
actum elicitum. Pro quo autem tempore currit eius obliga
tio, dicit Scotus hoc determinatum hoc præcepto: Sabbata
ſanctifices: vt maneat quiſq̈ apud ſe, id eſt recolligendo ſe,
& aſcendendo apud deum ſuum. Eccleſia vero ſpecificauit
quantum ad miſſam audiendam die dominico. de cōſecra.
diſtinctione. ij. miſſa. Hæc Scotus. Pręterea obligamur ad il= H
lum amorem dei, qui paratos nos facit omnia imò noſmet=
ipſos perdere pro deo ſeu eius amore: ita videlicet quòd ef=
ficaciter velimus cuncta perdere, & mortem imò annihila=
tionem perpetuam ſubire, prius quā ipſum offenderemus,
ſeu eius amicitiam perderemus. ſed hoc facere non poteſt
amor dei, niſi intenſior fuerit quocunque alio amore. ergo
&c. Maior patet per illud Lucæ decimoquarto Omnis qui I
non renunciat omnibus q̄ poſſidet, nō pōt meus eſſe diſci=

pulus.Renũciare autẽ ſecundũ gl.omnibus recte viuẽtibus
cõe eſt,ſed relinquere perfectorũ. Nihil aũt aliud videt̃ eſſe
renũciare quã animo paratũ eſſe ad oĩa ꝓ Christo relinquẽ
dũ,ſeu ꝑditioni perpetuæ exponendũ:q̃uo eodẽ ca.ꝑmittit̃,
Qui venit ad me,& nõ odit patrẽ &c. adhuc aũt & animã
ſuã:nõ poteſt meus eſſe diſcipulus. Vnde Ambro. homilia.
xvj.ſuꝑ Geneſi.Chriſtus(inquit)dñs noſter q̃d p̃cepit ſacer
dotibus audiatis:Qui nõ renũciauerit omnibus &c.Cõtre
miſco hęc dicẽs.Meus enim primo omniũ, meus inquã ac=
cuſator exiſto,meas cõdẽnationes loquor.Negat Chriſtus
ſuum eſſe diſcipulũ,quẽviderit aliq̃d poſſidentẽ,& nõ renũ
ciat &c.Et quid agimus,q̃uo hoc aut ipſi legimus,aut po=
pulo exponimus,qui nõ ſolũ nõ renũciamus ĳs quę poſſide
mus,ſed acquirerevolumus ea q̃ nunquã habuimus anteq̃
veniremus ad Chriſtũ?Nolo duplicati criminis eẽ reus &c.
Sed ex hoc ſaltẽ cõmoniti feſtinemus ĩplere:feſtinemus trã=
ſire à ſacerdotibus Pharaonis,quibus terrena poſſeſſio erat:
ad ſacerdotes domini,q̃bus in terra poſſeſſio nõ eſt, ſed dñs
K portio eſt.Talis erat qui dicebat,Tanq̃ egentes,multos au
tem locupletantes.vt nihil habentes:omnia autem poſſiden
tes.Vbi licet Ambro.ſolum inuehat in ſacerdotes,omnibus
tamen quantum neceſſarium eſt Chriſti diſcipulos fieri,ne=
ceſſe eſt vt renuncient ad ſenſum prędictum . Et minor pa=
tet:quia quod põdus in libra,hoc eſt amor in anima.ſed po
ſita æqualitate corporis niſi grauitas intenſior fuerit, nõ p̃=
ponderat.ergo cum amor pondus ſit in æquali anima, puta
anima intellectiua,quæ eſt indiuiſibilis:neceſſe eſt vt inten
ſior ſit ſi debeat animum mouere ad vnius proſecutionem
præ cęteris. Vnde ſi ponamus amores ęque intenſos ad diſ=
parata pro eodem tempore proſequenda, neutrum ꝓſequi=
mur.ergo oportet exceſſum eſſe. Nec refert ſi propter ſpe=
ciem obiecti vnus amor fuerit altero perfectior, quoniã vt
vehemens triſtitia pellit delectationem quantũcunq̃ nobi=
lis fuerit ex ſpecie:ita magnus amor etiam vilior ſecundum
ſpeciem amorem alium nobiliorem peruincit & excludit,
copulando aciem mentis totam ſuo obiecto,vt alterum ne=



queat attendere.⁋His p̃miſſis dico ſine temeraria aſſertio=
ne,q̃ ea dilectio dei ſuper omnia q̃ nobis in p̃cepto eſt,repo
nit nos ad ſtatũ ſalutis,neq̃ cõpatitur ſecũ aliquod mortale
peccatũ.Probo primo ſic.dicit Aug.tractãs illud ad Ro.v.
Juſtificati ergo ex fide pacẽ habeamus &c.Si deus cõfugien
tem ad ſe nõ reciperet,eſſet in eo iniq̃tas.Sed verè cõfugit ad
deũ qui deũ ipſum ſuꝑ omnia diligẽs , iã paratus eſt omnia
pro Chriſto ꝑdere.ergo recipitur a deo:& ꝑ cõſequẽs eſt in
ſtatu ſalutis.Pręterea dilectio dei quę nobis in p̃cepto eſt,eſt
finis p̃cepti ſeu legis,eminẽter ſeu virtualiter cõtinẽs imple=
tionẽ omniũ mãdatorũ:ergo abſumit omnẽ rubiginẽ morta
lis vitæ,& arguit ſeu infert ſtatũ gratię. Antecedẽs patet per
illud Io.xiiĳ.Qui habet mãdata mea, & ſeruat ea,ille eſt qui
diligit me.Et ibidẽ:Si quis diligit me,ſermonẽ meũ ſeruabit:
& pater meus diliget eũ &c.Qui autẽ nõ diligit me, ſermo=
nes meos nõ ſeruat.vbi ex cõtradictorio antecedẽtis Salua=
tor progreditur ad contradictoriũ cõſequẽtis,quod ſolũ li=
cet in cõuertibilibus.Item ad Rom.xiĳ.Qui proximũ diligit
legẽ impleuit.Et ad Gala.v.Omnis lex in vno verbo inſtau=
ratur:Diliges proximũ tuũ &c.Ergo ipſa dilectio dei q̃ no=
bis pręcepta eſt,eminẽter ſeu virtualiter eſt impletio omniũ
mandatorum.Neq̃ formidare debemus q̃ forte compatia=
tur ignorantiam aliquam mortaliter culpabilem: quoniam
ſi vnctio nos docet de omnibus,vt neceſſe nõ habeamus q̃
aliquis doceat nos.j.Ioan,ĳ.c.nonne hunc docebit iam quaſi
inuiſceratum & vnum factum cũ deo?Si ergo aliq̃d igno=
rat,non eſt ei neceſſarium ad ſalutẽ pro tũc hoc ſcire. ⁋Ad
rationes poſt oppoſitum adductas,quæ ſunt contra verita=
tem.Ad primam dico q̃ non omnis zelus dei eſt ille amor M
dei ſuper omnia de quo ſcripturæ loquuntur, ſed ſolum ille
quo diligitur deus vt finis vltimus omnium,animum para
tum & promptum faciens omnia vel acceptare,vel reſpue=
re & perdere prout deo placuerit. Ex illo autem amore dei
nunquam procedit homo ad mortale peccatum.⁋Ad ſecũ
dam reſpondeo.Primo ad hominem,ex altera ſcita , & alte=
ra opinata non poteſt inferri q̃ concluſio ſit ſcita: vt ſciunt

artiſtæ. Modo doctores & ego opinamur hãc dilectionẽ nõ poſſe ineſſe homini ſine charitate: & nõ ſcimus neque habemus certã & euidentẽ notitiã. Et cũ dicit. Qui ſcit ãcedẽs ineſſe, põt ſcire conſequens ineſſe: verũ eſt, ſi poſſit ſcire ꝙ ipſum ſit conſequẽs neceſſario ſequẽs. Ad materiã dico ꝙ licet poſſit probabilẽ coniecturã habere ꝙ actus ille dilectio
N
nis inſit, nõ tñ põt euidenter cognoſcere & pro certo. Quo eñ ſcire poterit ꝙ ita deo ſe totũ infundit propter ſe, id eſt bonitatẽ ſcilicet & ſanctitatẽ eius, vt nec vitã æternã niſi in deo & ꝓpter deũ diligat, aĩo patus & efficaciter volẽs oĩa, ſeipſum, & alia qñ deo placebit ꝑdere vt ipleat ſancta voluntas dei, ꝙ etiã nulli creaturæ nec ſibi ipſi qdẽ libero aliquo
O
amore adhæret niſi in deo & ꝓpter deũ: q̃ volũtas multo eſt purior & laudabilior q̃ volũtas ꝑferẽdi ꝓ Chriſto martyriũ ꝓ ſpe aſſequẽdi vitã æternã. Et certe lõge aliud eſt optare aut velle ꝙ ſic deũ amarẽ, & de facto ſic affectũ eſſe, & ſic efficaciter velle ſicut opto & deſidero efficax velle ſciẽtiæ, ſeu ad ſcientiã. ſed vbi efficaciter iam vellẽ, manũ ad aratrũ mittens, labori, vigilijs, & id genus operibus nõ parcerẽ, ſic opto alteri ſubuentũ iri, ſed nolo porrigere manũ, ſi ponaẽ ꝑ reuelationẽ certiorari: nõ nego quin etiã ſic certus fieri poſſet de hoc ꝙ habeat charitatẽ, ſed nõ niſi videat, aut certitudine fidei aut cõſimili ſciat actũ hũc ineſſe nõ poſſe ſine charitate. Nec expedit hominẽ (niſi valde ſciens & deuotus fuerit) de his multũ ſe tentare quoniã difficilimũ eſt ꝓprias affectiones metiri. vnde. xvij. diſt. iiij. in materia de cõtritione dicit beatus Thom. Quãuis contriti diſpoſitio talis eſſe de
P
beat ꝙ magis diſpliceat offenſa dei quàm quæcunq; pœna quæ infligi poſſet: non tamen eſt deſuper tentandus: quoniam nõ facilè metimur affectus noſtros: & ſequitur, Videtur magis diſplicere quod diſplicet minus, propter annexũ ſenſibile nocumentum. ❡ Contra hoc quòd dictum eſt nos teneri deum ſuper omnia & intenſiore amore diligere, arguo primo ex verbo beati Auguſtini in libro de doctrina chriſtiana inducentis illud ſapientis: Ama illam ſicut pecuniam. illam inquam ſapientiam. indignũ eſt & iniurioſum



vt ſapiẽtia pecuniæ cõparetur, ſed amor amori cõparatur. Video eñ vos hic ſic amare pecuniã, vt iubente amore pecuniæ labores ſuſcipiatis, ieiunia toleretis, mare trãſeatis, vẽtis et fluctibus vos cõmittatis, habeo vnde eligã qđ ametis: ſed nõ habeo qđ addatis ad amorẽ quo amatis. ſic me amate, plus nolo amari, dicit dñs. ĩprobis loquor, auaris loquor, Pecuniã diligitis: tñ me diligite: certe melior ſum incõparabiliter: nolo a vobis ampliorẽ amorẽ, quantũ diligitis pecuniã, tantum me amate. Erubeſcamus ſaltẽ, cõfiteamur, & pectora tũdamus, nõ vt pauimentũ ſolidemus, nã qui tundit pect9, & nõ corrigitur, ſolidat pctã, nõ tollit. Tũdamus pectus & cædam9, & corrigamur a nobis: ne ille poſtea nos cædat qui magiſter eſt. hæc ille. Sed auarus nõ diligit pecuniã ſuꝑ oĩa. Nam vt primo de doctrina chriſtiana, inquit, auarus quãuis pecuniã diligat, tñ emit ſibi panẽ: quod cum facit, dat pecuniã quã multum amat, & augere deſiderat: ſed qa pluris æſtimat ſalutẽ corporis ſui, q̃ illo pane fulciẽ &c. Ergo nõ obligamur deũ vt finẽ vltimũ & ſuper oĩa dilegere: ſed ſufficit quantũ auarus (ꝓ qua graues labores ſuffert) Q
pecuniã diligit. Præterea diſtinguũt doctores quatuor modos diligẽdi rẽ vnã plus alia. Prim9 qñ perfectiori ſeu intẽſiori actu. Secundus qñ ad maius bonum. Tertius quando naturalius & firmius. Quartus vbi ex electione oporteret alterius amorẽ perdere, præeligeret &c. Et nos obligatos deũ plus alijs diligere ſolum ſecũdo & quarto modis. ergo &c. Præterea cum dilectiõe dei ſuper omnia, & qua amatur vt finis vltimus omnium, ſtat liber amor creature citra deum: qui etiam in perditione rei ꝯcitaret dolorem ſeu triſtitiam. ergo non videmur neceſſitate præcepti obligari excludere omnem amorem alium liberum, & eum ſolum admittere qui eſt dei vel aliorum propter deũ. Conſequentia tenet: qa ſi ſic, iam veniale peccatum eſſet contra præceptum: puta talis amor creaturæ citra deum. Et antecedens probatur: quia talis amor creaturæ eſt compoſſibilis charitati: ergo & actui charitatis, qualis eſt illa dilectio dei. Et confirmatur: quia talis motus in creaturam nõ interrumpit motum ad fi

nem vltimũ,licet reddat minus intenſum:iuxta illud Aug x.cõfeſſionũ.Minus te amat dñe qui tecũ aliquid amat qđ nõ ꝓpter te amat.Eſt em̃ quaſi amœnitas viæ faciẽsvt via tor paulo tardius progrediaẽ,licet nunquã deſiſtat fortiter ambulare:vel vt virtus magnetis parum influxa ferro:quæ motũ ex virtute magnetis fortioris ad oppoſitã differentiã poſitionis retardat,ſed intercipere aut interrũpere nõ valet. Præterea quarto,niſi liceret amorẽ liberũ creaturę admiſce re,peccaret qui deũ amando &c.ſimul eligeret viã minus la borioſam,vel magis delectabilẽ,& fugeret magis arduam diligẽs ſuã quietẽ.Sequela probaẽ:qa ſcit deo viã magis ar-duam gratiorẽ.ſed quia in hac via magis amata deo etiam placere põt,hãc eligit,paratus arduiſſimã ſubire vbi aliás Chriſti indignationẽ oporteret incurrere. Ad primũ reſpõ deo. Videtur interimere ipſum.Cũ em̃ certũ ſit ꝙ nemini li cet deũ infra ſe ſeu minus quã ipſum diligere: & auarus(vt argumentũ deducit)pecuniã infra ſe diligit:qui manifeſtiꝰ clarius ve inferri põt quã obligari hominẽ vt plus deũ quã
R auarus pecuniã diligat? Pro verbis aũt Aug.eſt aduerten-dum ꝙ amor non ſolũ accipitur ꝓ interno affectu,ſed etiã ꝓ externo effectu,qui ex interiori affectu ꝓcedit:quo gene re loquendi profuſionẽ pecuniæ & vbi quando oportet,ap
S pellamus liberalitatem.Hoc præmiſſo reſpondeo: Cum di-cit Augu.Sic me amate nolo plus amari &c.nolo à vobis ampliorẽ amorem,intelligendũ eſt de amore pro externo la bore & moleſtia.non em̃ exigit regulariter plus laboris & moleſtiæ à nobis dñs:quanꝗ & in caſu vtiꝗ ꝓ deo plus fe rendum eſt,vt dum martyrium pro fide ſuſcipere oportet. Sed Aug.intendit deum regulariter maiorem charitatem & amorem in effectu non requirere.ſecus eſt de interiori affe-ctu.Ad ſecundam, primo elidendo auctoritatem illorum doctorum:quia dicunt ipſi.Holcot videlicet.q.iiij.ſ.in ſolu-tione ad quintum principale. & Aliaco.ſ.diſtinct.ſ.ſenten-tiarum &c.Licet Sorti ita remiſſe diligere deum ſicut vult dummodo velit ei ſummum honorem: licet ei creatu-ram ſimiliter diligere ita intenſe ſicut vult &c. Cuius ſe-cũda pars manifeſtiſſime falſa eſt:vt patet ex deductis in ſe cundo articulo.Et rñdeo ad argumentum ꝑ interẽptionẽ, ꝙ imò intẽſius tenemur diligere deũ ꝙ̃ creaturam dilectam ſaltẽ amore ſpãli & diſtincto:quo ſcilicet non diligiẽ ſimul deus.Ratio,quia oportet in nobis amorẽ dei fortiorem eſſe amore ſeu dilectione ad quãcunꝗ creaturã ſeu quãcũꝗ aliã rẽ,iã licet nobilior fuerit,niſi etiã ſit intẽſior,cederet ſtatim alteri amori,quũ nobilitas & ꝑfectio nõ arguat efficaciam & vim ſupra aliũ amorẽ:vt ex ſimili patet de dilectionibꝰ, intellectionibus,& aliis volitionibus:ergo oportet deũ in-tẽſius diligere:& non ſufficit &c.Ad tertiam nego añcedẽs ad primam eius ꝓbationem nego ſequelam:& rõ eſt:quia licet talis amor creaturæ citra deũ ſit incõpoſſibilis amori dei ſuꝑ oĩa,& tanꝗ finis vltimi:ſi quis tamen illum amorẽ creaturæ eliceret ꝓ tpe quo obligaẽ amorem illum dei tan-quã finis vltimi elicere,nõ peccaret mortaliter commiſſio-ne,ſed omiſſione actus debiti:ſicut cũ quis ambulat ꝑ pra ta quũ debet audire miſſam.Ad ſcđ'am ꝓbationẽ nego cõ ſequentiam.Multa enim ſunt compoſſibilia habitui chari-tatis q̃ aliquibus actibus eiuſdem charitatis penitus repu-gnant:vt ſurreptitiũ odiũ fratris repugnat actuali dilectio-ni charitatiuæ fratris,ſed habitui charitatis nullo mõ repu gnat.Non valet ergo conſequẽtia:charitati non repugnat: ergo nec eius actui qui eſt diligere.Ad confirmationẽ dico ꝙ virtualiter committiẽ fallacia conſequẽtis.In effectu em̃ arguiẽ:nõ repugnat.ſed compoſſibiliseſt motui ad finẽ vlti mũ:ergo huic motui qui eſt amor dei tanquã finis vltimi. ſunt enim plures motus & amores ſtudioſi in deũ q̃bus nõ repugnat,ſed illi ꝑcellentiſſimo qui cor totũ ſibi vendicat, incõpoſſibilis eſt & repugnat.Nec eſt ſimile de virtute ma-gnetis cõparatione ad motum ferri,& de illo amore libero creaturæ reſpectu amoris dei tanquã finis vltimi:ſed ſimile eſt de motu recto & circulari:quorũ vterꝗ etiã motus eſt: nõ ſic aut virtus magnetis.Ad quartũ & vltimũ nego ſe-quelam:& ad probationem dico ꝙ etſi talis eligit & amet aliquid licite cuius ratio amandi nõ ſit deus,non tamen eo

tunc pro quãdo obligatur ad eminẽtiſsimũ illum actũ cha=
ritatis quo omnia referũtur in deũ:& nihil in eis liberè ama
tur niſi in deo & ꝓpter deũ. Vnde non valet cõſequẽtia, ta=
lis amor licet, ergo ſtat cũ quolibet actu charitatis. inſtantia
eſt clara de ſomno. Itẽ charitas ĩclinat ad multos actꝰ q inui
cem ſunt incõpaſsibiles, vt ad contẽplatiuã & actiuã vitam
ad ſeruandũ & ad erogãdum, & ad prædicandum & ad ce=
lebrandũ. Et tantũ de prima queſtione &c. De totalitate af=
fectus quo tenemur deũ toto corde diligere &c. vide in Bo=
nauentura. xxvij. diſtinctione. iij. quæſtione. vj.

## Prima quæſtio ſine argumentis.

QVARE conſumpti legũtur aliqui quia quę=
ſierunt cibũ ſibi, cũ mortis cauſam nunquam
videatur ſolicitudo de pane inferre, ſed potius
obliuio? Hæc quęſtio ſupponit illud Threno=
rum. j. Sacerdotes mei & ſenes mei in vrbe con
ſumpti ſunt, quia quęſierũt cibũ ſibi vt refocillarẽt animas
ſuas. Et in admirationẽ ducit quomodo hoc eis potuerit per
ditionis cauſa eſſe & interitus, cũ cibi carẽtia mortẽ potius
inferre videatur. ¶ Pro huius ſolutione p̃mitto illud Aug.
j. de doct. Chriſt. Ille iuſtè & ſanctè viuit qui rerum integer
æſtimator eſt. Ipſe eſt autẽ qui ordinatã dilectionẽ habet, ne
aut diligat quod nõ eſt diligendũ, aut nõ diligat quod eſt di
ligendũ, aut minus vel amplius quod æquè eſt diligendum.
Vñ virtꝰ animi nihil eſt aliud q̃ ordo amoris ſua cuiq; loca
diſtribuẽs. vnde in appetitu vel ꝓſecutione rei multiplex in=
tercurrit peccatũ: quoniam vt bonũ ex integra cauſa eſt, ita
malũ accidit ex ſingulis defectibus. quarto de diuinis nomi
nibus. quod & longe ante à domino dictũ legitur ſecundum
trãslationẽ. lxx. Si recte offers, & nõ rectè diuidis: peccaſti.
Geneſis. iiij. Ille rectè offert, vel rectum quid facit, cuius in
ſe opus à difformitate vacat. ſed rectè non diuidit, qui cæte=
ras non obſeruat conditiones de loco, tempore, perſona, mo=
do, & ſic de alijs circunſtantijs. Vnde Ambroſius libro de
Cayn & Abel dicit non rectè diuiſiſſe Cayn, pro eo ꝙ non



de melioribus frugibus deo obtulerit, ſed ſibi pinguiora re=
ſeruauit. Ad propoſitum noſtrũ, ne vos plus debito morer,
ex omnibus duos tantũ modos proſequar, quibus cibũ cor A
poris iniuſte atq; iniquè quęrimus. Primo ſi ꝑ media nõ op
portuna: cuius exemplũ palã eſt ſi ꝑ adulteriũ vel aliud ne
phas qs ſibi velit cibũ q̃rere. Itẽ ſi ꝑ opera ſpiritualia merca
ri ſibi cibũ velit: vt ſola ſiniſtra agat, q̃ dextræ ꝓhibeẽ admi
ſceri Matthæi. vj id eſt qđ propter deũ fieri debet oculo tã
ſimplici, vt nihil ſe admiſceat affectus tẽporalis, aut de cupi
dine laudis. qđ tractãs Bonauentura. d. xxxviij. mota q̃ſtiõe
an bonę volũtatis poſſunt plures eſſe fines. exẽplũ ſumẽs fa
miliare: ſi qs vadat ad eccleſiã vt diſtributionẽ ꝑcipiat, dicit
tripliciter cõtingere poſſe. Primo, ſolũ intendendo diſtribu
tiones vt finẽ ſub gloria dei, decernens videlicet eas Chriſti
pauperibus in dei gloriã donare. Secũdo intendendo ire ad
eccleſiã vt ad dei honorẽ & gloriã laudes decantet, ſed cum
hoc etiã intendendo pecuniã acquirere, nõ referẽs illã in deũ,
ſed nec ſtatuẽs eã vt finẽ principalẽ. Tertio põt contingere
duplicata intentione, ita ꝙ vult deo placere & vult obtine
re pecuniã vt ſuũ theſaurũ ampliet, & in ea ꝓpter ſe delecte
tur. Primũ eſt meritoriũ & bonũ. Secundũ nõ eſt bonæ vo
luntatis, quãuis cũ ea ſtare poſſit eſt em̃ veniale peccatum:
quomodo dicit Augu. Minus te amat qui tecũ aliqd amat
qđ nõ propter te amat. Tertiũ vero eſt malæ voluntatis, &
q̃ velit duobus dñis ſeruire: de quo Matthęi. vj. & verificaẽ
illud ꝓpheticũ, Coanguſtatũ eſt ſtratũ, vt alter decidat: &
breue eſt pallium, vt nequeat vtrũq; operire. illud etiam O=
zee. x. Diuiſum eſt cor eorũ, nũc interibunt. & æternæ dam=
nationis ve his comminatur ſapiens, qui terram ingrediun=
tur duabus vijs. Eccleſiaſt. ij. Sed quoniã ſimonia mentalis
eſt ſi actũ canendi quis fecerit principaliter ꝓpter pecunias
vt finẽ: iuxta. c. tua nos. de ſimonia. vt bene notat glo. in cap.
vnico. de cleri. non reſidentibus. lib. vj. limitandũ eſt hoc iu=
xta normã Tho. viij. quodlibet. articu. xj. ꝙ pecuniam illam
non debet intendere vt finẽ principalẽ actus, ſed talis eſſe,
ꝙ etiam ſine pecunia vellet ſeruire deo, & eccleſiam accede=

C re,licet non tūc:& ita pecunia ipſa vel diſtributionū per-
ceptio non eſt diuini ſeruitij cauſa,ſed proprie huius deter-
minationis quare nūc vadit.Et certe ſemper mihi viſum eſt
ꝙ licet pecunia moueri ꝑ cōplacētiā,ſed nullo mō licet pe-
cuniā ipſam affectu libero diuini ſeruitij finē prefigere:quo
etiā ſciētiā ex finis ꝯſtitutione ꝑperā & inique appetimus.
Bernar.ſup Canti.ſermone.xxxviij.tradit: Qui ſe exiſtimat
ſcire aliquid:iuxta Apoſtolū nōdū cognouit quēadmodū
eū illud ſcire oporteat.Vides quō nō probat multa ſcientē,
ſi ſciendi modū neſcierit.Vides inquā quō fructum & vtili
tatē ſcire in modo ſciēdi cōſtituit.qd niſi vt ſcias quo ordi-
ne,quo ſtudio,quo fine quęꝗ noſſe oporteat:Quo ordine:
vt prius illud qđ maturius ad ſalutē.Quo ſtudio:vt illud ar
dentius qđ vehementius ad amorē.Quo fine:vt nō ad inanē
gloriā,curioſitatē,aut aliud ſimile,ſed tantū ad ædificationē
D tuā vel proximi.Sunt nāque qui ſcire volūt eo fine tantū vt
ſciant:& turpis curioſitas eſt:Et ſunt qui ſcire volunt vt ſci
antur ipſi:& tunc vanitas eſt qui ꝑfecto nō euadēt ſubſan-
natē ſatyricū & eū ꝗ huiuſmodi eſt decantantē, Vſꝗ adeo
Scire tuū nihil eſt niſi te ſcire hoc ſciat alter.Et ſunt qui ſci-
re volūt vt ſcientiā ſuam vendant:verbi gratia pro pecunia,
pro honoribus:& turpis quęſtus eſt.Sed ſunt quoꝗ ꝗ ſci-
re volunt vt ædificent, & charitas eſt. Et ſunt qui ſcire vo-
E lunt vt ædificentur,& prudentia eſt.Hæc ille. ¶ Secundus
modus inique quęrendi cibum eſt ſi quæramus nimie, plus
operę vel tantundem videlicet pro cibo impendendo,ꝙ̄ ꝑ
ſalute animæ.Vult enim deus primas noſtri affectus partes
poſſidere:ac ſe per idignationē abducit vbi aliud vel ęquas
vel priores animi partes conſpexerit occupare.Maledictus
(inquit)doloſus qui habet in grege ſuo maſculum: & votū
faciens deo,offert debile domino.Malachię.i.ſuper quo glo.
Aliquando homo bene creatus à deo,habet ingenium aptū
ſacris diſciplinis,ſed tradit inertiæ:& habens maſculum,of-
fert deo debile,id eſt orationem aliqua animi perturbatio-
ne corruptam. Hic ſentit in ſe completum quod ſcriptum
eſt Sapientiæ.vi.Potentes potenter tormenta patientur. &



eodē ca.Malachię ꝑmittit,Si offeratis claudū & languidū,
nōne malū eſt:offer illud duci tuo ſi placuerit illi, aut ſi ſu-
ſceperit faciem tuam,dicit dominus exercituū.Et qd aliud
credimus ꝙ̄ diuidere nō recte,cū terrenis ſolicitudinē ma- F
ximā & ingentē affectū īpendimus,& celeſtia aut deū ipm
meditari faſtidimus:Filios noſtros & nos ipſos ſi ſunt indu
ſtrij,mūdo tradimus,& ſecularibus diſciplinis. Qđ claudū
& debile eſt,domino offerimus:nec hoc ſolū, ſed eos ꝗ apti
ſe iā diuinis mancipauerūt,dehortatiōe noſtra ad ꝗſtuoſas
artes inuitamus,nihil curātes ſi ſacrę doctrinę & diuini ver-
bi annona in tāta raritate multo carior fiat.Vereamur ęter-
næ maledictionis præconiū:Maledictus qui facit opus dñi
negligenter (vt habet vltima trāſlatio) & aufert macheram
ſuam à ſanguine iniquorum.Hiere.xlviij.Et vbi ipſi cœlum
ingredi nolumus,alijs cœli portam non claudamus.Et his
paucis ſatis patere exiſtimo quo pacto morti cauſam dare
potuerint inordinate & prępoſtere cibum quęrendo,vt me
rito conſumpti legantur quia cibum quęſierunt vt refocilla
rent animas ſuas.Et hæc de prima quæſtione.

QVARE ꝓpheta inquit,Si reddidi retribuēti
bus mihi mala,decidā merito ab inimicis meis
inanis:cum naturaliter licere videatur inimicis A
vim & dāna inferre:¶ Pro huius ſolutiōe ad-
uertendum eſt,cum proximū teneamur vt noſ-
ipſos ex charitate diligere,nō poſſumus ei licite pœnā opta
re aut velle niſi propter aliquod bonum eius, noſtrum, vel
reipu.puta propter ordinem iuſtitiæ ſeruandū,vel ad corre-
ctionē eius qui deliquit,vel ad terrorem aliorum: vt quos
diuinus timor non cohibet, temporalis pœnę formido de-
terreat à peccato:vt bene notat Lyra Matth.v.ſuper verbo
Chriſti:Ego autem dico vobis non reſiſtere malo &c.Et
Auguſti.Siue plectendo,ſiue ignoſcendo, hoc ſolum bene B
agitur,vt vita hominum corrigatur.xxiij.quæſt.v.prodeſt.
imò cum nullum ſit conſiliū quod nō veniat in caſu ſub prę
cepto,tenemur animo parati eſſe etiam ſatiſfactionē nō ex-
petere,vbi neceſſarium fuerit proximorum ſaluti. xxiij. q.i.

paratus.Et eſt regula Apoſto.ad Romanos.xiiij.Si propter
cibū frater contriſtat̃:iã nõ ſecundũ charitatẽ ambulas.noli
tuo cibo illũ ꝑdere pro quo Chriſtus mortuus eſt.Nec rele
uat cap.ſi qs cõtriſtatus.x.diſt.qđ à cõtrario induci ſolet,vt
ſi ſatiſfactionẽ nõ offert qui lęſit,nõ tenemur ei recõciliari.
& gloſ.dicit nõ obligari hominẽ vt actionẽ iniuriarũ remit
tat:ſed debet rancorẽ deponere:qa procedit cũ exactio ſatiſ
factionis nõ inducit ſalutis diſpendiũ, vel eius qui læſit cũ
ex remiſſione veriſimiliter reducet̃,& aliàs ꝑſiſtet in malo,
vel aliorũ qui ex hoc ſcandalizant̃ in moribus aut fide,cum
C in hoc caſu oportet etiã propriã vitã exponere. Recte ergo
dicit propheta:Dñe ſi feci iſtud,ſi eſt iniquitas in manibus
meis:ſi reddidi retribuentibus mihi mala:inuoluant,ciuciẽt
& premant me mala q̃ ſequunt̃: decidã merito ab inimicis
meis inanis:perſequat̃ inimicus animã meã &c.Qui em̃ ali=
qua inimicis intulerit ꝓ vitæ correctione, nõ vt ſimilibus
eos afficiat qualia ſibi intulerit:bona potius feciſſe putabit̃
ꝙ intuliſſe mala.Sed cũ tanta ꝓximis debeamus,mirũ vala
de eſt quid cauſę ſit vt miſeri nos, virtutis omnis vacui, &
ordinis expertes,vel parum læſi à proximo ſtatim incenda=
mur ad irã,cupiamus tanto ardore vlciſci & vindicare qđ
in nos peccatũ eſt & cõmiſſum.Et certe vt paucis cętera trã
ſeã,quatuor reor huius eſſe cãs pręcipuas, videlicet noſtrã
infidelitatẽ,inconſiderationẽ,tumorẽ voluntatis,&(qđ om
niũ miſerrimũ eſt)mortẽ animę.Exẽplũ primi. Si em̃ ꝓphe=
tæ credimus dicenti,Nõ eſt malũ in ciuitate qđ nõ fecit do
minus.Amos.iij.Et certe ꝙ multa miſeratiõe pœnas hic in=
ferat,vt nos à peccato deterreat et reuocet,iuxta illđ.ij.Mac
ca.vj.Etem̃ nõ ſinere peccatoribus ex ſententia agere,ſed ſta
tim vltionis remediũ adhibere, magni beneficij indiciũ eſt.
quãdo ſcilicet(vt Gre.inqt)mala q̃ nos hic premũt, ad deũ
ire cõpellũt:nequaquam indignaremur virgæ qua ad noſtrã
correptionẽ,tã pius pater vtitur.ſed pro certo domini male=
dicti ſumus ſi de medicina ægrotamus.maledictũ enim fera
rũ(vt Greg.vtar verbis)quod ex lima cõtrahit rubiginem.
Secũdi.Si enim domino adijciente vt indignaretur populo



permiſit Dauid in pctm̃ illud grãde numeratiõis populi ca
dere,vt.ij.Reg.xxiiij.legit̃,frequens eſt qđ noſtro demerito
alius ſinitur ruere in pctm̃,quẽ alias abundãtiori gratia deꝰ
præueniret,& ſeruatus fuiſſet à pctõ:per quẽ modũ dicitur
excitare in nos hoĩem cui abũdantiã gratiæ ꝓpter nos ſub=
trahit,vel non apponit vnde ſeruãdus fuiſſet à pctõ in nos
quãto igitur quis potius miſerebit̃ fratris ſi perpẽdat ſe for=
te cauſam dediſſe quare ceciderit, Tertij. Qui enim diuino
placito ſic ceruices inclinaret & ſubmiſſas teneret,vt quod
ſancta dei volũtate factũ fuerit gratũ ſemper habere vellet,
vti pręcamur:Fiat volũtas tua &c.à qua fieri neceſſe eſt qc=
qd ꝓcedere debeat ĩ eſſe,ſiue bonũ ĩ ſiue malũ:hic vtiq; nol
let diuinæ diſpoſitioni cõtraire,& rebellẽ ſe obijcere,aut fa=
ctũ ipſum ꝑ ſe vlciſci & vindicare.Vnde de ſancto Dauid.
ij.Reg,xvij.legit̃ dum Semei cõtra eũ lapides ꝓijceret,atq;
inclamaret,Egredere vir ſanguinũ,egredere vir Belial,ecce
premũt te mala,qm̃ vir ſanguinũ es:& Abiſai ægre hoc fe=
rẽs ꝙ malediceret regi:quid inquit maledicit canis hic mori
turus dño meo regi? vadã & amputabo caput eius. Dauid
dñi voluntatẽ & ſanctã diſpoſitionẽ attendens,Quid inquit
mihi & vobis eſt filij Saruiæ? dimittite eũ vt maledicat.Do
minus enim p̃cepit ei vt malediceret:& quis eſt qui dicere
audeat quare ſic fecerit? dimittite eũ vt maledicat iuxta præ
ceptum dñi,ſi forte reſpiciat dñs afflictionẽ meã, & reddat
mihi dñs bonũ pro maledictione hac hodierna. Quo facto
mãſuetus ille Dauid diuinæ voluntatis diſpoſitionẽ etiã in
actu malitiæ ſubſtracto,præceptũ domini appellauit:& il=
li noluit rebellis inueniri.Sed ne culpa Semei pernitioſo exẽ=
plo alios ad ſimiliter peccandum inuitaret,aut factum tam
enorme tranſiret impune,filio ſuo Salomoni vltionem pro=
deo commiſit.iij.Reg.ij. Vtinam vel ad paucos dies com=
penſas inferre differremus:vt pateret ꝙ non vlciſcendi ani=
mo,ſed iuſtitiæ zelo faceremus..Sed quia iugum obedientiæ
ad diuinam voluntatem,iam diu excuſſimus:inuicem mor=
demus & comedimus.Sed videte(inquit Apoſtolꝰ) ne ab= E
inuicem conſumamini.ad Galatas.v. Quarti, quoniam vt

ij.Rheto.tradit Ariſtote.ægrotantes,pauperes, amantes,ſi
tientes,& huiſmodi,iracundi ſunt,& facile incenduntut ad
iram.Quis autem pauperior eſſe aut magis ægere poteſt eo
qui ante viam perdidit,& tanta corruptione mortis labo=
rat? Exemplum habemus in naturalibus. Muſcarum feces
viuæ carni obſunt nihil,at mortuę carni vbi ſuperfuſæ ſunt
corrumpitur ſtatim,cōputreſcit & ſcatet vermibus.Si itaq;
facilè iniuriantibus iraſcimur,vehemens indicium & ma=
gna præſumptio eſt ꝙ ex animæ mortæ deſcēdat,quòd mo=
dicæ iniuriarum feces ad tantam corruptionem iræ perdu=
xerint:& ne affectus nos fallat(quoniam mentitur ſæpe ini=
quitas ſibi)& iuſtitiæ zelo aſſcribam9 animū ipſum et amo
rem vltionis,qui eſt propter propriam vindictam:hanc re
F gulam aduertamus,Si non dolemus de proximi malo, non
eſt motus hic charitatis.& verus zelus iuſtitiæ. Vnde Ber=
nar.lib.de modo bene viuendi.c.xiij.Si proximus noſter pa
titur aliquam tribulationem aut infirmitatem aut damnū,
aut in carcerem mittitur:ſi dolemus pro illo,in corpore ec=
cleſiæ ſumus:ſi non dolemus,iam à corpore eccleſiæ præciſi
ſumus. Charitas colligit & viuificat omnia membra eccle=
ſiæ. Tam diu dolet membrum,quàm diu in corpore conti=
netur.Si autē membrum præciſum fuerit à corpore,nec ſen=
tire poterit nec dolere:vt ſi manus aut aliud membrum præ
ciſum fuerit & totum corpus in ignem mittatur:manus illa
iam non ſentit,qa diuiſa eſt à corpore. Talis eſt omnis Chri
ſtianus qui de alterius damno tribulatiōe aut neceſſitate nō
dolet.Hæc ille.Quod ſi locum habet in malis corporis,lon=
ge fortius in malis animæ,quæ & contra deum ſunt,& pro=
ximum graui damno afficiunt.Et Gregorius : Vera iuſti=
tia compaſſionem habet:falſa,dedignationem.xlv.diſtinctio
ne,vera iuſtitia.Cum itaq; facile iraſcimur,& vindictam ap
petimus ſine cōpaſſione & dolore,proculdubio mors ani=
mæ cauſa eſt quare corruptio hæc emergens nos inuadit &
occupat. A quo nos ſeruare dignetur qui in ſecula benedi=
ctus viuit & regnat, Amen.Deo gratias.





# Quodlibetica quæſtio octaua eiuſdē anno à ſalute humana. M.CCCC.XC=IX.in ſcholis artium eiuſdem ſtudij ab ipſo diſputata..

PEr Venerabilē vi=
rum dñm Quodlibetariū
nūc cathedrantē fuit mihi
qō theologica ꝓpoſita hęc
Vtrū orās ꝓ multis,æque
proſit ſingulis,ac ſi ꝓ vno=
quoq; tantūdē oraret.Pro
hui9 deciſione,ſuppoſita ī
primis ſanę fidei ꝓteſtatio
ne,& ꝙ vbi erratuero, cu=
piā ꝑ quēcūq; corrigi, &
ad veritatis ſemitā deduci:decreui tria ingrere.Primum an
ꝓſit orare,vel ſit inutile.Scd̄m an orationis vis deriuari vel
ꝓtēdi poſſit ad aliū. Tertiū an eandē orationē dicēdo ęque
ꝓſit multis quantū ꝓficeret vni ſoli.Quo ad primū pōt in=
utile videri vt qs oret,ex trib9. Primo,nihil aliūd eſt orare
q̄ alteri deſideriū noſtrū exponere ſeu explicare:qd̄ fit vt ei
innoteſcat qd̄ optemus aut cupiamus.ergo ſpecies infide=
litatis eſt deū orare.Conſequētia tenet:qa videmur orando
p̄ſumere ꝙ deū añ latuerit qd' ab eo deſideramus.Et hæc in
effectu vr̄ fuiſſe rō ꝓhibitionis cur ſaluator ꝓhibuit in ora
tione multa loqui,ſicut Ethnici faciūt.Matthæi.vj.Scit em̄
pater veſter cœleſt is q̄d vobis opus eſt,antequā petatis.Et
eadē rō cōcludit nihil orādo loquēdū:qa ipſe oīa añ nouit.
Et exponēdo vel exprimēdo ſupponere videmur ꝙ eū la=
tuerit prius. ¶ Scd̄o,nihil pōt de9 facere ad quaſcūq; p̄ces
qd̄ nō antea æternaliter ſe decreuerit eſſe facturū.ergo fru=
ſtra fundit orō.Cōſequētia tenet.Quod enim æternaliter ſe
decreuerit eſſe facturū,æque fieret nō fuſa orōne.da em̄ ꝓ=

poſitũ,& erit in noſtra poteſtate impedire quo minus ęter nũ dei decretũ mandet executioni. Idē tacite ſenſiſſe videtur Samuel poſtquã Saul agnoſcens ſuã culpã qa preuaricatus erat ſermonē dñi, timens populũ & eius voci obediens ſupplicitер peteret: Sed nũc porta peccatũ meũ,& veni mecum vt adorē dominũ reſpondit Samuel: Non reuertar tecũ. qa proieciſti ſermones dñi: proijciet te deus. Et iufra: Scidit dominus regnum Iſrael à te hodie,& tradidit illud ꝓximo tuo meliori. Porro triũphator in Iſrael nõ parcet,& pœnitudine nõ flectet. neq; enim homo eſt vt agat pœnitentiã. Quo prętendiſſe videtur Samuel fruſtra dominũ orari, quũ à prędiſpoſito decreto nõ poſſet flecti. Tertio, orando deũ alterum duorũ peteremus, vel vt faciat qđ decreuerit & ꝑdiſpoſuit, aut certe ꝙ decretũ ſeu ſniam mutans, id velit qđ cupimus. Nõ primũ, qa neceſſariũ eſt ſi decreuerit vt faciat. Stultum autē eſt pro his ꝑces fundere, quę nequeũt quouis modo aliter euenire, queadmodũ nec de his conſiliũ eſſe põt. iij. Ethi. Nõ etiã ſecundũ, qa mutari nõ põt. xxij. q. iiij. incõmutabilis. & Iacob. i. Apud quē nõ eſt mutatio, neq; viciſſitudinis obumbratio. Et Nume. xxj. Non enim deus vt homo eſt, vt mētiat: neq; vt filius hominis, vt mutet. Dices fortaſſis, Nõ oramus vt mutet voluntatē, ſed vt pro noſtro deſiderio aliquid velit,& ab æterno voluerit ſic quòd nunquam oppoſitũ. Cõtra, hoc videt pręſumptuoſum & contra ſubiectionem quam deo debemus. Semper enim parati eſſe debemus eius benedictæ voluntati cedere,& noſtram nolle præferre: prout in dominica oratione petimus, Fiat volũtas tua &c. Et quòd non liceat orare vt non voluerit quod ſcimus eum ęternaliter voluiſſe aut velle, patet: qa illa de cã poſteaq; đ calice transferendo expoſuiſſet Saluator ideo patri diſpoſitionē inferioris appetitus: ſtatim petitionē corrigens, vel (vt moderatius dicam) cõditionē ſupplens adiecit, verũtamen non ſicut ergo volo, ſed ſicut tu vis. Et ne exiſtimemus ſic velle pręire, qd Petro acciderit audiamus. Poſtquã expoſuiſſet diſcipulis ignominioſam mortē quã ſubiturus erat ꝓ noſtra redēptiõe: miſertus diuinę conditionis Petrus, Abſit à te inquit domine: nõ erit tibi hoc. Vel ſecundũ Hiero. verſ. gnificatius in greco habet, Propitius ſis tibi dñe, nõ erit tibi hoc. quo nõ mutationē eius optaſſe aut petiuiſſe videt, quē ſtatim Chriſtũ filiũ dei viui cõfeſſus eſt, ſed oraſſe vt ęternaliter voluerit nõ ſubire tantã pœnã & ignominiã. Quia tamē diuinę volũtati nõ ſatis detulit, ſed quodãmodo viſus eſt voluiſſe ꝑire, à dño durè rephenſus eſt: Vade retro me ſatana: ſcandalũ mihi es. nõ ſapis q̃ dei ſunt &c. Et quia alicui videri poſſet ꝙ ſpiritus malignus ibi rephēſus ſit, q hoc dicere apoſtolũ ſuggerebat, hoc cõfutãs Hiero. Sed mihi (inquit) hic error apoſtolicus de pietatis affectu veniēs, nunquã incētiuum diaboli videat. Vnde & Petrus audit, Vade retro me &c. nõ hoc eſt ſeqre ſententiã meam &c. nõ ſapis &c. meę volũtatis eſt,& patris mei veni facere voluntatē, vt ꝓ hominũ ſalute moriar. Tu tuã tantũ cõſideras volũtatē, nõ vis granũ triticí cadere in terrã, vt fructus multos afferat. Ergo nõ licet orare vt eius oppoſitũ ęternaliter voluerit quod iã nouimus ab eo decretũ &c. ¶ Pro huius qſtionis deciſiõe ꝑmitto primo ꝙ quadruplex eſt genus orationũ, qđã oratio infecta prauitate, qđã deficiēs bonitate, qđã integra ſed mortua, quędã ſana & viua. Inficit oratio prauitate ratiõe obiecti, eius ſcilicet quod petit vel rõne circũſtãtię prauę quã oporteret abeſſe. Rõne obiecti dupliciter: aut qa petit quod abſolutè & in quocũq; gradu petere nõ licet, vt ꝓſperari in patrãdo ſcelere: vt accidat malũ ꝓpinquo: & ſic de alijs. Aut qa petit ſine debita mēſura, aut vltra q̃ cõuenit. Vñ Amb. Eſt aliqñ ſtulta & ſupba petitio: ſicut fuit apoſtolo Iacobi & Ioãnis: qb9 incõgrua & immēſa petētib9 dictũ eſt, Neſcitis qd petatis. Hoc eſt ambulare in magnis & mirabilib9 ſup ſe, dũ nõ ſua ſorte cõtēt9 pes ambit ea q̃ ſunt oculi. Ex circũſtãtia mltipliciter inficit prauitate, rõne finis, dũ. ſ. fit ob finē malũ vel incõgruũ ſeu indebitũ: vt oro à deo diuitias ꝓpter laſciuè & luxurioſè viuere: aut fundo orõnē ꝓpter inanē gl'iam, ſeu laudē hoim: de qbus Mat. vj. Receperũt mercedē ſuã. & Hier. de martyrio ob eã cauſam ſuſcepto. Huic operi nõ tam præmium q̃ pœna debetur,& perfidiæ magis tormenta ſunt q̃ B

corona victoriæ.ſ.q.ſ.vide quantum bonum&c.Secundo ex parte pſonæ ſiue circunſtātiæ:vt dū quis in mortali peccato audet fundere orationē vt mininiſter eccleſię.de quo Dionyſius ad Demophilū monachū.Audetq́(ſcilicet ſacerdos non illuminatus,de quo ei ſermo eſt) ſceleſtas blaſphemias ſuas(neq; enim pces dixerim)ſacris aris inferre eas ſup ſigna illa diuina ad Chriſti ſimilitudinē dicere.Et Hiero.de hæreticis:Quotieſcūq; cōgregati ſunt in nomine eiusdeteſtat deus fœtorē eorum,& claudit nares ſuas.ſ.q.ſ.odit.& eſt cōmunis ſentētia doctorū,q quicūq; in mortali peccato exeqtur actū ſui ordinis ſciēter,eo ipſo mortaliter peccat.pceptū eſt enim Deuter.xvſ.Quod iuſtū eſt,iuſtè exeqre.Tertio ex parte tēporis,puta quādo oportet alteri inſiſtere,ſeu operā impēde
B re:vt ſi cū animarū ſalus pcurāda eſt,velim inſiſtere orationi pro temporalibus.Quarto ex parte modi,quia videlicet quā cōuenit ptenſius & magis abſolute petitur:vt oro deū vt mihi det diuitias,& ſalubre faciat ſi forte non eſt ſalubre futurū.Quid enim hoc eſt niſi velle pire,& nequaquā cedere diuinæ diſpoſitioni,& eius ſanctę volūtati?Eſt enim effectualiter orare deū,Fiat volūtas mea,cedat tua.vel vt reſtrictius dicā,nō ſit illa tua.Et certè cū parati animi debeat eſſe Chriſtianus in omnibus cedere diuinæ volūtati,& nō velle reniti pter eius aſſenſum & beneuolentiā:vbi ſcilicet cōtrariū nobis pceperit,vt in reuelatione futuri peccati aut dānationis ſecundū quoſdā,propter perpetuā culpam incluſam:ſecus quo ad pœnā,cū ex diuina inſtitutione & pcepto oramus,fiat voluntas tua.Et Auguſt.ſententia:prauum & diſtortum cor habet qui nō vult id eſt reſpuit quod deus vult,ſuper Pſal.c.Nō adhęſit mihi cor prauum.Eos enim qui adorant,in ſpiritu & veritate oportet adorare.Ioannis.iiij.Ille autem non orat in ſpiritu ſancto qui abſolute petit,& non committit eius directioni vel diſpoſitioni.Quid oremus,inquit,Apoſtolus,ſicut oportet,neſcimus:ſed ipſe ſpiritus ſanctus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.Ad Roma.viij.Super quo Ambro.Superfundit ſe precibus noſtris vt imperitiam & improuidentiam noſtrā motu ſuo aperiat;



& illa nobis à deo petit q pſint.tūc p nobis interponit ſe idē ſpūs,cum ſcit nos p ignorantiā non p iactantiā cōtraria poſtulare q̄ conuenit.Item ſi Aug.credit,adeo nos ſubdimus & cōmittimus diuinæ diſpoſitioni & eius ſanctiſſimæ voluntati,vt eā petamus ſic in oībus mādari executioni,vt etiā cōtra nos eundē oremus pœnas debitas fulminare.Delatus enim q dixerat magnā illā partem ſctōrū q ad mortē pdeſtinata eſt,contra ſe petere vt cadāt & ruant:cōfutans errorē ſibi falſo impoſitū dicit,Non hoc cōtra ſe petunt quod deus nulla rōne facturus eſt,vt cadāt & ruant.hæc enim hoīs neqtia,ipſorū conſummata eſt libertas.Sed planè illud contra ſe petūt,qđ diuinæ volūtatis eſſe nō dubium eſt:vt ſcilicet quum venerit filius hoīs in maieſtate ſua,& ſederit ſup thronum gloriæ ſuæ:cōgregent ante eū oēs gentes,& ſeparet eos abinuicem:alios ad dexteram ſtatuēdo,alios ad ſiniſtram:& audient eum dextri dicentē.Venite &c.& ſiniſtri,Ite &c.Igit q facturi non ſunt voluntatē dei,& petunt vt fiat volūtas dei:in eo qđ voluntate dei faciendū eſt,audiunt:vt imitatores diaboli cū diabolo Iudicent.Hæc ille.Quāquam igit obligati non ſumus oīa velle q ſcimus aut ſupponimus deū velle,nequaquā repugnare licet,nec contrariū eius velle aut petere qđ ipſum velle ſcimus aut credimus:niſi pcepto & ſua volūtate ad hoc obligemur.In oī igit oratione oportet totum diuino arbitrio actu virtute vel habitu cōmittere,nec vltra aut citra ptenſe qcquā orare aut abſolute petere.Poſſunt adhuc & aliæ circunſtantię intercurrere q vitient orationem ſeu inficiāt:ſed ex his eſt facile diſcernere de aliis.Oratio deficiēs bonita C
te dicit q cum nihil mali commixtum habeat qđ oporteat abeſſe,(licet aliquando ſimul concurrāt oratio infecta prauitate,& deficiens bonitate:ſed hic diſtinctim occurrunt) deeſt ſibi pro tunc aliquod debitum de feruore vel attētione circunſtantiæ,aut huiuſmodi.Quòd autem defectu feruoris ſeu ratione diminutæ voluntatis ſit nonnunquā oratio ingrata deo, primo patet auctoritate Hieronymi ad Cteſiphōtem.Epiſcopus inquit Epheſiorum Angelus in

Apoca.nuncupatus.qui cum cauſa nois Chriſti paſſionū
multarum merita intra conſcientiā retineat:qa in ipſis paſ-
ſionibus à primo conuerſationis feruore tepuerat,cū calo-
rem paululū tēperaſſet,ad pniam reuocat̃,dicēte ſcriptura,
Noui opa tua,& patientiā tuam,& qa non potes ſuſtine-
re malos,& ſuſtinuiſti ,ppter nomē meū , nec defeciſti.Sed
habeo aduerſum te pauca,qa charitatē tuam primam reli
quiſti.memento vñ excideris,& age pniam.Conſideremus
quantus caſus ſit temere contēnentis,cū tanta ruina dicit̃
de negligentia obſequentis:vel quā dānationē accepturos
credimus indeuotos,cū tantā reprobationem deuotus ac-
ceperit.Tepidū diſcipulum non amat Chriſtus.Qui vult
meus eſſe diſcipulus,ait:abneget ſemetipſum ſibi,& tollat
crucē ſuam:& ſequat̃ me.Hæc ille.Et glo.interli.in verbo,
Sinaut,veniā:& mouebo candelabrū &c.Veniam vt aio
& corpore interficiam.Ergo defectus zeli & feruoris ſiue ĩ
oratione ſiue in alio ope,ſæpe numero ponit graue pc̃tm̃.
Item Michææ.vj.Indicabo tibi ò hō quid ſit bonum,& qd
dñs requirat à te:vtiq; facere iudiciū,& diligere miam,&
ſolicitū ambulare coram dño deo tuo.Item ad Roma.xij.
Solicitudine non pigri.Hoc eſt inquit Amb.quod dicit ,p-
pheta Hieremias.xlviij.c.Maledictus qui facit opa dñi ne-
gligēter.Piger enim in cōuerſatione diuina ſine ſpe eſt.ideo
ſubiecit,Spū feruentes:hoc eſt vt in exercitio dñi aut legis
non ſit tepidus:ſicut dicit̃ in Apoca.Ioan.Quia tepidus es,
incipiā euomere te de ore meo.Hæc Ambroſi.Dices fortaſ-
ſe,hæc oīa ſolum inducunt p̃ceptum affirmatiuū feruoris
ac zeli:quod et ſi ſemp̱ obliget,nullatenus tñ ,p ſemp̱:ſed ,p
aliqñ.extra ergo tp̃s obligationis de orādo,videmur abſq;
pc̃ti formidine poſſe tepide deum orare.Rñdeo.quanquā
hoc ,pposito abunde ſufficiat:nihilominus qui hoc ſentit,
aduertat Malachiæ.i.dictum eſſe de votiuo ſacrificio,Ma-
ledictus doloſus qui habet in grege ſuo maſculum,& votū
faciens immolat debile dño:quia rex magnus ego,dicit dñs
exercituum:& nomen meū horribile in gentibus.Et ibidē
paulo ſuperius,Si offeras cecum ad immolandū,nōne malū



eſt?Offer illud duci tuo ſi placuerit ei,aut ſi ſuſceperit faciē D
tuā,dicit dñs exercituū.quo verbo nihil aliđ ſignificaſſe vi
detur dñs,q̃; ꝙ ſatius ſæpe fuerit non obtuliſſe duci aut re-
gi,q̃; donare illiberaliter.Non debet ergo exilis eſſe & con-
temptibilis oratio quā cōueniat offerre æterno regi:niſi qs
adeo deſipiat,vt credat deo conuenire qđ illiberale eſt hoĩ
terreno regi offerre.Nō enim ſatis eſt recte offerre,niſi etiā
recte diuiſeris.Geneſis.iiij.ſcđm tranſlationem.lxx.Si recte
offers,recte autē non diuidis,peccaſti.quieſce.Diuiſionis
aūt hic ordo eſt.prima ſecundis,non ſecunda primis p̃cur-
rant:& terrenis cæleſtia,non cæleſtibus terrena p̃ferant̃,ſe-
cundū Ambr.ij.lib.de Cain & Abel.ca.vj.Non tñ nego qn
interdum liceat imò acceptiſſimū ſit deo de penuria facul-
tatum cum paupercula vidua duo æra minuta mittere:de
qua Lucæ.xxj.Sed tunc cum legitima impedimenta inter-
currunt,vt ſit nobis penuria facultatū.Secundo deficit orō E
bonitate,quia deeſt attentio.Matthæi.xv.Populus hic la-
bijs me honorat:cor aūt eorum lōge eſt à me.ſine cauſa aūt
colunt me &c.Eſt aūt triplex attentio q̃ adhiberi pōt ora-
tioni vocali:videlicet attentio ad verba,ne ſyncopentur &
proferant̃ corrupte.attentio ad ſenſum verborū:de quo pri
mæ ad Corinthios.xiiij.Si orē lingua:ſpūs meus orat,mens
autem ſine fructu inquam ſpeculationis de ſenſu verborū:
nō aūt ſine fructu eſt.ſine fructu meriti,vt in laicis magno
feruore deum orantibus verbis latinis quę non intelligunt. F
Tertio ad finem orationis,puta deum ipſum,vel rem peti-
tam in oratione:& hæc attentio maxime neceſſaria eſt ad
orationē.Vnde dicit Hug.de ſancto Victo.Pura eſt oratio
quū ex abundantia deuotionis mens ita accendit̃,vt cum
ſe poſtulatura ad deum cōuertit,etiam ſuæ petitionis obli
uiſcatur,ſed manet virtus attentionis in effectu ſcilicet fer-
uoris & deuotionis ad quem deduxit attentio.Cum enim
oratio ſecundum Damaſ.ſit accēſio mentis in deum,& pe-
titio decentium à domino:non videtur quis orare,niſi deū
attenderit , quantumcunq; labia mouere curauerit.Hinc
Hugo de ſancto Victore,Si cū orationē fundimus,quodli-

Si vero intelligaẗ cũ nõ põt ex defectu ꝓbationis, ſeruiret
ꝓpoſito: ſed planè falſa eſt. ſic em̃ exteriores act9 etiã puni
re nõ põt: vt de actu fornicationis, i. c. erubeſcãt. & de actu
ſimoniæ. in. c. ex tuæ. de ſimonia. & hoc ſtrepitu iudiciario:
in quo ſine legitimis documentis nemo dãnatur: q̃uo ꝓce-
dũt iura ꝙ occulta dei iudicio reſeruãtur. Non releuãt mo
tiua Hoſtieñ. eccleſia nanq; in hoc nemini laqueũ inijcit: ſi-
cut nec in ꝑcepto celebrãdi ſabbatũ: quo etiã ꝓhibet mẽta
le mortale pct̃m. neq; alligat onera importabilia, cũ facilè
ſit ei attẽdere q tantã dei maieſtatẽ voluerit (vt par eſt) ſatis
reuereri: neq; ꝓbat verbũ quantũ deus dederit, cũ neq; co-
gitationẽ bonã habere poſſumus ex nobis, ſed ex deo. ij. ad
Corin. iij. Tertia etiã opinio ſine fundamẽto eſt, qa pœna ſu
ſpẽſionis p̃tereuntibus dictũ cap. dolẽtes. imponiẗ. Ad fina-
lẽ vero clauſulam de ſtudioſe & deuote legendo non iteraẗ.
Certe licet p̃dicatores habent ꝙ conſtitutiones eos nõ obli
gant ad culpã, excipitur tñ caſus p̃cepti, ſicut & cõtẽptus.
Nuſquam aũt in virtute obedientiæ p̃cipiẗ q̃cunq; pœna
adijciatur, quod ſub culpa ſeruare non tenemur. Et vbi hęc
oĩa ceſſarent, quis negabit eccleſiæ ſuæ rei poſſe imponere
modum & onus? Dñs ipſe decimis onus impoſuit non ſo-
lum ſeruitij in tabernaculo dñi, verum etiã vt portarent Le
uitæ apud dñm pct̃m populi. Hinc mihi vr̃ ꝙ nõ ſolũ põt
ſed de facto p̃cipit eſſe attentionẽ & deuotionẽ & põt non
ſolum exteriores actus ſed occultiſſimos interiores ex legiti
ma cauſa p̃cipere. & hãc opinionẽ tenet Palude. xv. diſt. iiij.
q. v. ar. ij. cõcluſio. iiij. dicens nos obligatos attendere nõ ſo
lũ humano iure, ſed diuino: quẽadmodũ alij ad ſoluẽdũ de
cimas: licet determinatio quotæ, ſit humani iuris, & tenet
ſponte euagantem ſe nõ quitare, & ꝙ tenetur redicere: cum
oratio ſeu orare ſit actus mentis, non oris: & ſic non eſt ora
tio, niſi ſit actualis vel virtualis attentio. Cũ aũt dicit ꝙ te-
nemur redicere, intelligit ꝙ tenemur vel in pnĩa ſuſcipere
cõmutationẽ, quia dei vicarius põt cõmutare reſtitutionẽ
q̃ deo fieri habet: vt dicit in. v. concluſionẽ ibidẽ. Ex his oĩ-
I bus dico ꝙ ſicut de induſtria ſcienter ſcilicet horas canoni-



cas dimittens, quantumcunq; deum attenderit, mortaliter
peccat: ita de induſtria attentionem non adhibere, ſed ſcien-
ter mentem diſtrahere, quanq; vocaliter dicantur, videtur
ex gñe mortale pct̃m, cũ min9 ſit labia ſine attẽtione moue
re, q̃ attẽdere ſine vocũ exp̃ſſione. poſſunt tñ tales circũſtã
tiæ intercurrere, ꝙ non ſinãt eſſe mortale pct̃m, ꝓpter act9
modicũ & impfectũ eſſe: quẽadmodũ de fraterno odio vel
ira dicit glo. Mat. v. ſicut etiã vnũ granum à ꝓximo auferre
nõ ponit furtum mortale, nec mortale pct̃m. Or̃o integra,
ſed mortua diciẗ, q̃ neq; infecta eſt prauitate, neq; deficiens
bonitate, ſed integra moraliter in oĩ circunſtãtia reqſita: ni-
hilominus qa à charitate aut ſcd̃m eius inclinationẽ nõ eſt
elicita ab habente charitatẽ, diciẗ mortua. vnde Grego. Ni-
hil veritatis habet ramus boni oꝑis, quod nõ ꝓcedit de ra-
dice charitatis. Oratio ſana & viua diciẗ, q̃ eſt bona & in-
tegra moraliter, & p̃ter hoc à charitate ꝓfluens, vel ſcd̃m
eius inclinationẽ. Vt em̃ viuificeẗ oratio, nõ ſatis eſt eã pro-
gredi ab habẽte charitatẽ: qa vt recte deducit Scotus Qd̃li
bet. xvij. habẽs charitatẽ nõnunq; venialiter peccat: & põt
actũ elicere neq; actu neq; virtute ꝓpter finẽ vltimũ, ſcili-
cet deũ, virtualiter inquãſic ꝙ ꝓcedat cauſaliter ab actu ꝓ
pter deũ elicito. Talis aũt nõ eſt meritorius, cũ nõ ſit actus
vitæ: neq; culpabilis, cũ nullo p̃cepto teneamur oẽm actũ
nr̃m actu vel virtute ĩ deũ referre. Nõ curo aũt in p̃ſenti de
cidere an charitas debeat effectiue cõcurrere, an ſufficiat ei9
ĩclinare: q̃uo ſiccitas inclinare dr̃ ad ardere, & tñ ardorẽ effi
cere neqt. ¶ Scd̃o p̃mitto ꝙ or̃o apud deũ habet triplicem
effectũ in gñe. ſ. merẽdi, ſatiſfaciẽdi, & ĩpetrãdi. Or̃o eſt me-
ritoria: nõ ea parte qua de libero arbitrio ꝓcedit, ſicut nec
qd̃libet aliud opus: ſed ex ea qua ex dei motione ꝓcedit mo
uẽtis ꝑ gr̃am ſeu charitatẽ deiformẽ in vitã æternã: iuxta il
lud Ioã. iiij. Si qs ex aqua quã dabo &c. fiet ĩ eo fons aquæ
ſaliẽtis in vitã æternã. habet em̃ ſe gr̃a in oꝑe meritorio, ſi-
cut ſeſſor ad equum. hinc cũ dixiſſet apoſtolus: Abũdãtius
omnibus his laboraui: adiecit, Nõ ego, ſed gratia dei mecũ.
primæ ad Corin. xv. Satiſfacit oratio dum pœnam debitam

relaxat:q̄n ſcilicet cedit in ſolutū,in ſūmmæ videlicet tota
lis extinctionem vel diminutionem.Impetrat ex liberalita:
te,dum videlicet deus ſua pietate & mīa votis cōdeſcendit
amicorum.Danie.ix.Propter temetip̄m inclina de9 aurem
tuā,& exaudi.Aperi oculos tuos,& vide deſolationem no
ſtrā,& ciuitatem ſuper quā inuocatum eſt nomē tuū.neq;
em̄ in iuſtificationibus noſtris ꝓſternimus p̄ces an̄ faciem
tuam:ſed in miſerationibus tuis multis exaudi dñe.Placare
dñe,attēde & fac.⁋Differentia inter mereri & impetrare
L cōſiſtit in hoc,qa meritum innitit̄ iuſtitiæ.& nō pōt hoī
deus negare quod meruit,niſi ꝑ culpam meritum ſuū mor
tificauerit.Sed impetrare eſt liberalitatis diuinæ.ſi det, eſt
gratiæ.ſi non det,nequit argui iniuſtitiæ.Vn̄ multa impe:
trantur oratione ſine merito:vt patet de orationibus ſctō:
rū,q̄ non ſunt meritoriæ,& plurima impetrāt.Itē in oratio
ne ꝑſiſtentiū in mortali pctō,q multa impetrāt,& nihil me
rētur:vt ſtatim deducā.Eſt etiā frequēter oratio meritoria,
& nō impetrat petita.q̄ncūq; enim ex charitate ꝓcedit,eſt
meritoria:nec tamē ꝓpterea impetrat:vt patet de oratione
Pauli quo ad ſtimulum carnis auferendum.ij.ad Corin.xij.
M ⁋His p̄miſſis ꝓ rn̄ſione ad q̄ſitū pono tres concluſiones.
Prima concluſio eſt.Nulla oratio infecta prauitate,aut de:
ficiēs bonitate,eſt meritoria& ſatiſſactoria:eſt tn̄ nōnunq̄;
impetretoria,q̄nq; in malū orātis,ali q̄n in tpalē eiuſdē nō
nullā remunerationē ꝓpter bonitatē cōmixtā & obuolutā
N malitia.Scd̄a cōcluſio.Nulla oratio quātūlibet integra fue
rit,eſt meritoria aut ſatiſſactoria ſi mortua fuerit.eſt tn̄ ex
ſe impetratoria.Tertia cōcluſio.Oratio viua& ſana eſt me
ritoria,ſatiſſactoria,& impetratoria.Prima pars primę cō
O cluſionis patet:qa nullum peccatum eſt meritoriū aut ſatiſ
factorium.Impoſſibile eſt enim vt per dei offenſam aliqd
ab eo mereamur,aut pœnam debitā redimamus.Quòd ta:
men quādoq; impetrat ī malū orātis,patet.j.Regū.viij.Pe:
tēte em̄ populo vt eis cōſtitueret̄ rex ſicut cæteris nationi:
bus,ex quo dominus nō tā Samuelem quā ſe abiectū fuiſſe
dicit à pplo:cōceſſit eis domin9 regē,ſed de eius multiplici



oppreſſione clamaturi erāt ad dn̄m,& nequaq̄; exaudiendi
ab eo.Et Ariſto.inquit,Multis nō ex beneuolētia p̄ſtat de9
īgētes ꝓſperitates:ſed vt nobiliores,id eſt notabiliores fiāt
ſuæ calamitates:vt ſi quis afferat cuipiā aliquid vt dū ab:
ſtulerit doleat.ij.Rheto.de locis enthyme.Qd̄ interdū in ali:
qualē remunerationē ꝓpter bonitatē cōmixtam malitiæ in
actu,patet de pietate mētiendi qua nitebantur obſtetrices
Aegyptiorū ſaluare paruulos maſculos Hebræorū:quibus
in remunerationē ædificauit dn̄s domos.Exod.j.de quo Gre
go.Benignitatis earū merces potuit in æterna vita retribui:
ſed culpa mēdacij,terrenā remunerationē accepit.Et de amā
tibus orare in angulis platearū vt videant̄ ab hoībus:dicit̄
Matt.vj.ꝙ receperūt mercedē ſuā.Item Augu.v.de ciui.dei
ca.xij.&.xv.videt̄ voluiſſe ꝙ ea iuſtitia meruerūt Romani
imperiū à deo,quā faciebāt ꝓpter humanā laudē & gloriā
qd̄ cōſtat vtiq; turpe eſſe,& mortaliter vituperabile.Pri:
mā partē ſecundæ cōcluſionis ꝓbo,qa nihil pōt meritoriū
aut ſatiſſactoriū eſſe qd̄ non ꝓcedit ex charitate effectiuæ,
aut ſecudū eius inclinationē.Sunt em̄ in conſpectu dn̄i oēs
iuſtitiæ noſtrę quaſi pannus mēſtruatæ:qui pānus vtiq; for
didus eſt & maculatus.Niſi ergo maculas iuſtitiarū noſtra:
rū(quas obſcuritates & vmbras quidam ſicut in luna recte
dixerim)ſplēdor charitatis obtexerit,illuſtrauerit,aut depu:
lerit,nihil valēt apud dn̄m noſtræ iuſtitiæ,vt eis de prēmio
aliquid debeat̄,vel pœnā redimere poſſint.Hinc Hiere.iiij.
dicit̄:Nouare vobis nouale:& nolite ſup̄ ſpinas ſerere.q ſu:
per ſpinas ſerit,fraudat̄ fructu.exortæ em̄ ſpinæ ſimul ſuffo:
cāt ſemē.Matt.xiij.Ita niſi mentē charitate innouemus,ſpi
nas peccatorū euellentes:nihil fructus de nr̄a iuſtitia ſperan
dū eſt.Quod aūt nihilomin9 ex ſe impetrat talis oratio,quā:
uis ſit hoīs peccatoris,patet auctoritate Augu.tractantis il:
lud cæci nati Ioan.ix.Traditum ſcimus quia peccatores de9
nō audit,ſed ſi qs dei cultor eſt,& faciat eius voluntatē,hūc
exaudit deus:loquitur inquit vt inunctus,nondū ſcilicet ſpi
ritusſancti gratia illuſtratus:quia deus vtiq; peccatores hu
militer petentes audit.Item multi dicunt,Dn̄e nonne in no:

mine tuo ꝓphetauimus, & in noīe tuo dæmonia eiecimus
P & in noīe tuo virtutes multas fecim⁹: qbus cōſtebitur dn̄s,
quia nūqꝫ noui vos, diſcedite à me operarij iniquitatis &c.
vt dicit̃ Matt.vij. Et valet talis oratio ſicut cætera opa mor
tua extra charitatē facta, vt ex diuerſis paſſibus doctorū col
ligi pōt, ad ſex. Primo ad impetrandū de congruo culpæ re
miſſionē & gratiā. Luc.xviij. legimus dū publicanus ſuam
fœditatē aſpiciēs nō auderet oculos leuare in cœlū, ſed pect⁹
nodū videlicet multarū & grauiū culparū percutiēs humi
liter orauerit, Deus ꝓpitius eſto mihi peccatori &c. veniam
impetrauit. dicit em̄ ſcriptura ꝙ deſcēdit iuſtificatus in do
mū ſuā ab illo. ¶ Secundo valet ad ꝓmerendū tēporalia be
neficia. Ezec.xxix. de infidelitate regis Babylonis Nabucho
donoſor dictū legimus à dn̄o, Seruire fecit exercitū ſuū ſer
uitute magna aduerſus Tyrū. oē caput decaluatū, & oīs hu
merus depilatus eſt, & merces nō eſt reddita ei, neqꝫ exerci
tui eius de Tyro ꝓ ſeruitute qua ſeruiuit mihi aduerſus eā.
Propterea ibidē decreuit deus, Ego dabo eū in regē in terra
Aegypti &c. Hiero. Cæterum ex eo ꝙ Nabuchodonoſor
mercedē accepit boni operis, intelligimus etiam ethnicos ſi
qd boni fecerint, abſqꝫ mercede nō præteriri. & alibi idem.
Cū vides inter multa opera mala peccatorē quæqꝫ aliqua q̄
iuſta ſunt operantē: nō eſt tā iniuſtus deus vt ꝓpter multa
mala obliuiſcat̃ paucorū bonorū. de pœni. diſt.iij. ſ qñ. & fa
ciūt duo. c. ſequētia. ¶ Tertio valet ad euitandā trāſgreſſio
nē p̄cepti: vt cui iniunctū eſt à ſacerdote in pœnitentiā, vel
alias ratiōe bn̄ficij aut ordinis tenet̃ orare, licet in ſtatu cul
pæ mortalis faciat, vitat p̄cepti tranſgreſſionē, quāuis nihil
mereat̃, aut ſatiſfaciat oratiōe nō viua, ſicut q extremā neceſ
ſitatē patiēti eleemoſynā porrigit ꝓpter deū nō tñ in chari
tate. ¶ Quarto valet ad reſiſtendū inclinationi peccati ſeu
culpæ: ne videlicet ſuo pōdere ad aliud trahat ſeu p̄mat. Eſt
em̄ pctm̄ ſecundū Altiſ. ſimile morbo qui apud medicos lu
pus dicit̃: cuius vim niſi per gallinā aut ſimile qd reſtrinxe
ris circūligatum, totū corpus conſumit. ita niſi peccati radi
cem vera pœnitētia excideris, aut vim eius aut depreſſionē



opere bono reſtrinxeris, qd̄ vt baculus contra onus peccati
animā deprimētis ſuſtinet computreſcens: alias in aīa corru
ptiones facit & cōcitat. Putruerūt (inquit ꝓpheta) & corru
ptę ſunt cicatrices meæ à facie inſipientię meę. Inſipiētiæ in
quā neqꝫ curātis, neqꝫ vim peccati reſtringentis: putruerūt
& corruptę ſunt cicatrices, reliqæ ſcilicet peccatorū. de hac
reſtrictione illud Sapiētis ꝓcedit. Ignē ardētē extīguit aqua,
& eleemoſyna reſiſtit peccato. Eccl.iij. ¶ Quīto ad habitua
tionē in ope bono. Aſſuetus em̄ operari iuxta cōſuetudinis
impulſum, poſt operabit̃ ex charitate q prius cōſueuit ſine
charitate operari. Huius ſimile habemus de operibus ſerui
lis timoris q̄uo introducunt charitatē vt ſeta filum: & facit Q
poſt aſſuefactionē ex amore homo qd̄ prius ex timore. xxiij.
q.vj. c. fi. ¶ Sexto valet ad ꝓmerendū vel īpetrandū interceſ
ſionē multorū ſanctorū. Cū em̄ bn̄ficia nō re ipa ſed affectu
pēſari debeāt: qui ꝓ animabus purgādis orationē fuderit, li
cet ꝓpter ſtatū orātis via ſatiſfactionis nihil eis profuerit,
& de liberalitate & miſericordia exaudita nō fuerit: obligat
nihilominus animas purgandas ac antidora, id eſt redditio
nē gratitudinis, vt videlicet cum iam purgatæ apud deū re
ceptæ fuerint in æterna beatitudine, ꝓ eis orēt qui hic in ter
ris ſua oratiōe eis curauerit ꝓdeſſe. Exiſtimo etiā ꝙ oratio
peccatorū ꝑ viā gratiæ ſæpe impetrat purgatoriæ pœnę re
laxationē, ſicut oratio ſanctorū etiā ꝑ viā gratię ſępe īpetrat
remiſſionē pœnę purgatorij quā via ſatiſfactionis abſterge
re nō poſſit. ¶ Obijcies fortaſſe cōtra primā ꝑtē huius cō
cluſionis, dicit Aug. lib. de pœnitentia, ꝙ opus extra charita
tē factū licet nihil ꝓdeſt ad vitā ęternā obtinendā, vtiqꝫ tñ
valet ad minus ſuppliciū ſubeūdū: quēadmodū exēplificat
de eo qui ob cōfeſſionē nominis Chriſti dira tormēta patit̃,
& ipſam mortē &c. q̄ oīa Chriſtū negando aut nō cōfiten
do euadere potuiſſet. Cū ergo nihil minuat pœnā niſi opus
ſatiſfactoriū, videt̃ ꝙ extra charitatem qs ſatiſfacere poſſet.
Rn̄deo ꝙ aliqd dicit̃ minuere pœnā dupliciter: ereptiue, &
p̄ſeruatiue. Ereptiue, cū pœna prius fuerit debita, & ex ſolu
tiōe æquiualētis remittit̃. Pręſeruatiuę, cū alias pœnā maio

rem incurreret.& hoc nullam arguit ſatiſfactionem,imò ad
ꝓpoſitum authoritatis inductæ pctm̄ ſic minuit pœnã Eſt
enim caſus Aug.vbi timore gehẽnæ & æterni ignis in pſe-
cutione confitet̃ nomẽ Chriſti:q̃ tñ cõfeſſio vitioſa eſt,iux
ta regulã iuris,q ex timore facit &c.&.xij.q.vj.c.fi.Nec ob
ſtat ꝙ dicit nõ vituperandã imò laudãdã eſſe illã patiẽtiã:
qa intelligit nõ vituperandã eſſe,ſed laudãdã reſpectiue ad
negationẽ vel non confeſſionẽ nois Chriſti in tali pſecutio
ne.ſic minꝰ malum laudabile eſt reſpectu & in cõparatione
ad maius malũ.Ex his dico ꝙ verbũ Apo.j.ad Corint.xiij.
Si tradidero corpus meũ &c.ꝓcedit non ſolũ p viã meriti
ex iuſtitia,ſed p viã ſatiſfactionis.neq; verbũ Aug.inductũ
ꝓbat aliqd contra hoc,vt deduxi:ꝓdeſt tñ opus tale meri-
to congrui ad multa,& forte põt hõ tali ope impetrare per
viã gratiæ relaxationẽ pœnæ debitæ ꝓ pctõ prius dimiſſo.
Prima pars.iij.cõcluſionis patet:quia omne opus ex chari
tate procedẽs eſt meritoriũ,ergo omnis viua & integra ora
tio &c.Quòd etiam ſit ſatiſfactoria,patet,quia omne opus
pœnale ex charitate procedẽs eſt ſatiſfactoriũ.Cuius ſimile
dat Altiſ.quarta parte ſummæ tractãs de ſatiſfactione:ſicut
lixiuiũ immũditias ſeu ſordes capitis abſtergit,nõ quia li-
xiuium,quia frigidũ exiſtẽs non facit:nec quia calidum,qa
aqua calida non facit:ſed qa lixiuiũ calidũ:ita opus pœnale
ex charitate ꝓcedens.& intelligo pœnale nõ quia doloro-
ſum & triſte ſolũ,ſed qa difficile.& ergo opinor dilectionẽ
S dei ſup oĩa,cũ ſit opus maxime arduũ,& omni naturæ cor
ruptæ ſumme difficile,vt eſt cęteris magis meritoria:ita oĩ
bus eſſe magis ſatiſfactoriã.Includit enim illa dilectio pro-
priæ voluntatis abnegationẽ ſaltẽ ſecundum animi præpa-
rationem:quod abſq; dubio eſt ex genere operis difficilius
multo q̃ corporis ſubire tormentũ.ſed oratio viua & inte
gra eſt opus pœnale charitate formatũ,quod pœnam cor-
poris cõmixtam habet.dicit̃ enim Eccleſiaſtes.xij.Frequẽs
meditatio,carnis eſt afflictio.Item Eccli.xxxj.Vigilia hone-
ſtatis tabefaciet carnes:& cogitatus illius auferet ſomnum.
Ex ſe etiam difficile eſt debitam humilitatem orãdi ſubire:
qua



quã.ſ.ſecundũ animi pręparationẽ cõtenti ſumus in petitis &
deſideratis per nos cedere diuinæ diſpoſitioni,& eius ſanctiſ
ſimæ voluntati.Qđ etiã ſit impetratoria,patet Mat.vij.Pe-
tite,& & accipietis;quærite,& inuenietis:pulſate,& aperie
tur vobis.Itẽ.j.Ioan.vlt.Et hæc eſt fiducia quã habemus ad
deũ,qa quodcunq; petierimus ſecundũ voluntatẽ eius,audit
nos:& ſcimus quia audit nos quodcunq; petierimus. glo.in-
terlinc.Non tantum in futuro ſperare debetis ex fide Chri-
ſti,ſed etiam in hac vita eſt fiducia ꝙ impetrabimus qc-
quid ſalubriter petierimus.Dicit notanter Apl's.ſecundum
eius voluntatẽ:glo.vt qđ velit rogemus,vel quales nos eſſe
deſiderat,ad rogandũ veniamus.Lyra exponit ſecundũ vo-
lũtatẽ beneplaciti.& verũ eſt ꝙ quicquid aliter petierimꝰ,
nunq; impetrabimus.Hinc ſi volũtas noſtra per ignorãtiã
à voluntate dei recedit,bona volũtas dei noſtrã ſtultã corri
git:vt apoſtolo contigit.hæc glo.Itẽ p̃dicto paſſu canonicę
Ioan.ſtultã,id eſt minus prouidã quo ad rem petitã in ſe,nõ
dubiũ aũt quin pleniſſime ſeſe diuinæ diſpoſitioni cõmiſe-
rit.paratus amplecti quicquid ipe decreuerit.Et ne exiſtime
mus pro magno exaudiri ad noſtrã voluntatẽ,ſemp in men
te habemus qđ inquit Aug.deũ iratũ concedere quæ pro-
pitius vtiq; negaret.Petit diabolꝰ Iob tentãdũ:& datus eſt
ſibi,vt ille eſſet ꝓbatus,& diabolus cõfuſus.Securus ſit q-
libet,roget charitas,& ibi ſunt aures.ſi nõ fit qđ vis:fit qđ
expedit tibi.¶ Ad ratiões ante oppoſitũ. Ad primã rñdeo,
nõ exponimus orãdo deſideria noſtra deo,p̃ſumentes ꝙ eũ
lateãt anteq̃ ei indicemꝰ:ſed vt humilitate petẽdi exerceamꝰ
noſtram deuotionem,vt digni fiamus quorũ deſideria com
pleant̃.Ethnici verò vel putãt deos ſuos deſideria ſua latere
vel ſermonis ornatu aut multitudine poſſe flecti. Vñ quia
Saluator nõ ꝓhibuit orãdo loqui,ſed multa loqui, ex ipſo
loqui ſeu exponere deſideria noſtra non põt argui ꝙ p̃ſu-
mimus ipſum antea latuiſſe,cũ tãtum pro noſtro exercitio
adhibetur.Sed multa loquendo videmur præſumere ſeu p̃-
tendere ꝙ multa informatione egeat ad rem plene intelli-
gendam:quomodo Ethnici &c.¶ Ad ſecundum nego cõ-

ſequentiã:& ad probationẽ nego aſſumptũ,quia ſicut finẽ ab æterno p̃ſtitit:ita etiã æternaliter de medijs diſpoſuit:ita ꝙ vbi media interuentura nõ eſſent,nec finis eſſet vẽturus. xxiij.q.iiij.obtineri,ſic æternaliter decreuit Iudæ pœnã æternam ignis inferre,ſed non niſi p̃cedentibus ſuis malis meritis.Et cũ infertur:Et erit in noſtra poteſtate impedire quo minus æternũ dei decretũ mandeẽ executiõi,non valet conſequentia.ſupponiẽ enim decretũ finis ſtare ſublatis medijs ſine quibus nõ ſtat:ſed ſequiẽ ꝙ ergo in poteſtate eſt noſtra aliquid facere vel aliqualiter nos habere quo exiſtẽte deus nunꝗ̃ decreuiſſet iſtud nobis facere vel inferre. Vnde in oĩ cõſequentia neceſſaria ſublato cõſequente oportet auferre etiã & ablatũ eſſe antecedẽs.Quia ergo dum precibus ſum aliquid a deo obtenturus,& non alias:hæc eſt bona conſequentia,hoc impetrabo à deo,ergo ꝓ illo orabo:vel melius, deus decreuit mihi hoc dare medio orationis meæ,ergo orabo.Qui ergo voluerit cõſequens in eo ꝙ cõtingens auferre, debet ſimul ponere antecedẽs non eſſe ſimiliter eſt in oĩbus vbi ex diuina præſcientia aliquid infert:vt præſcit deus Antichriſtũ eſſe peccaturũ,ergo Antichriſtus peccabit &c.Qđ Additur in cõfirmatione de verbo Samuelis primi Regum.
T xv.dicẽdũ ꝙ dupliciter decreuit deus aliqua in futurũ dare aut inferre.Primo ſecundũ exigentiã meritorum quæ nunc ſunt:ſiue(vt Ambro.loquiẽ)ſecundũ p̃ſentem iuſtitiã,q̃uo dicitur prędeſtinatis dũ in mortali pc̃tõ ſunt,velle æternam damnationẽ:& hanc ſententiã mutat ſine ſui mutatione,ſecundũ ꝙ noſtra diſpoſitio meritorũ immutaẽ.Hierẽ.xvj. Noli ſubtrahere verbũ,ſi forte audiãt & cõuertatur vnuſquiſque a via ſua mala:& pœniteat me mali quod cogito facere eis propter malitiam ſtudiorum ſuorum gloſ.interli. Et pœnitentibus & mutatis ipſe pœnitens mutat ſententiã. Hoc voluit Gregorius cum inquit:Nouit deus mutare ſententiam,ſi tu noueris corrigere delictum. Hierẽ.xviij.& cap.commutabilis.xxij.quæſtio.iiij.Alio modo decreuit aliquid abſolute:& certe illam ſententiam mutare non poſſet ſine ſui mutatione.de hac dicit Gregorius : Cum ſuperna



indignatio ſeſe(vt ita dixeri)medullitus mouet, hãc opinionẽ: oppoſitio humana nõ remouet:nec ſe cuiuſlibet vtiliter deprecatio obijcit,cũ deus ſemel aliq̃d ab intimis iraſcendo diſpoſuit:vt deducit in Moyſe.xxiij. q.iiij. Nabuchodonoſor.& de tali ſentẽtia loquutus eſt Samuel primi Regũ. xv. ꝙ videlicet deus nõ parcet &c.Quicquid aũt precibus obtinemus,ſemp eſt cõformiter ad tale abſolutũ decretũ,nunquã contra.¶ Ad tertiũ dico,Ad recte orãdũ oportet actu V
vel virtute implicare in oratione cõditionẽ diuini bñplaciti:& nos quo ad animi præparationẽ cõmittere diuinæ diſpoſitioni,& velle cedere eius ſanctiſſimæ voluntati:niſi p̃cepti neceſſitas cogat abſolute aliquid petere.Quod dico ꝓpter peccata futura forſan etiã reuelata: vt Petro de futura negatione ſua accidit.Hanc conditionem propheta Dauid ſuis iniunxit deſiderijs.ij.Regum.xv . Si inuenero gratiam in oculis domini,reducet me:& oſtẽdet mihi eam,& tabernaculum ſuum.ſi aũt dixerit mihi,non places:paratus ſum: faciat quod bonum eſt coram ſe.Dico igitur quòd regulariter petimus vt quod decreuit & prædiſpoſuit faciat.Et ad improbationem cum dicitur,neceſſariũ eſt vt ſi prædiſpoſuit,faciat:& fruſtra funduntur præces pro re neceſſaria,& quæ aliter ſe habere non poteſt:reſpondeo:licet illa cõditionalis ſit neceſſaria : ipſum tamen conſequens,videlicet deus eſt hoc facturus,manet contingens,imò & hoc totum:deus quod prædiſpoſuit faciet.poteſt enim nihil prædiſpoſuiſſe, male ergo infertur in argumento,neceſſariũ eſt ſi prædiſpoſuit vt faciat:ergo qui orat deum in certa materia ſeu negocio vt id faciat quod diſponit,petit rem neceſſariam: vt patet ex deductis.Sed dices,ſtatim dixiſti conditionem implicari,vel explicite debere adiungi.ſi deus vult. orat ergo homo vt fiat ſi deus vult. & hoc petitum eſt neceſſarium. Reſpondeo.illa petitio non eſt pars rei petitæ , vt ſupponit argumentum : ſed modificat actum orandi ſeu deſiderandi: vt ſenſus ſit:oro ſi deus vult vt hoc faciat.ſub ea conditiõe ſi deus vult oro,& non aliàs, vt hoc faciat:ita ꝙ ipſum orare ſit cõditionatum,non res petita: ſicut condi

tionantur actus donādi vel contrahendi quando do vel cō
traho ſi parentibus placet. Et tantum de prima parte.

SECVNDO ingrediēdū eſt an oratio vnius
poſſit alteri ꝓdeſſe. Et prius ꝙ decidā qſitū, in-
ducā ea ꝑpter q̄ videt̄ orationis virtus ad aliū
deriuari nō poſſe. Valde em̄ bonū eſt ſecundū
Aug. de doctrina chriſtiana, vt qcqd cōtradici
pōt, ſi occurrerit refutet̄: ne ibi occurrat vbi nō erit q̄ reſpō
deat, aut p̄ſenti quidē & tacenti occurrat, & minus ſanatus
abſcedat. Primo ſup illud Hiere. vij. Tu ergo noli orare pro
populo hoc, & nō aſſumas ꝓ eis laudē & orationē: qa non
exaudiā eos in die clamoris ad me in tēpore afflictiōis. Hie
rony. ſup illo verbo laudē, vt laudādo, inquit, nitaris muta
re ſnīam. etſi em̄ hoc feceris, nō exaudiā eos, q me neceſſita-
tis tēpore rogare cogunt. Ex quibus diſcimus fruſtra roga-
re aliquē pro aliquo, cū ille nō mereat̄ accipere ꝓ quo rogat̄
deus. Hęc Hiero. & Matt. x. Intrātes domū dicite, Pax huic
domui: & ſi quidē fuerit domus ila digna, veniet pax veſtra
ſuper eā. ſi autē non fuerit digna, reuertet̄ pax veſtra ad vos.
Ex quibus videnē duo ſequi. Primū, ꝙ nunꝙ oratio ꝓficit
alteri qui eſt in mortali peccato: quia indignus eſt etiā pec-
cator ſecundū Aug. pane quo veſcitur, nec meretur quicꝗ
accipere à domino. ſecundum, ꝙ nunꝙ accipit per oratio-
nē alterius qđ ſine ea accepturus nō erat: patet: quia nō acci
pit &c. niſi dum meretur: ſed merito proprio non negatur
merces, quāꝗ nullæ interceſſerint aliorum preces. ergo &c.
Secundo ſic, quicunꝗ orauerit ex charitate, deus abunde
eum munerat pro omni ſuo merito. ergo nihil meriti vel iu-
ris ad mercedem pro illo actu poteſt ad alium deriuari, aut
in ipſum quouis modo transferri. Antecedēs patet: quia tri
buit operanti pro quolibet ſuo opere ex charite elicito vi-
tam æternam, quæ incomparabiliter excedit omnem vim
meriti. Et confirmatur: quia ſecundum apoſtolum. ij. ad Co
rin. v. omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti:
vt referat vnuſquiſꝗ propria corporis prout geſſit ſiue bo-
num ſiue malum, & Apocalyp. xiiij. Opera illorum ſequun-



tur illos. ergo nulla poteſt confidentia eſſe de operibus alie-
nis, niſi ipſe meruerit. & ſic nihil ꝓdeſſe videtur homini alie
na oratio, & ergo ſapiētium virginū ſententia fuit non cōmu
nicare virginibus fatuis de oleo ſuorū bonorū operū. aiebāt
enim, Ne forte nō ſufficiat nobis & vobis, ite potius ad ven
dentes, & emite vobis. Matthæi. xxv. Deciſio huius articuli
patebit ex tribus cōcluſionibus. Prima eſt. Nihil poſſumus
alteri mereri de condigno. Secunda eſt. Oratione poſſumus
alteri de cōgruo mereri & impetrare nō ſolū tēporalia bene-
ficia, ſed primā gratiam & vitā æternā. Tertia eſt, Oratione A
poſſumus ad rigorē iuſtitiæ pro alio ſatisfacere, ſed hoc ſo-
lum pro exiſtēte in charitate, & cū oratio ꝓceſſerit ex chari-
tate. Prima cōcluſio patet: quia meritū cōdigni, & cui ex de
bito iuſtitiæ debetur merces, nō excedit ꝑſonam merētis, &
motionē dei qua ꝑ aquā vitæ mouet operātem deus in vitā
æternā. quo ad hoc enim iuſtitia iuſti ſuper eum, & impietas
impij ſuper impiū. Ezech. xviij. & vt homini nō nocet patris
impietas, ita nequit iuſtitia ꝓdeſſe: & cū nos nihil &c. intel-
ligo de puris hominibus. ita ly nos nō cōplectitur dei filium
deū & hominē, cuius propriū eſt eſſe auctorē ſalutis multo-
rum, & multos filios adducere in ſalutē. ad Heb. ij. ¶ Secun-
da cōcluſio patet quo ad tēporalia beneficia: quia Sodomi-
tis ſummis peccatoribus pepercisset dominus ſi vel decē iu-
ſti inter eos inueniri potuiſſent. quod tractās Ambro. libro B
de Abrahā patriarcha. c. vj. inquit, Hic diſcamus quātus ami
cus ſit patriæ vir iuſtus, & quēadmodū non debemus inui-
dere ſanctis neꝗ temere derogare. illorū etenim nos fides ſal-
uat, illorū iuſtitia ab excidio defendit. Item Gene. xix. Recor
datus eſt dominus Abrahā, & liberauit Loth. Itē Exo. xvij.
quandiu manus leuabat Moyſes, vincebat Iſraël: quoties ve
rò remittebat, vincebat Amalech. item Exodi. xxxij. tanto
erat ſuccenſus furore dominus, vt Moyſi diceret, Dimitte
me vt iraſcatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciāꝗ
te in gentem magnam &c. Nihilominus interceſsione Moy
ſi placatus eſt. itē Pſalmo cēteſimoquinto, Et dixit vt diſper
deret eos, ſi non Moyſes electus eius ſtetiſſet in confractione

In conſpectu eius vt auerteret iram eius.& quemadmodũ
ad pces ſctõrum ſiue hic degentium ſiue in vita btã tpalem
pœnam & afflictionem remittit,non minus credo eorũ pci=
bus gehennalẽ pœnam viuis aut defunctis remitti,qbus p
viã ſatiſfactionis minime ꝓfuerit.De prima gratia & vita
æterna patet Mat.ix.ſup verbo.Videns Ieſus fidẽ illorum,
dixit paralytico:Confide fili:remittuntur tibi pctã tua.dicit
Gregorius.Quantum valet apud deum fides propria,apud
quem tantum valuit fides aliena,vt intus & extra ſanaret
hoĩem.Item Amb.tractans illud.j.ad Timo.iiij.Corporalis
exercitatio ad modicum vtilis eſt,pietas ad omnia valet,
ꝓmiſſionem habens vitæ q̃ nunc eſt,& futuræ.Si qs ergo
(inquit) quia mia magna res eſt,lubricum tamen carnis pa
tiatur,vapulabit,ſed non peribit.ſi aũt ſolum exercitiũ cor
porale habuerit,perennes pœnas patieť.Ex quo verbo ſub=
iecto patet eũ loqui de lubrico mortali.Et fundari videtur
in verbo Saluatoris Lucæ.xvj.Facitè vobis amicos de mã
mona iniquitatis:vt cum defeceritis,recipiant vos in æter=
na tabernacula &c.Deficere in ꝓpoſito Saluatoris nõ aliud
videtur eſſe quàm à charitate excidere,non ꝙ neceſſarium
ſit eum qui eleemoſynis ſe dederit,precibus & opa ſaluari
pauperum ſanctorũ,ſed quia congruum valde.Et frequen=
ter deus ſanctorum votis inclinatus,reducit tales ad cor,&
ad veram pœnitentiam.Et ſic intelligendum eſt verbũ glo.
ad Rom.xv.in verbo adiuuari,circa finem ca.ꝙ impoſſibi
le eſt ꝙ multorum preces non impetrent.item.ij.ad Corin.
viij.Vt eorum abundantia ſpiritualis intelligentiæ,veſtræ
inopiæ ſit ſupplementum,& fiat æqualitas:ſicut ſcriptum
eſt:Qui multum,non abundauit:& qui modicum,non mi=
norauit &c.Item primæ Ioan.v.Qui ſcit fratrẽ ſuum pec=
care peccatum non ad mortem,petat,& dabitur ei vita pec
canti peccatum nõ ad mortem.& Iacobi quinto.Et oratio
fidei ſaluabit infirmum,& alleuiabit eum dominus &c.

C ℭ Tertia concluſio quo ad primam partem patet:quia o=
mne opus pœnale ſiue difficile ex charitate procedens, eſt
ſatiſfactorium.Dico notanter ſiue difficile:quia non opor=



et opus eſſe cum dolore vel triſtitia vt ſit ſatiſfactorium:
ſed ſatis eſt ſi in ſe fuerit difficile & arduũ. Cũ em̃ abnegare
ſemetipſum,& renunciare ꝓpriæ volũtati,ſubmittẽdo ſe di
uinæ diſpoſitoni(qđ in oratione quantũ ad animi præpara
tionẽ regulariter ſaltẽ requiritur)ſit valde arduũ, & diffici=
lius quã pœnam magnã ſubire:credo ipſum plus habere de
ratione ſatiſfactorij,& dilectiõe dei ſup omnia hominẽ mul
tum ſatiſfacere:quõ ꝓcedere videtur verbũ Saluatoris Lu=
cæ.vij.Dimiſſa ſunt ei pctã multa, qm̃ dilexit multũ.quãq̃
nonnullis rationabiliter videri poſſet verbũ illud ꝓcedere
quo ad culpæ dimiſſionẽ,nõ quo ad pœnæ pſolutionẽ, & ſi
magnã partẽ pœnæ etiã temporalis impetrauerit ex dei mi=
ſericordia ſibi relaxari:Sed cum opus ex ſuo genere ſit arduũ
& difficultatẽ maximam habens: probabilius videtur qđ
vt tale vim habeat ſatiſfaciendi,ergo oratio &c. Etiam ora
tio connexam & commixtam habet pœnam corporalẽ.fre=
quens enim meditatio,carnis eſt afflictio. Eccleſiaſtes duo=
decimo.itẽ Eccleſiaſtici.xxxj. Vigilia honeſtatis tabefaciet
carnes:& cogitatus illius auferet ſomnum. Etiam plus con
ſumit hominem intenſa ſpeculatio , & vehemens mentis
applicatio ad meditandũ deũ,aut rem aliam quã forte cor=
porale exercitiũ.Quòd ergo põt quis oratione ꝓ alio ſatiſ=
fecere,patet:quia põt vim ſatiſfactiõis de ſuo opere totali=
ter vel partim(vt voluerit)ad aliũ transferre ſiue tranſpor=
tare,adeò vt illo opere nihil pœnæ per ſemetipſum debitæ D
redimat.licet em̃ mereri nemo poſſit alteri quin etiã ſibi me
reatur:põt tamen ſatiſfacere pro altero,& non pro ſe.Sed ꝙ
ſoli habenti charitatem poſſit cedere in ſolutũ,patet primo
quia extra charitatem nihil proficere poſſet operanti. pri=
mæ ad Corinthios decimotertio : Si diſtribuero omnes fa=
cultates meas in cibos pauperum:& tradidero corpus meũ
ita vt ardeam : charitatem autem non habeam : nihil mihi
prodeſt.Et hæc latius ſupra deduxi.ergo minus valere poſ=
ſet alteri ſi non fuerit in charitate..Item ſuper verbo apo=
ſtoli primæ ad Theſſalonic.iiij.Nolumus vos ignorare de
dormientibus &c.dicit Auguſtinus, Orationes eccleſiæ,ſa=

crificia altaris,& eleemoſynas nõ eſt dubitãdũ prodeſſe defunctis,ſed talibus qui ita vixerũt ante mortẽ,vt poſſent eis vtilia hæc eſſe poſt mortẽ.Nã qui ſine fide per dilectionem operãte,eiuſq; ſacramẽtis de corpore exierunt:fruſtra illis à ſuis hmõi pietatis impendunt officia,cuius dũ hic eſſent pignore caruerũt.Item Greg.Cõgruit vt ſacerdos ꝓ mortuis catholicis memoriã faciat & intercedat:nõ tñ ꝓ impijs quãuis chriſtiani fuerint,tale aliquid facere licebit.xiij.q.ij.pro obeuntibus.ꝓ eodẽ.c.placuit.xxiij.q.v.&.c.audimus.de reliquijs & venera.ſanctorũ.ſed vbi poſſumus ꝓdeſſe,nequaq̃; prohibitũ eſſet ꝓ illis orare:ergo. ℭ Obijcies fortaſſe de c.tẽpus qđ inter.xiij.q.ij.Quibus ꝓſunt,ſcilicet ſacrificia altaris & eleemoſynæ & hmõi &c.ad hoc ꝓſunt vt ſit plena dimiſſio,aut certe vt tolerabilior fiat ipſa dãnatio.ſed dãnati oĩno expertes ſunt charitatis:ergo &c.Præterea niſi ſic:in verbis Aug.nõ reperies quatuor diſtincta mẽbra,ſed coincidere debebũt mediocriter boni cũ mediocriter malis,qđ videtur impoſſibile,cũ ſequatꝰ,iſte eſt mediocriter bonus:ergo eſt bonus:& ſimiliter iſte eſt mediocriter malus,ergo eſt malus.Eundẽ aũt ſimul bonũ & malũ eſſe eſt impoſſibile. Propter qđ tanq̃ Achilẽ & inſolubile mediũ Hoſtieñ.damnat opinionẽ theologorũ tanq̃ capitaneam,& de ſuo ſenſu præſumptã,imò dicit eã vicinã hæreſi,cũ implicet eundem bonum & malũ eſſe.Reſpõdeo ad primũ:damnatio nõ eſt ibi idem quod pœna æterna,quomodo cõmunius ſumitur: ſed capitur pro addictione vel deputatione ad pœnam . illo modo in euange.legimus q; Iudas vidẽs quia Ieſus damnatus eſſet &c. Et latro inquit latroni ,Neq; tu times deum, qui in eadẽ dãnatiõe es.Iam certũ eſt q; illa pœnæ aſſcriptio aliqñ tota remittitꝰ,interdũ vero mitigatꝰ,ſed nõ tota abſorbetur,& fit tolerabilior damnatio.ℭ Ad ſecundũ admitto q; Auguſt.ſolũ voluerit tria membra diſtinguere,& appellauit eoſdem mediocriter bonos,quos mediocriter malos: & ergo repetendo dicit:Pro valde bonis gratiarũ actiones ſunt pro non valde malis propitiationes ſunt,pro valde malis etſi nulla ſint adiumenta mortuorum,tñ viuorum conſolationes ſunt.Et ad ꝓbationem dico q; licet idẽ nequeat ſimul bonꝰ & malus eſſe bonitate & malitia cõtrarijs,vtiq; tamen põt bonus eſſe ab habitu charitatis,vel etiã ab actu meritorio vitæ æternæ:& tamen malus eſſe ab aliquo actu cõpoſſibili q eſt venialis culpæ.Etiã ſufficit q; poſſit ſimul malus eſſe malitia addictionis ſeu aſſcriptionis ad pœnam, qa ille ad ꝓpoſitũ Aug.eget ꝓpitiatione.& ergo Archi.recte in dicto cap.tp̃s.dicit opinionẽ theologorũ celebriorem eſſe & veriorẽ,& eã ſeqtur.nec quẽquam mouere debet q; Hoſt.ſe recognouerit inſufficientẽ ad huius difficultatis deciſionẽ in comparatione Inno.tertij,qui cum tantus fuerit, adhuc ſine diffinitione trãſijt ſub dubio in cap.cũ Marthę. de celeb.miſſa.in fi.qa reſpiciẽti caudã illius.c.cũ Marthæ. manifeſte patet q; Innoc.reliquit archidiacono Lugduñẽſi inueſtigandum an illa diſtinctio de valde bonis,& de valde malis,mediocriter bonis,& mediocriter malis,locũ habeat in illo articulo quẽ p̃miſit,q; plerieq; reputant non indignũ ſctõrum gloriam vſq; ad iudicium augmentari:& ita eccleſiam poſſe ſane augmentũ glorificationis eorũ optare:quãquam ſcripturæ auctoritas dicit,Iniuriã facit martyri &c. Ad illius aũt articuli deciſionem ſeruiret ponendo duo mẽbra ꝓ iam btis:puta valde boni,ꝓ qbus oblationes & nr̃a officia ſunt ſolũ grãrum actiones:mediocriter boni,pro qbus eſſent adhuc expiationes.Et cũ valde malis nõ proſint, poſt q mẽbra ſolũ relinquũtꝰ mediocriter mali:oportet hoc mẽbro purgãdos non dãnatos contineri. An aũt pro dãnatis ꝑpetuo,duo membra ſeruire debeant,nullo modo eſt ad propoſitum Innocentij,neq; ſeruiret quouis modo ad illius articuli deciſionem.ℭ Ad rõnes ante oppoſitas.Ad primã de illo verbo Hier.dicit dominus Guillelmus Pariſieñ.tractatu ſuo quem edidit de merito,hoc procedere in illo qui non deſiderat vt exaudiantur orantes pro eo:addit:non tamen eſt hoc generale,quoniam pro tali qui etiam prohibebat ne pro eo orarẽt,& qui dicebat ſe nolle illo modo obtinere gratiam pœnitentiæ vel reuerſionis,eo inuito & renitente orationem fudit pro eo ſanctus Stephanus inſtitutor

grãdemontenſis ordinis cũ ſuo conuentu,& exauditus fuit.
Cũ enim pro illo oraſſent,venit ad illos homo ille nuncians
quomodo mutatus eſſet,& faciẽs cõfeſsionẽ de peccatis cũ
multa deuotione & lachrymis pœnitentiã egit.Ego aliter&
facilius reſpõdeo ꝙ Hiero.loquitur de his in quos eſt iam cõ
ſummata diuina ſentẽtia,quibus iã ob peccati mala merita
decreuit vltrà nõ miſereri:vt patet ex his quæ pręmittit.Vn
de ꝓ tali fruſtra oratur,qui meretur nõ accipere:vt negatio
in verbis Hier.determinet accipere,& nõ verbũ meretur.In=
tendit enim fruſtra pro illo rogari qui meretur nõ accipere,
id eſt cõtrariè indignus eſt vt capiat,& dũ deus iuxta meri
ti qualitatẽ ſemel ei decreuerit cõpenſare.Et ſimiliter intelli=
gendum eſt verbum Saluatoris Matthęi.x.Si domus digna
non fuerit &c. Per contrariã indignitatẽ,& quã decreuerit
deus pro tunc nõ auferre,ſed iuxta meriti proportionem &
exigẽtiam retribuere.Non enim ſufficiẽs cauſa eſt quare nõ
debeamus exaudiri ꝓ aliquo,quia ille priuatus eſt dignitate
ſeu nõ habet dignitatẽ obtinẽdi:(ſic enim peccator nihil poſ
ſet vnquã à domino impetrare,quod falſiſsimũ eſt)ſed cum
indignus eſt cõtrariè,& dei ſentẽtia fuerit iuxta meriti exi=
gentiã &c. Et ex hoc patet quid ſit de vtroq; conſequente
in prima ratione illato.¶Ad ſecũdum nego cõſequẽtiam.
Et eſt ratio, qa licet nihil poſſet deriuari ad aliũ ex alterius
merito per viã ſtrictę iuſtitiæ & debiti,vtiq; tñ per viã libe
ralitatis, gratiæ,ſeu cõgruitatis.Cõgruit enim & decet diui
nãmaieſtatẽ & immẽſam liberalitatẽ ſuã vt votis amicorũ
& qui eum diligunt,cõdeſcẽdat,nihilominus eoſdẽ pro ope
re bono remunerãdo.¶Et ad confirmationẽ ex apoſtolo.ij.
ad Corinthios.iiij. & Apoca.xiiij.dico duo.Primum, ꝙ re=
tributio vitæ vel damnationis æternę ſit ſecundũ ꝙ homo
geſsit,id eſt ſe habet in corpore ſiue in vita adhuc mortali,
vt vult ſcriptura inducta.nihilominus in vita pſenti ob me=
ritum vel preces vnius bene datur alteri gratia cõuerſionis:
vel aliud donum.Secundum,ꝙ poſt hanc vitam ſit homini
prout geſsit in corpore,retributio:ſed non ſolũ ꝓ eo quod
ipſemet egit in corpore, ſatis eſt ꝙ viuens fuerit in chari=



tate,& meruit vel geſſit vel ſe habuit in corpe:vt vult Au=
gu.exponens ꝙ ei poſſint aliorũ pręces & facta etiã ꝓdeſſe.
Qđ aũt inducit de ſnia ſapientiũ virginũ,dico ꝙ meritũ vi
tę ęternę quo ad vim condignitatis qua ſibi ex iuſtitia rñdet
vita ęterna,nõ poteſt in aliũ tranſportari ſeu trãſferri,ſed ꝑ
viã gratiæ & cõgruitatis vtiq; poteſt alteri ad gratiã & vi=
tã æternã ex cõſequenti obtinendã prodeſſe:ſed hoc ſolũ ꝓ
tẽpore vitæ,nõ poſt mortẽ.Sententia autem virginũ proce
dit pro tẽpore finalis iudicij poſt ſomnũ mortis:vt patet ex
decurſu textus.Tũc,inquit, ſimile erit regnũ cœlorum &c.
Tunc,ſcilicet in die iudicij de quo pmiſerat ſententiã præ=
cedente cap.Etiã oleũ gratiæ non infundit ad merita aliorũ
niſi ꝑ cõtritionẽ & vigilẽ cooperationẽ gratificã.Vbi ergo
pro tempore vię voluerimus ſententiam virginũ intelligere
interpretandã,oleũ vnius alteri nõ poteſt ſufficere: niſi ille
cooperet,& hoc feruide.Fatuę autẽ virgines deſidioſe quæ=
ſiuiſſe intelligunt.quoniã diligenter quęrẽdo iã emitur, imò
& emptum eſt oleum.Et ſic de ſecundo articulo.

TERTIO reſtat inqrere an oratio fuſa ꝓ mul
tis,minus proſit ſingulis ꝙ̃ ſi pro vno tm̃ fun=
deret.Et fuit opinio domini Prępoſitiui valen
tis theologi ꝙ nõ minus ꝓdeſt cuiquã eorũ,ꝙ̃
ſi ꝓ vno ſolo fieret principaliter,ex tribus.Pri
mũ qa bonũ ſpirituale ꝓportionat ſpũi.ſed ſpũs totus non
ꝑ partes cõmunicat.non eñ minus habet caput de aĩa quia A
etiã eſt ĩ pede.ergo ſimiliter bonũ ſpũale &c.Secũdum,quia
licet teda incẽdatur principi,aut ꝓ eo lectio fiat:tñ alij ęque
pręſentes ęqualiter illuminant & docentur,quãꝙ̃ ꝓ eis non
ſit incẽſum lumẽ,aut lectio fiat:imò nõnũꝙ̃ melius,ſi viſum
habeãt magis acutũ,aut ingeniũ clarius.ergo &c.Tertiũ,ꝑ
illud Hierony.cum pro cunctis animabus pſalmus vel miſ=
ſa dicitur,nihilominus ꝙ̃ ſi ꝓ vnoquoq; ipſorũ diceret,ac=
cipitur,de cõſ.d.v.nõ mediocriter.Doctor Subtilis,Quodli
be. ſuo.ij.(quod multi penè diuinũ exiſtimãt)dicit quodli=
bet opus meritorium, ſpecialiter orationem ,tribus modis
alicui valere. Generaliſſime, & ſic valet toti eccleſiæ . vnde

debet orans habituali ſaltē intentione omnes includere. Spe
cialiſſime:& ſic valet oranti. Vel medio mō: & ſic nō ęquæ
valet multis ſicut vni tantū ex illis valeret. Probat, qa meri
to ſicito ſecundū plenā iuſtitiā reſpōdet ſolū p̄miū determi
natū ad certū gradū. Capit ergo primū qđ debet orationi
mō medio, p̄ter ſcilicet debitū toti eccleſię,& ſpecialiter orā
ri. ſi totū illud det vni, nihil remanet diſtribuendū alteri: vel
ſi vtrique diſtribuatur, quilibet minus ſortietur. Et qa poſ=
ſet aduerſarius dicere: dū fundit oratio pro pluribus, bene re
ſpondet ei maius pręmiū ſecundū extenſionē, ſed æquale ſe=
cundū intenſionē: ſicut oratio eo ꝙ pro pluribus fuſa, tanto
certe eſt magis extenſa,& ſi ęqualis ſit intenſiue & in deuo=
tiōe. Hoc reijcit & repellit: qa merito ęquali nō debet ſecun
dū ſtrictā iuſtitiā bonū numeroſius,& ſic nec bonū extēſiꝰ,
ſicut nec bonū intenſius: qa plura bona æqualia æquiualent
vni bono maiori intenſius:& ſunt maioris valoris ſecundū
iuſtitiam, quàm alterum tantum. Cōfirmat: qa orans ꝓ om
nibus animabus in purgatorio, intendens ꝙ ſingulis valeret
mō medio: ita ꝓficeret ſingulis, ac ſi pro vna tantū &c. &
ꝑ conſequens deberet quilibet ſemper ſecundum ordinatā
charitatem ſemper pro omnibus fundere orationē: quia cæ
teris omnino paribus debet magis velle proficere pluribus,
dum cuiqꝫ ęque & per eundem actum poterit proficere &c.
Et quòd non ſolum procedat in via ſatiſfactiōis, vbi opor
tet ſolui ęquiualens, ſed etiam in alijs: probatur: quia niſi ſic,
ęque poſſet aliquis impetrare primam gratiam quotcunqꝫ,
ſicut vni ſoli. Item ſicut plures pœnæ æquiualent vni maio=
ri,& non relaxantur niſi per opus ſatiſfactorium maius, vel
plura: ita videtur de pluribus bonis impetrandis. magis em̄
videtur valere aliquid ad deletionem mali, quàm ad impe=
trationem boni. Etiam in humana amicitia dilectus per ſup
plicationem maius bonum meretur vni, q̄ꝫ multis: imò pro
vno exaudiretur, vbi nō pro ſingulis multorū:& hoc ſecun
dum iuſtam legem amicitiæ. Tertio confirmat: quia volun
tas nō videt efficacior vt eſt cauſa meritoria, q̄ꝫ vt eſt cau=
ſa elicitiua. ſed certum eſt non poſſe æque multa efficere ſi=



cut vnū tm̄, ergo. Omitto aliorū reſponſionē de diſtinctiōe
deuotiōis erga multos: qa recte īprobat, & in ſe friuola eſt.
ſed totā iſtam deductionē ſuā tanto labore fabricatā videt
ipſemet Scotus euertere. nā tractās arti. ij. an ęque valet vir
tute eccleſiæ vniuerſalis offerētis, dicit hoc poſſe alicui mō
medio applicari ſub multis gradibus. Et ponit, gratia exem
pli, tres. Primus, ſi intendat ꝙ valeat ipſi a. quātū valere ali=
cui pōt alteri ab offerente: deinde valeat b. quantū alicui va
lere pōt poſt ipſum a.& iij. c. quantū alicui valere pōt poſt
ipſum b. addens ꝙ nūquam poſterior gradus aliquid ſub=
trahit de priore. Ex his ſic arguo. Oratio applicata ſoli a. me
dio mō nō plus valeret ſibi, q̄ꝫ nūc cū b.& c. poſt: qa ſecun=
dū te poſterior gradus nihil detrahit de priore ergo fuſa ꝓ
pluribus &c. Si dixeris Scotū intendere, nihil detrahit ſui or
dinis, detrahit tamē ſimpliciter aliqđ valoris: ſicut ſi de maſ=
ſa auri detrahatur argentū qđ alias fuerit cōmixtū, nihil au
ri detrahitur, ſed bene aliquid valoris de tota maſſa: Contra,
tunc nō valet ipſa quātū alicui poſt ipſummet orantem va
lere poteſt. Nā plus valeret ei ſi nihil detractū alteri applice
tur. Etiam voluiſſe videt doctor: quēadmodū nō minus va
let oratio illi cui medio mō, ex hoc qđ multis imò toti eccle
ſiæ generaliſſime applicatur, quod ſimiliter non minus pro
deſt de primo gradu modo medio, propter gradus alios in=
feriores: ſi metu iſtorū dixeris ꝙ oratio minus prodeſt vni
ex hoc quòd etiam alijs applicatur in diuerſo gradu, ſed mi
nus profuerit ſi in eodem gradu: & ꝙ hoc voluerit Scotus:
iam æque currunt argumenta ſibi quæ format contra pro=
poſitum, ſicut illi: & eadem ſolutione qua vim argumento=
rum elidere poteris in diuerſo gradu, euadet alius etiam in
gradu eodem. patet aggregando pręmia in diuerſo gradu,
quæ tu colligenda cenſes: dum in gradu ęquali reſponderit.
¶ Pro huius deciſione præmitto ꝙ duobus modis pōt al=
teri proficere noſtra oratio, per viam ſatiſfactionis, & per
viam meriti. ¶ Via ſatiſfactionis cōſiſtit in exolutione ſeu B
redditione ęquiualētis ad pœnam ſeu partem pœnæ quę re=
dimitur.& nulli valet hoc modo, niſi ei per intentionem ſa=

ciẽtis fuerit applicata. Vñ ſi alteri totũ dederit,nihil pœnæ
ꝑ ſemetipſum debitæ redimit per viã ſatiſfactiõis.nã ꝓ illo
ſolo ſatiſfacit pro quo intendit:ſicut ſi ego ſoluero cõi credi
tori cui ego obligor in certa ſumma,& cui Petrus & Ioan
nes ĩ ſumma ęquali obligant:illi cedit in defalcatiõe, ꝓ quo
intendo & volo ſolutũ eſſe. Verũ eſt tñ ꝙ ſi intendit ſatiſfa
cere ꝓ illo qui nõ eſt capax,puta dãnato vel iã ſaluato, aut
exiſtẽti in mortali peccato:reuertit ad facientẽ, & ſibi cedit
in redemptionẽ pœnæ,ſi habitu ad minus ſit eius intentio
nis,ꝙ ꝓ ſe faceret ſi crederet nõ ꝓficere illi pro quo intẽdit.
Sic pax nr̃a reuertitur ad nos,vt docet Saluator Matthęi.x.
C &c.❡ Per modũ meriti,cuius eſt mercedẽ impetrare,valet
alteri dupliciter.Primo ratiõe vnionis q̃ fit ꝑ charitatẽ, iu
xta illud Symboli,Sanctorũ cõmunionẽ. & illud ꝓphetæ,
Particeps ego ſum omniũ timentium te &c.pſal.cxviij.Vn
de ſicut cũ inter aliquos eſt contracta ſocietas omniũ bono
rum,quicquid vnus lucratur,omnibus eſt cõe: ſic in ꝓpo
ſito ſpiritualiter,qa charitas eſt ſpiritualis amicitia & ſocie
tas cõnectens mẽbra eccleſię,& qa nõ eſt cõmunio Chriſti
ad Belial,peccator etiã nõ excõicatus,qa membrũ diaboli,
nõ eſt per viã vnionis ꝑticeps alicuius boni qđ fit in eccle
ſia,mẽbrũ namq; qđ mortuũ fuerit, nõ recipit influentiam
à corpore toto vel capite ratione vnionis. Et hæc eſt cauſa
quare diabolus in malis dicitur habere poteſtatem ſic vt in
pecore ſuo.xxiij.quæſt.i.miramur.Secũdo valet oratio ali
cui per viam ſeu modum meriti, ratione intentionis ipſius
orantis,quia ſcilicet deſiderat oratione ſua certę perſonę vel
certis perſonis proficere,& ſic poteſt indifferenter valere iu
ſto & impio,ſed hoc per viã gratiæ & liberalis impetratio
nis à capite eccleſię,quod eſt auctor totius naturæ, potens
viuificare quod mortuũ fuerit,& cuicũq; voluerit benefi
cia gratiæ impertiri,potiſſime ad pręces ſanctorum. Sic di
cit Auguſti. Niſi Stephanus oraſſet, forte Paulus ſaluatus
non eſſet. Et de Carolo Magno audita eſt vox. Egidij meri
to Caroli peccata dimitto. Et ſic ꝓdeſt recipi ad beneficia
alicuius hominis vel multitudinis in ſpeciali:qa ſi peccator



eſt,fit particeps per intentionẽ.ſi iuſtus, vbi prius tantum
participaſſet rõne vnionis,modo etiã participat ratione in
tẽtiõis.Secũdo ſuppono,vt tradit dñs Petrꝰ de Palude.xlv. D
diſtin.iiij.ſententia.q.ij.art.ij.Duplex eſt differẽtia inter par
ticipiũ,ad merendũ,& ſatiſfaciendũ:quia participiũ meriti
ex ſola vnione charitatis habet ſine intẽtione facientis ſpe
cialiter directa ad ipſum participantem,licet ſit maius cum
intentione:ſed nõ participium ad ſatiſfaciendum.alias enim
quicunq; exiſtẽs in charitate ſtatim immunis eſſet ab omni
pœna,ꝓpter infinitatẽ theſauri eccleſiæ quẽ participat: vel
ſaltẽ q in maiori charitate eſſet,minoris pœnæ debitor eſſet
in hoc ſeculo & alio:qđ nõ eſt verũ ſed ex ſola intẽtiõe faciẽ
tis. Secũda differentia eſt,quia ꝑticipiũ meriti nõ minuit
ex multiplicatione participantiũ.nõ eñ fit deterior cõditio E
multiplicatis electis,ſed melior:nõ ideo qa incipiẽtes partici
pare etiã incipiunt cõmunicare,quia paruuli baptizari in
cipiunt propter charitatẽ participare,& nihil cõmunicant,
quia nihil adhuc operati ſunt. Addo,licet quilibet partici
pans etiã cõmunicaret aliquod opus meritoriũ,non tamen
cõmunicat ſemꝑ æqualia,cõparatione ad illa quæ partici
pat. Ponamus ergo gratia exẽpli. Sũt mille in charitate,quo
rũqlibet habet mille opera meritoria. Iſte iã acqrit charitatẽ
ſibi in vnico opere meritorio.ſi participiũ meriti ex multi
plicatiõe participantiũ minueretur,fieret deterior conditio
exiſtentiũ in charitate,ex hoc ꝙ iſte nũc acquirit charitatẽ
in vnico opere meritorio. Hinc dicit Palu.in paſſu allegato
ꝙ receptus ad beneficia & participiũ ordinis,nõ aſſequitur
nec in toto nec in parte remiſſionẽ pœnæ ꝓpter ieiunia quæ
fiunt in ordine,ſicut fieret per indulgentias prælatorũ,quia
fit receptio ad merendum. Et declarans quod ſit illud partici
pium meriti (cm homo per hoc non ſit dignus maiori glo
ria.ſtat enim eũ qui eſt in minori charitate,eſſe pluriũ parti
cipem, & receptum eſſe ad beneficia plurium religioſorũ)
dicit ꝙ nihil videtur aliud niſi ꝙ eũ propter merita aliorum
quãdoq; deus ꝑſeruat à peccato,& morte,& ſic de alijs. Sic
etiã recordatus eſt deꝰ Abrahã,& liberauit Loth. Geñ.xix.

Sicut ꝓpter iuſtos parcit impijs.¶ Tertio præmitto ꝙ de cōgruo poſſum⁹ alijs aliquid mereri à adeo:ſed regulariter nihil poſſumus merendo efficere vt alteri quicquã de iuſtitiæ rigore debeatur. Primũ patet ſecundũ Philoſophum.x. Ethicorũ. Si dij curã habẽt aliquã humanarũ rerũ,vt exiſtimatur & creditur,rationabile eſt eos gaudere optimo & cognatiſſimo ſibi,cuiuſmodi eſt mens,& amãtibus illã maxime honorantibuſq; fauere,tanq; rerũ chariſſimarũ ſub curatoribus,ac recte & bene agẽtibus.Sed congruũ & decẽs eſt vt eorũ vota & deſideria q̃ ſibi placẽt exaudiat. Hinc Pſal. xliiij.dicit: Voluntatẽ timentiũ ſe faciet,& deprecationem eorũ exaudiet,& ſaluos faciet eos.Et Io.ix.Si qs dei cultor eſt,& facit eius voluntatẽ,hũc exaudiet.ergo meremur alijs de cõgruo.Secũda pars patet:qa eſt ſupererogãtis liberalitatis ꝙ nos ꝓ alijs audiat:ita ꝙ ſi exaudit,eſt gratiæ.ſi audire noluerit,nullam faciat iniuriã.Hinc doctores & ſancti ad infallibiliter impetrãdũ petita, ponũt requiri vt ꝓ ſe quis petat de ꝑtinẽtibus ad ſalutẽ,pie & ꝑſeuerãter. Vñ Baſilius. Ideo qñq; petis,ꝙ nõ accipis:qa ꝑperã poſtulaſti,vel infideliter,vel leuiter,vel non cõferẽtia tibi,vel deſtitiſti.non ꝙ hæc requirant ad efficaciã impetrãdi,cũ frequẽter dñs exaudiat quibuſdã ex illis nõ cõcurrẽtib⁹:ſed qa ſine illis nõ eſt infallibilitas & certitudo ſeu ſecuritas impetrandi. Etiã alijs ſolũ meremur de cõgruo,nõ de cõdigno.Sed meritũ cõgrui (vt recte tradit Guillelmus Parienſis tractatu de merito) nihil eſt aliud quàm congruitas vel idoneitas qua aliquis dignus vel idoneus eſt vt ei aliquid fiat:quomodo aliqs dicit epiſcopatum meruiſſe,id eſt ad epiſcopatũ dignus vel idoneus:non qđ ei iniuſtitia vel iniuria fiat ſi ei nõ detur.Hinc ij.Maccab.vlt.de domino dicitur ꝙ non ſecundũ armorum potentiam,ſed prout ſibi placet dat dignis victoriam.ſignificans hoc eſſe cõgruitas,& adhuc pendere ex diuino arbitrio. Dico notanter in ſecunda parte huius ſuppoſitionis regulariter:quia poſſet de iuſtitiæ rigore petitum alteri deberi,ſi deus antea ſibi dare promiſerit ſi aliquis pro eo orauerit,Gẽ.xx.Nunc redde viro vxorem,& orabit pro te:quia propheta



propheta eſt:& viues.¶ His præmiſſis pono aliquas concluſiões. Prima eſt,Oratio per viã ſatiſfactiõis nõ ęque ꝓdeſt multis vt ꝓficeret vni ſoli:& æque ꝓficit min⁹ iuſto vt ꝓficeret iuſtiori.Patet:qa via ſatiſfactionis eſt ꝑ redditionẽ æquiualẽtis pœnæ debitæ.Quis aũt ſoluit ꝓ duobus debitoribus æqualiter decẽ,nõ liberat quẽcũq; eorum niſi de quinq;:tñ vbi totũ ꝓ eorũ altero ſolueret,illũ à decẽ liberaret.ergo &c.E ſecũda pars patet:qa cuiuſcũq; cõditiõis debitor fuerit,nõ à pluri liberat quã per ſe vel aliũ dederit in ſolutũ.Nec eſt ſimile de medicina:vt Præpoſitiuus intẽdit: q̃ materiã peccantẽ educit & eijcit iuxta diſpoſitionẽ & qualitatẽ ægroti:qa medicina agit educẽdo vel euacuãdo. Qđ aũt datur in ſolutũ,nõ agit in obligationẽ debiti,ſed demit præciſe tm̃ ab obligatiõe quãtũ ſoluit.Etiã natura ęgri coagit:imò eſt principale agẽs,et vtit medicina quaſi inſtrumẽto.Et ideo ſecũdũ ꝙ natura eſt debilis vel potens:medicina fortius vel debili⁹ operat.Sed in ꝓpoſito natura vel diſpoſitio eius ꝓ q̃ ſatiſfit,nihil operat ad extinctionẽ debiti vel obligatiõis:ſed illud ſolũ qđ datur in ſolutum,eſt cauſa quare obligatio in toto vel in parte extinguit.Et dico per viã ſatiſfactionis:qa per viã medici gratiæ & liberalis impetratiõis multũ cõfert cõditio bona debentis:quẽadmodũ ad aliorũ preces facili⁹ cõcedit deus aliqua bñficia iuſtis q̃ ſceleratis & perditis:& ĩter iuſtos facilius eis q maiori charitate flagrãt. Vnde ſanctorũ oratiões q ſunt in patria æternæ beatitudinis:licet ꝑ viã ſatiſfactiõis animabus iã purgãdis,ſeu in ergaſtulo purgatorij detentis ſubuenire nõ poſſunt,vtiq; tamen ijſdẽ pœnæ relaxationem ſuis precibus impetrant:& facilius ſeu plus iuſtioribus,nõ dubiũ eſt. Secũda cõcluſio eſt G Gratior eſt deo oratio quãto cæteris paribus ꝓ plurib⁹ funditur. Probatur:quia opus eſt deo acceptius:quanto ardor charitatis in eo fuerit maior. ſed magis cenſetur ardere charitas,quanto diſtantius ſcintilas emiſerit:de quo ad Ephe. iij.in charitate radicati & fundati,vt poſſitis comprehendere cum omnibus ſanctis quæ ſit latitudo,lõgitudo,& ſublimitas,& profundum.ergo &c. Præterea nemo dubitat do

minimã orationẽ maxime eſſe ſalutarẽ,& deo gratiſſimã, ſed in illa non ſingulariter ꝓ vno oratur,ſed ꝓ oībus.ergo &c. Vnde Cyprian9 martyr dei glorioſus libro de oratiōe dñica, Ante oia inquit pacis doctor ac vnitatis magiſter ſingulatim noluit & priuatim preces fieri,vt quis dũ precatur,ꝓ ſe tm̃ precetur.Nō eñ dicimus. Pater meus qui es in cœlis, nec panẽ meũ da mihi hodie:nec dimitti ſibi tãtũ vnuſqſq; delicta expoſtulat,aut vt in tentationẽ nō inducat,atq; à malo liberetur,pro ſe ſolo rogat. Publica eſt nobis & communis oratio Et qñ oramus:non pro vno,ſed pro populo toto oramus:quia totus populus vnũ ſumus.deus pacis & concordie,& magiſter vnitatis, q docuit ſic orare:vnũ ꝓ oib9 voluit, q̃o ĩ vno oẽs ipſe portauit.Hæc Cyprian9.& apoſ. j.ad Timo.ij.ca.Obſecro primũ omniũ fieri obſecrationes, orationes,poſtulationes,gratiarũ actiones pro omnibus hominibus,pro regibus,& omnibus qui in ſublimitate ſunt cõſtituti,vt quietam & tranquillam vitã agamus in omni pietate & caſtitate.Hoc enim bonum & acceptũ eſt coram Saluatore noſtro deo:qui omnes homines vult ſaluos fieri. & ad agnitionẽ veritatis venire.Hæc mihi cauſa videt̃ quare in conſuetudinẽ duxit eccleſia quũ pro vnius anima cupit vigilijs & miſſis ſatiſfacere,pro omnibus defunctis orat.Dico notãter in concluſiōe cæteris paribus,quia poteſt aliqua conditio reformare pactum vt gratior ſit in oratiōe aliqua paucitas,q̃ multitudo aliqua:verbi gratia ſi oratio funditur pro paucis inimicis,gratior & magis accepta eſt deo, quã ſi pro multis amicis,vel ad quos neutraliter ſe habet homo, funderetur.Ex hoc ſequitur correlarie ꝙ non repellit deus

I precẽ hominis quia multa petit,modo nō oret ſupra quàm decet aut conuenit requirere hominem.non enim vt rex Antigonus Cynicũ repuliſſe dicitur primo dum talentum peteret,quia plus eſſet quàm Cynicum accipere conueniret:ſeret,quia plus eſſet quàm Cynicum accipere conueniret:ſecundo cum denarium,quaſi munus peteret quàm regem dare conueniret:cum Senecæ ſententia potuiſſet & talentum dediſſe vt rex , & denarium vt Cynico.refertur in capit.& quæſtione.de ſimonia.non ita inquam occaſiones quærit



dñs petita negandi,ſed cum ſit liberaliſſimus,& ſumme miſericors,quærit & deſiderat nonnunquam rogari,vt occaſionẽ habeat parcendi,& diuitias miæ ſuæ hoibus impertiendi.Ezechielis.xxij.Quæſiui de eis virum qui interponeret ſepem,& ſtaret oppoſitus contra me pro terra,ne diſſiparem eam:& non inueni.Secundo ſequit̃ non valere conſequentiam:deus nonnunquã minus facilè tribuit petita omnibus pro quibus fuſa eſt oratio,q̃ vni eorum tantũ:ergo facilius audit orationẽ fuſam pro vno tantum q̃ ꝓ multis. Exemplum habemus in eo qui dum multa ab eo petuntur conſueuit ſaltem aliquid dare:dum parum,oĩno nihil.Ratio quare non valet conſequentia,quia magis prouocatur (vt ita dixerim) diuina liberalitas quo gratius donum offertur ſeu adhibetur.Oraturus igitur pro Petro,vt ſit oratio ſua acceptior:coaſſumit cum Petro inimicum ꝓprium in oratione:cui forte ob immanitatem ſceleris nullatenus eſt deus parciturus.hic facilius deus audit orationem fuſam ꝓ multis:q̃ ſi pro Petro tantum fuſa fuiſſet:& nihilominus tribuit facilius pro Petro tantum q̃ pro vtroque.Non valet ergo conſequentia:minus facilè tribuit petita ꝓ oibus: ergo minus facilè audit orationem fuſam pro omnibus,q̃ ſi pro vno tantum funderet.¶ Tertia concluſio, Ad occulta iudicia dei ſpectat an & ꝓ qbus inter oĩno pares oratio nem fuſam ſit auditurus:probabilior tamẽ & veriſimilior ſpes eſt impetrandi,quanto ad dei honorẽ & gloriam plus conducit quod petitur.Prima pars patet.Cũ enim miæ dei ſit ꝙ non ſumus conſumpti.Threnorum.iij.nec ſibi imputari poſſet ſi perirent oẽs nationes terræ quas ipſe fecit.Sapientiæ.xij.Propter quod admiratus q̃ inſcrutabilia ſunt iudicia diuina,Quis(inquit Apoſtolus)cognouit ſenſum dñi,aut quis conſiliarius eius fuit:In cauda adijciens:Quis prior dedit illi,& retribuet̃ ei:quo iudicia dei de nobis iuſtificat:qm̃ totum eſſe & viuere ab eo ſuſcepimus,nullũ ei poſſumus munus referre quod ipſum ad antidora ſeu gratiæ redditionem nobis aſtringat: quin ſine iniuſtitiæ aut illiberalitatis nota poſſet nihil retribuere operanti.In hoc K.

enim differt humana amicitia ab illa q̃ ad deū habet:ꝙ cū
amicum orauerimus,poſſumus beneficijs & oratione mul
ta conſtringere eum vt abſq; liberalitatis & ingratitudinis
vitio nequeat denegare petita.Secus de deo,q nullius libe-
ralitatis impertiendæ debitor cōſtitui pōt,propter immen
ſa beneficia quibus oēm creaturam ꝑuenit.Sed ſi quando
L debitor fuerit,ſibi debitor eſt vt promiſſa cōpleat.Regula-
riter aūt non promittit orationē ſundendam pro alijs audi
re,ſed ſeruat ſuæ diſpoſitioni & volūtati.Dico regulariter:
quia inuenimus eum aliquando promiſiſſe:vt Iob.xlij.Iob
aūt ſeruus meus orabit ꝓ vobis:faciē eius ſuſcipiam vt vo
bis non imputeē ſtultitia.Similia reperies in multis alijs paſ
M ſibus.Voluntas aūt & decretū domini varium eſt de factis
diuerſis ſimiliter tn̄ quo ad nos circunſtantionatis.Decre-
uit aliqn̄ miſereri totiꝰ multitudinis ,ſi vel vnus poſſet hō
deprehēdi bonus.Hiere.v.Circuite vias Hieruſalē,& aſpici
te & cōſiderate q̃rite ī plateis an īueniatis virū faciētē iudi-
ciū,& q̃rētē fidē;& ꝓpitius ero eius. Hiero.Si vnū inuene-
rit iamiamq; ꝑitura Hieruſalē,qui faciat iudiciū,& q̃rat fi-
dem:deus miſerebitur Hieruſalē.Interdum nāq; nec iuſto-
rū vult miſereri propter commixtos malos.Iob.xxxv.Cla-
mabunt,& non exaudiam propter ſuperbiam malorū.vbi
Grego.Scilicet in tribulatione.ac ſi diceret:Reatus oppri-
mentiū prohibet audiri voces oppreſſorū:nec eripiunt vi-
ſibiliter iuſti:quia ſaluari iniuſti inuiſibiliter nos merentur.
Et glo.interli.Sicut aliquando deus ſuos propter inimicos
eripit,vt illi conuertātur:ita aliquādo ſuos nō audit ꝓpter
damnationem perſequentium.Et cum abſolute contra lo-
cum vel perſonam decreuerit beſtias malas,famem,gladi-
um,& bellum immittere:nullius oratio poteſt mutare hāc
ſententiam:vt ſupra deduxi ex verbo Hierony.tractantis
illud Hieremiæ.xj.Tu vero noli orare &c.Et probat ver-
bum domini Ezechielis.xiiij.Si dixero gladio,tranſi per ter-
ram:& interfecero de ea hominem & iumentum &c.Cum
ergo incertum ſit valde contra quem locum vel hominem
abſolute aliquid decreuerit,patet ad occulta dei iudicia ꝑ-



tinere &c.Secundam partem concluſionis probo:quia præ-
ſumitur deus magis inclinatus ea concedere quæ magis ſer-
uiūt ad ſui nominis gloriā ampliādam,& ad blaſphemias in
fidelium cōpeſcēdas.Hinc cū oraſſet propheta ,Adiuua nos
deus ſalutaris noſter:& ꝓpter gloriā nominis tui libera nos:
& propitius eſto peccatis noſtris propter nomē tuum: pro
cauſa facilius impetrādi etiam adiecit.Ne forte dicāt in gen
tibus,Vbi eſt deus eorū?& innoteſcat in nationibus coram
oculis noſtris.Pſal.lxxvij.& Pſal.cxiij .Non nobis domine
non nobis:ſed nomini tuo da gloriā ſuper miſericordia tua
& veritate tua:nequādo dicāt gentes , Vbi eſt deus eorum?
Et grauiter fert deus ꝙ nomen ſuum blaſphemetur inter gē-
tes propter nos.ad Ro.ij.& Ezechi.xxxvj.quādo ſcilicet per
ſiſtente culpa,dei miſericordiā à nobis repellimus ,& miſeri
opprimūtur:quaſi deum coleremus qui potēs non ſit de tri-
bulatione & manu infideliū nos eripere.¶Ex his omnibus
dico ꝙ aoplicatio orationis per viam ſatisfactionis, minus
prodeſt vni quādo applicatur ſimul alteri:ſed per viam me
riti aut impetrationis non minus q̃ſi pro altero eorū tātum
oratio funderetur:& ideo (vt dicit dominus Pet. de Pal.ſine
præiudicio prius receptorū recipiūtur etiam alij ad partici
pium omnium meritorum quæ fiūt in aliqua cōmunitate N
vel ordine:& æquè multum recipiūt nouiſsimi ſicut primi.
AEquè enim cōgruum eſt vt audiat pro Petro, licet ſimul
orem pro toto mūdo.Sed multa poſſunt occurrere quare ma
gis congruū ſit à parte eorum pro quibus oratur,vt eadem
oratio æqualiter pro multis fuſa,pro vno audiatur magis q̃
pro altero:puta ſi ipſe cauſam dederit & procurauerit ora-
tionem fundi,orationem tamen cōmunem:ſicut deus non-
nunquā orātem pro alijs,& cōtra ſe,audit ſimul pro ſe.Ego
ſum,inquit Dauid,qui peccaui:ego minus iuſtè egi:iſti qui
oues ſunt,quid fecerunt?Obſecro vertatur manus tua con-
tra me,& domum patris mei.ij.Regum vltimo .Et audiuit
eum dominus ſimul pro ſe.Et multa huiuſmodi in ſcriptura
inuenies.Sed quia petēs miſſam pro ſe vel defunctis celebra
ri ,petit ex hoc apud deum ſatisfacere ; obligatus pro vno,

non plene ſatiſfacit celebrando pro multis . Nec ſatis eſt(vt
quidã opinant) in recõpenſam facere ipſos aliorũ ꝑticipes
meritorũ,niſi per viã ſatiſfactiõis tot numero ſibi applicet
vt ſatiſfactioni miſſæ poſſint æquiualere. ¶ Ad ratiões do-
mini Prępoſitiui,quantũ cõtra primã concluſionẽ militãt,
O reſpõdeo ad primã de ſpiritu,ꝙ aliquid põt totũ participa
ri ab aliquo quo ad ſubſtantiã,à quo nõ totũ ꝑticipat quo
ad virtutẽ:ſicut anima mouet duo corpora æqualia ſibi in
virtute mouendi proportionata,quorũ alterũ multo velo-
cius mouet.Ita in ꝓpoſito de valore operis ſatiſfactorij:qđ.
totũ à duobus participat:ſicut duo poſſunt eſſe dñi eiuſdẽ
iuris ſpiritualis indiuiſibilis, & neuter eſt dñs quo ad totũ
valorẽ.Sic ſimiliter totus tractus vel motus nauis procedit
à quolibet duorũ trahẽtiũ:ſed à neutro totaliter &c. ¶ Ad
ſecundũ de doctrina &c . omiſſis ꝗ Scotus dicit de moueri
adęquato,dico nõ eſt ſimile:qa illa agũt naturali neceſſitate
in qđlibet paſſum æque propinquũ. ſed opus ſatiſfactoriũ
nõ cedit in ſolutũ,niſi ex intentione operantis:ſicut ſi nume
raueris decẽ cõmuni creditori Ioannis & Petri,qui illi ęqua
liter obligentur : pecunia numerata ſolum illi cedit in ſolu-
tum pro quo vis ſatiſfacere. ¶ Ad tertiam de verbo Hiero-
nym.dat gloſ.tres ſolutiones.Prima,quòd procedit de ſacra
mentis,propter ſpiritum ſanctum qui non datur ad mẽſu-
ram quarta diſtinctione.nec quenquam.Secunda,quòd pro
cedit quo ad celebrantem : quia tantum valet ei ac ſi miſ-
ſam celebraret pro vno . Tertia , quòd non minus valet
miſſa vna cum hilaritate mentis dicta pro duobus,quàm ſi
pro quolibet diceretur cum anxietate.Prima ſolutio inſuf-
ficiens eſt : quia loquitur non modo de miſſa , ſed etiam de
pſalmo.Pſalmus autem nullum ſacramentũ continet. Etiã
male allegat quòd ſpiritus ſanctus non datur ad menſuram:
cum hoc ſit ſpeciale priuilegium Chriſti, quòd ei ſit datus
ſpiritus ſanctus non ad menſuram.Ioan.iij.Capitulum au-
tem nec quenquam,ſolum dicit ſpiritum ſanctum non mẽ
ſurari, ſed totum infundi , ſed certe cum magna diuerſita-
te effectuum. & ita parum probat propoſitum. Alias duas



ſolutiones tranſeo. Verba aũt Hieronymi parũ vrgẽt.dicit P
enim:Cũ igitur pro cũctis animabus pſalmus vel miſſa:di
cit nihilo minus quã ſi ꝓ vno quolibet eorũ diceret,accipit.
nõ dicit ſi ꝓ quolibet ideo idem diceretur:ſed ſi ꝓ vno quo
libet,indiſinite capiendo ly quolibet:ſicut dicimus,ſi vnuſ-
quiſq; ſacerdotum hoc fecerit,incurrit excommunicationẽ
ipſo facto.ſed ex hoc non ſequitur pſalmum vel miſſam
tãtum valere cuilibet eorum ac ſi pro vnoquoq; pſalmus
eſſet dictus,maxime per viam ſatiſfactionis. ¶ Ad ratio-
nes doctoris Subtilis,quantum aduerſarij vident ꝑdetermi
natis,reſpondeo.Prima innititur falſo fundamento. præſup-
ponit enim quòd pro opere vnius debeat ex iuſtitia alteri
quodcunq; præmiũ,cũ ſola gratia & liberalitate nos audiat
deus ꝓ alijs.ſecus de via ſatiſfactionis. ¶ Ad cõfirmationẽ
cũ dicit ſic,orans pro omnibus aĩabus in purgatorio&c.rñ-
deo hoc eſſe diuini arbitrij pro quot & pro quibus eũ velit
exaudire:nõ ex vi vel efficacia ſuæ orationis.ſed hoc verũ
eſt qđ nõ minus proficit oratio ſacerdotis Petro quia mul-
ti alij miſſam audiunt,quam ſacerdos fundit pr oĩbus aſtan
tibus,dicens:& omniũ circunſtantium &c.Nec minus effi-
cax eſt oratio pro eccleſia catholica quia ſunt plures de gre
mio eccleſiæ:nec minus valent Ioãni merita ſanctorum via
participij ex vnione charitatis quia multi ſecum eadem par
ticipant, Etiam qui non conferunt merita perſonalia par-
ticipanda,vt paruuli baptizati.Cum infert,ergo ſecundum
ordinatam charitatẽ deberet ſemper orare pro omnibus &c.
quia cæteris paribus debet velle proficere pluribus &c.di-
co qđ abſq; dubio pium eſt & aliquando debitum ꝓ omni
bus orare:ſed quando extra caſum obligationis ſeu debiti
orat,poteſt indifferenter pro quot voluerit fundere oratio-
nem.Etiam ſine ſua applicatione ſæpe omnibus prodeſt.ſer
uaſſet enĩ dñs Sodomã & Gomorrã,ſi vel decẽ fuiſſent in
eis reperti iuſti.Geneſis.xviij.Et recordatus dñs Abraham
liberauit Loth . Geneſis.xix.Et benedixit dominus Laban
ad introitum Iacob . Geneſis . xxx.Et propitius fuiſſet to-
ti Hieruſalem ſi vel vnus reperiri potuiſſet faciens iudi-

cium,& quærens fidem.Hiere.v.Et certe noſtræ carnalitati expedit nonnunquã pro aliquibus ſingulatim ſingulariter orare,qñ potius inſlammamur deuotione pro paucis orando,quã pro multis.Ad probationẽ qua nititur docere qđ ſua deductio etiã ꝓcedit in alijs à ſatiſfactione,quia ſic poſſet quis impetrare primã gratiã per orationẽ cõmunẽ, ſicut per ſingularem pro eo tantum fuſam:dicendũ quòd verum eſt.Quod aũt à ſimili inducit de humana amicitia,valde debile eſt,& claudicat multũ,quia regulariter minus gratum eſt amico homini ſi multa petanť:& homo multa donando minus habet.item & põt prodige agere multa donando: quorũ nihil formidandũ eſt apud deũ,modo pie & recte petatur ad ſalutẽ,& dei honorẽ.¶ Ad ſecundã confirmationẽ dico quòd ſolũ probat nos nõ poſſe multis æque ꝓficere vt vni:cui non repugnat quòd eidem facilius proficimus per orationem communem,quàm per aliquam ſingulariter pro eo fuſam.Veriſimile eſt etiam quòd ſæpe audit nos deus ꝓ tota communitate,cui inſunt quidam perditæ vitæ homines pro quibus ſolis ad temporalem proſperitatem & pacem nequaquã eſſet nos auditurus,ſicut in cumulo & multitudine magna exponimus denariũ minus iuſti ponderis, qui ſolitarie pro certo refutaretur.Et hæc de tertio articulo.

## Argumentum Quodlibetarij.

AD ARGVMENTA Quodlibetarij, ad partem negatiuam ſic arguit:Si oratio ęque proficeret multis,ſuperuacue eſſent ab eccleſia ſpeciales orationes ordinatæ pro defunctis & nauigãtibus,pro viro et fœmina &c.imò & cõtra charitatem.quandocunq; enim eodem actu & æqua facilitate poſſum multis ꝓficere vt vni tantũ:nõ ſatis diligo omnes,niſi omnibus curauero prodeſſe.ergo minus ꝓficit oratio multis q̃ vni prodeſſet ſi pro eo ſolo funderetur. Ad partem affirmatiuam ſic,Quanto homo eſt liberalior,tanto magis accedit ad æque facile concedendum petentibus mul



ta vbi & qñ conuenit ſicut pauca.ſed deus eſt liberaliſſim9 & incõparabiliter q̃ hõ eſſe põt liberalior:ergo æquè faciliter multa cõcedit ſicut pauca:& ꝑ cõſequẽs æquè ꝓficit orõ multis vt vni tantum ſi ꝓ illo ſolo fuſa eſſet.Maior patet:qa ſi æquè facilè multa tribuit vt pauca,ab oĩbus commendať,niſi facilius aut plus dederit q̃ cõuenit.ideo adieci,vbi & qñ conuenit.ſed dedecere nõ põt dñm deũ quantũlibet ſimul multa & facilè dederit.ergo.&c.¶ Ad rõnẽ ante oppoſitum dico q̔ oratio cõis nõ minus ꝓficit alicui q̃ ſi pro eo ſolo funderet:ſed nunq̃ æquè multis vt vni ꝑ viam ſatiſfactionis:ſed ex intentione orantis,quantũcunq; cõis fuerit orõ,cedit illi ĩ ſolutũ ꝓ quo vult & ꝓ quot voluerit partialiter.Nec ſeqtur q̔ ſuꝑuacuæ ſint ſpeciales orationes ꝓ nauigantibus & defunctis ordinatæ:qa valde expedit ad excitãdũ tũ in nobis tum ĩ ppl'o deuotionẽ;cũ noſtra carnalitas ſpecialib9 cauſis & ꝑſonis aſſurgat fortius, & ardẽtius inclineť.Et cũ dr̃ q̔ eſſet cõtra charitatẽ &c:nego conſequentiã:quia non æquę poſſet multis ꝓficere per viã ſatiſfactionis.& orando nõ tenemur ꝓximis ſemꝑ impendere ꝑ viam meriti quicqđ optimũ fuerit:ſatis eſt ſi bonum & bene.etiã incertũ eſt q̔ ꝓficeret cum effectu:cũ ſolũ ſit meritũ cõgruũ,& cui ex iuſtitiæ rigore merces nõ debeť.¶ Ad rõnem ꝓ parte affirmatiua dico q̔ deus,qa oĩm liberaliſſimus,æquè facilè multa concedit ſeu donat vt pauca:ſed tunc ſolũ qñ ei placet.Nã vt in ſuperiorib9 deduxi, nunq̃ ſibi currere põt debitũ liberalitatis cõparatione ad creaturã,niſi ſemetipſum ad aliqđ reſtrinxerit.Secus in hoĩbus,& cõparatione adinuicẽ.ſed hoc nihil ꝓbat cõtra viã ſatiſfactionis:quia ibi non pure liberaliter remittiť,ſed ſoluitur debitum.neq; oportet certe deũ in quolibet opę liberaliſſime agere quantũ ad modũ facti ſeu opis ¶ Cõtra hoc replicať.Si deus non ſemper æquè conceſſit ſingulis eorum pro quibus orať,ſicut vni:hoc neceſſario accidit ex altera duarum cauſarum,vel quia non poteſt,vel quia poteſt ſed non vult.neutrum horum dici poteſt.ergo &c.non primũ: quia ſic eſſet impotens.non etiam ſecundum;quia ſic eſſet

inuidus.Similiter enim infert Auguſtinus cõtra maximum:
Si deus pater potuit gignere filiũ ſibi æqualem,& noluit,in
uidus fuit.Reſpõdeo:dicit Magiſter.xliiij. diſt.iiij ſentẽtiarũ
ꝙ nõ valet ſimilitudinis talis inductio:quia filiũ genuit de
ſua ſubſtãtia:ideoqꝫ ſi poſſet gignere æqualem,& non gigne
ret,inuidus eſſet.Secus de alijs quæ nõ facit de ſubſtãtia:quę
vtiqꝫ poſſet meliora facere.Ita in ꝓpoſito.Et ratio eſt: quia
quicquid poteſt facere de ſubſtantia ſua,neceſſario facit,&
debitum virtutis exigit vt faciat:ideo ſequitur ꝙ ſi non fa=
ceret,inuidus eſſet:ſicut nobis occurrit debitũ virtutis gene
rare ꝓlem perfectã quantũ poſſumus dũ generationi eſt in=
tendẽdum,ſecus de illis quæ artificialiter facimus. Simile eſt
de domino deo ad nos.Etiã multis videt Aug.non voluiſſe
in hoc adducere demõſtrationẽ,aut neceſſario cõuincẽtẽ ra
tionẽ:ſed cũ alijs efficacioribꝰ etiã miſcuiſſe hãc ꝑſuaſionẽ.

## Prima quæſtio ſine argumentis.

QVARE hortamur peccatores vt ꝓ ſemetipſis
aut pro nobis orẽt:cũ dicat Grego.Cum is qui
diſplicet,ad intercedendũ mittit,irati animus ad
deteriora ꝓuocatur.iij q.vij.in grauibus.¶ Pro
A huius ſolutione aduertẽdum ꝙ is qui diſplicet,
Poteſt diuerſis modis ad intercedẽdum accedere.Primo con
tẽptibiliter ſine reuerẽtia debita.Contẽnere autẽ eſt non ſa=
tis æſtimare rem pro ſua cõditione & dignitate.Vnde ſecun
dum Philoſophũ ij.Rheto..c.de ira,contẽptus ſunt tres ſpe=
cies:videlicet,deſpectus:detractio:& cõtumelia.Deſpectus
eſt quãdo res quis vili æſtimat,& ꝓ dignitate nõ ſatis appꝛe
ciatur.Et ergo cõcluditur contẽnere quicũqꝫ nõ agit vt par
eſt,& negligẽtia ipſa cõtẽptus eſt.Qui ergo nõ veret̃ ſatis &
æſtimat diuinã maieſtatẽ,neqꝫ curat ꝙ offenſam intulerit,&
ſic audet indignus peccator accedere:quantũlibet ſancta ꝓ=
tulerit verba,ꝓuocat potius meo iudicio,non orat . Impio
enim dixit deus:Quid tibi eſt cũ narratiõe ꝓceptorũ meorũ
vt aſſumas pactũ meũ in ore tuo,qui odiſti diſciplinã,& ꝓ=
iecisti verba mea?Pſal.xlix.iuxta Hebraicam veritatem.vbi



Caſſiodorus:Interdicitur ſceleratis ne ſe ꝓſumant ſermoni=
bus miſcere diuinis.Sed altius intende:qa de illis peccatori=
bus hoc dicit,qui inferius deſcribunt: de quibus ait:Intelli=
gite hęc oẽs qui obliuiſcimini deũ.Cæterũ cõuerſis ad pœni
tentiã laudes nõ interdicit diuina clementia.Hi em̃ qui cor=
de durati ſunt,& à ſcelerũ ſuorũ prauitate nõ deſiſtũt:ꝓhi=
bent domini narrare iuſtitias, id eſt vel cõi ſermone aliqd
de illa maieſtate ꝓferre:qa os debet eẽ iuſtũ,qd iuſtitias dñi
narrare ꝓſumat.Sequitur, nec teſtamentũ ipſius indigna ꝓ=
ſumptione contrectet:ne ꝑ os ſceleratũ atqꝫ blaſphemũ ſan
cta & venerãda verba ꝓgredi poſſe videant: ſicut alibi ſcri
ptũ eſt,Nõ eſt ſpecioſa laus ĩ ore peccatoris.Hęc ille.Et Au
gu.Videtis fratres cũ q̃ tremore iſta dicamus.aſſumimus te
ſtm̃ domini per os noſtrũ,& prędicamus vobis eruditionẽ
& iuſtitias dei.Et qd dicit peccatori deus,Vt quid tu præ=
dicas?Prohibet ergo prædicare peccatores.& vbi eſt illud,
Quæ dicũt facite:q̃ autẽ faciunt,facere nolite? Sed hęc dicta
ſunt ne timeant qui audiũt,à quocũqꝫ audiãt: nõ vt ſecuri
ſint qui dicũt bona,et faciũt mala.Magna igit̃ temeritas eſt
ad ꝓdicãdũ ſine vitæ qualicũque correctiõe accedere.Eccli.
xviij.Ante orationẽ ꝓpara animã tuã,& noli eſſe quaſi ho=
mo qui tentat deũ.præpara vt videas quid in te deo diſpli=
ceat vel placeat:& delicta corrigas.Et gloſ.interli.in verbo
quaſi homo tentans deum.Qui orat vt docuit,ſed non facit
quod iuſſit.Secundo is qui diſplicet poteſt accedere ad in=
tercedendũ reuerenter,humiliter,& dolens ſcilicet cõmiſiſſe
quod malum eſt:& certe manſueſcit deus tali oratione,non
ꝓuocat.Quòd em̃ humilitate ira ſedetur:canes oſtendũt,q̃
reſidẽtes nõ mordent.Sic Lucę.xviij.de publicano legimus
ꝙ ſtabat à longe:nec oculos audebat leuare ad cœlum : ſed
percutiens pectus orabat deum,dicens.Deus propitius eſto
mihi peccatori.ꝓces eius à deo ſuſceptæ ſunt:& deſcendit iu
ſtificatus in domum ſuam.Sed alia conuerſio prerequiritur
ad orandũ vt miniſter eccleſiæ,ratione ordinis ſuſcepti.mi=
nor enim ſufficit ſi priuatim deũ orare velimus. Ad primã
enim requiritur ꝙ ad minus probabiliter ſe præſumat non

B eſſe in mortali peccato. Tenet enim cõmunis doctrina theo
logorũ ꝙ exhibẽs ſe miniſtrũ eccleſiæ ſciẽter in mortali pec
cato, toties mortaliter peccat, quoties. &c. Tho. xxiiij. di. iiij.
&. xix. de correptione ex officio. Ad priuatã autẽ orationẽ
ſufficere videt̃ qualiſcũqꝫ deteſtatio peccati ſeu offenſæ: &
nõ requirit̃ ſaltẽ ſemꝑ multũ intenſa cõuerſio, & q̃ pręſumi
poſſit abolere peccatũ: ſed ſatis eſt ĩ illis appropriare deo vt
ſibi ꝓpinquet. Cũ ergo dicit Grego. Quũ is q̃ diſplicet. &c.
ꝓcedit ſi irreuerenter & cõtẽptibiliter accedat: & tũc irati
animus ad deteriora prouocat̃: nõ cõtra ignorãter mittẽtẽ,
ſed bñ ſcienter: vt bñ dicit glo. xlix. diſ. ca. ſ. ſiue poſitiue miſe
rit, ſiue priuatiue nõ ꝓhibendo: cum ſcilicet debet: quoniam
vtroqꝫ caſu alieno crimini communicat.

## Secunda quæſtio ſine argumentis.

SECVNDA q̃ſtio ſine argumẽtis eſt: Pro-
pter quid humanæ vituperatiõis metu quidã
orant: cũ ſatius ſit ſecundum Ambro. non red-
dere debitum, q̃ꝫ in referendo, iniuriã facere cre
A ditori. ¶ Hęc quæſtio vnũ ſupponit, videlicet
ꝙ orãs, aut aliud opus ex genere bonum pudore ſeu formi-
dine vituperationis & opprobrij faciens, ipſo nõ recto fine
peccat: qđ aperte in primis affirmat Ambro. ſuper verbo
apoſtoli. ij. ad Corin. ix. Vnuſquiſqꝫ prout deſtinauit in cor
de ſuo: non ex triſtitia aut neceſſitate. Hilarem eñ datorem
diligit deus &c. Ex ijs qui inferunt (intellige eleemoſynam)
hunc eligit deus cui retribuatur, qui deuoto corde operat̃:
quia qui inuitus facit ꝓpter præſentem pudorẽ, ne alijs in-
ferentibus turpis inueniatur: mercedem non habet. & gloſ.
ibidem: Qui dat vt careat tędio interpellantis, non vt refi-
ciat viſcera indigẽtis: & rem & meritum perdit. Et gentilis
ille Philoſophorum princeps Ariſt. iij. Ethi. inter quinqꝫ fal
ſas ſimilitudines fortitudinis, primam ponit quando metu
ciues fortia operant̃: ſecundam qñ honoris gratia, aut ob fu-
giendam vituperationem fortia exercent. Hinc apud popu
lum illum vel gentem fortiſſimi eſſe videntur, apud quam



timidi infames & fortes ĩ p̃cio habent̃. Et cõparãs has duas
ſpecies adinuicẽ, dicit ꝙ primi generis eo deteriores ſunt, ꝙ
nõ pudore, ſed metu adducti hoc agũt: nec dedecus fugiũt,
ſed pœnã. nõ eñ ſufficiens, ſed indebitus & incõueniẽs finis
eſt boni opis vel gloria hominũ vel tẽporatior fuga oppro
brij. Sed leuius credo ob cõfuſionẽ fugiendã operari bonũ,
quã ob eandẽ cãm ipſum dimittere qđ alias etiã nõ agere li B
ceret. Eccl. iiij. Pro aïa tua nõ cõfundaris dicere verũ. Eſt eñ
cõfuſio q̃ adducit peccatũ: & eſt cõfuſio quæ adducit gra-
tiam & gloriã. Et Chryſoſtomus. Qui nõ libere pronunciat
veritatẽ, quã libere ꝓnũciare cõuenit, proditor eſt veritatis.
xj. q. iij. nolite. Et Lucę. ix. Qui me erubuerit & ſermones me
os corã hoĩbus: hũc filius hoĩs erubeſcet cũ venerit in maie
ſtate ſua, & patris, & ſanctorũ angelorũ. ¶ Secũdo ꝓ intel
lectu q̃ſiti eſt aduertendũ ꝙ Amb. lib. iij. de Caim & Abel.
c. vj. inquirens cãm peccati Caim in offerendo, dicit diuiſio
nẽ defuiſſe eius ſacrificio. Ideo illi reſponſum eſt: Nõne ſi re-
cte offers, recte autẽ nõ diuidis: peccaſti: quieſce. Vnde di-
cit, Dñs in prima conditione rerũ, quas omnes ſimul facere
poterat, diſtinctionẽ ſeruare voluit: vt eam nobis in omni-
bus negocijs ſeruandam doceret: & maximè in viciſſitudi-
nibus gratiarũ: in quibus nõ ſatis eſt reddere qđ acceperis,
ſed cõmendare qđ reddas. Proba. Nã ſi quis debitũ ſoluat,
& in referẽdo iniuriã faciat creditori: intolerabilius eſt vtiqꝫ,
q̃ꝫ nõ reddidiſſe qđ debebat. Nõ recte ergo Caim diuiſit, q̃a
ante oĩa deo debuit deferre primitias, vt à gratia inchoaret
auctoris. Etenim diuiſionis hic eſt ordo, vt prima ſecundis,
& non ſecunda primis præcurrant: vt celeſtia terrenis, non
terrena cœleſtibus præferantur. Hæc ille. ¶ Dico igitur ad
quęſitũ quòd debitum poteſt reddi vel in tempore obliga-
tionis pro quo reddere tenemur: aut extra tempus pro quo
obligamur. Si ſecundo modo, tunc vniuerſaliter ſatius eſſet
debitum non referre: & procedit dictum Ambroſij de Ca-
im: quem non legimus pro tunc aſtrictum offerre. & eſt ra-
tio: quia tunc opus omittẽdo ſimpliciter non peccaret: & fa
ciẽdo peccat. Exempli gratia ponamus. ſum potẽs & diues; p̃ter

tamen debitũ ſeu obligationẽ honeſtatis offero prĩcipi ma-
nus, aut voco eundem ad prandium. ſi offerrem tantum tres
obolos, aut in prandio velim eundẽ oleribus tantum & lar-
do reficere, nulli dubium quin auare & illiberaliter agã. ſa-
tius ergo fuiſſet non offerre, aut eũ ad refectionẽ nõ vocaſ-
ſe. Sic dicit Ambroſius ſermone. ix. & ſermone. lix. Plerique
in domibus auro ſunt diuites: & tñ in eccleſia iuſtitia men-
dici. Dum enim circa pauperes nõ pro eo qđ ꝓualent ope-
rantur: nec hoc eſt gratum quod offerunt, nec illud ſatiabile
quod reſeruant. Dixit dominus ad Caim dum offerret mu-
nera ſua, Si recte offers, recte autẽ non diuidis: peccaſti. quie-
ſce. Sic & tu chriſtiane non recte diuidis, qui de tanto auro
tuo maiorem partem Mammonæ reſeruas, quàm domino
largiaris. Sed certe in tempore obligationis reddendi debi-
tum ſatius eſt & tolerabilius cum aliquali iniuria reddere,
quàm omnino nõ ſoluere. Patet ſi in termino conuento de
reddendo mutuum: parum deteriorem rem reddo, quàm in
bladis aut aliĳs acceperim: ſatius eſt quàm omnino conuen-
tum terminum præterire. Sic libro de pœnitentia dicit Au-
guſtinus non culpandam ſed laudandam eius patientiã qui
non habens charitatem, timore gehennæ confitetur in ꝑſecu
tione Chriſtum: & tolerabilius ei ſupplicium futurum, quã
ſi Chriſtum non confitendo, nihil horum pateretur, & ta-
men peccat Chriſtum aliter quàm debet confitendo, puta
metu pœnæ, iuxta regulam: Qui ex timore facit præceptũ,
aliter ꝗ̃ debet facit: & ideo iam non facit. de regulis iuris in
antiquis. Et hæc ſub benigna omniũ interpretatione de quę
ſtionibus propoſitis dicta ſint. Deo gratias.

¶ Sequitur de Simonia.

# Quodlibetica quæſtio nona eiuſdẽ, anno à ſalute humana. m. cccc xci. in ſcholis artium eiuſdem ſtudĳ ab ipſo diſputata.



PER VENERABI-
lem dñm Quodlibetarium
nũc cathedrantẽ fuit mihi
quæſtio theologica ꝓpoſi
ta cũ argumẽtis hæc: An li-
cet dare alicui pecuniã vt di
gnitatẽ ac merita ſuæ ꝑſo-
næ collatori exponẽdo, bñe-
ficiũ ei procuret. Dimiſſis
argumẽtorũ reſumptione,
& proteſtatione ſanæ fidei,
quã pro repetita haberi pe
to: ꝓ q̃ſiti reſolutiõe primũ media inducã quibus ſuã praui
tatẽ & labẽ hãc ſimonię hoĩes tegere ſatagũt et palliare. De-
inde qd ſymonia, & quot modis cõmittit: & naturali an po
ſitiuo iure obliget ad reſtitutionem. Tertio obiecta ſoluam.
¶ Quo ad primũ vr̃ licere vt qs ſpũaliter emat aut vẽdat,
hoc medio. Inter oĩa ſpũaliſſimũ eſt regnũ cœlorũ, ſeu vita
æterna; qđ tñ abſq; vitio emim⁹. dicit eñ Mat. xix. Vade et
vẽde oĩa q̃ habes &c. & habebis theſaurũ in cœlo. et eodẽ. c.
interrogãti Petro: Ecce nos reliquimus oĩa &c. rñdit Salua
tor: Amẽ dico vobis, ꝙ vos q ſecuti eſtis &c. Itẽ Luc. xix.
Facite vobis amicos de mãmona iniq̃tatis: vt cũ &c. Et ne
qs putet liberalẽ eſſe dei munerationẽ, ꝙ illo reſpectu nihil
deo liceat dare, (iuxta illud Bernardi: Nõ ſine p̃mio diligit̃
de⁹: ꝗ̃uis ſine p̃mĳ ĩtuitu diligẽdus ſit) ĩduco parabolã Sal
uatoris de patrefamiliàs q ad horã vndecimã ĩproperãter q-
buſdã dixit: Quid ſtatis tota die ocioſi &c. Eiſq; rñdẽtibus,
Quia nemo nos cõduxit: ait ipſe: Ite & vos in vineã meã: &
qđ iuſtũ fuerit, dabo vobis. Mat. xx. Itẽ et Amb. tractãs il-
lud filĳ ꝓdigi cõſumpta ſubſtãtia ſua, Quãti mercenarĳ in
domo &c. O, inq̃t, ſi nos q̊q; mercenarios digneris cõduce-
re, licet ſero venicntes. qb⁹ in locis, ſpe p̃mĳ, vt cõductio p̃ſe
ferre videt̃, inuitamur deo ſeruitiũ exhibere: qđ exẽplariter
ꝓbatũ vr̃ illo ꝓphetæ v̈bo: Inclinaui cor meũ ad faciendas
iuſtificatiões tuas ꝓpter retrib. Pſal. cxviĳ. ¶ Scđ'o ſic. licet

emere ſacramenta:ergo &c, Antecedens probo de ſacramēto matrimonij.licet em̄ Berthæ ꝓmittere dotē centum renenſium annui reditus vt cōſentiat in matrimonium. Nec releuat ſi dicat̄ matrimoniū nō ſolū ſacramentū eſſe,ſed in naturæ officiū:ꝙꝙ ex ea parte ꝓ matrimonio pecunia datur. Nā vt beatus Tho.& doctores alij.xxv.diſt.iiij. tradūt: in ipſo cōtractu matrimonij cōſiſtit ſacramentum etiā ſine ſacramētali bn̄dictione,qđ ex eo cōſtat,qm̄ ſecūdis nuptijs benedictio ꝓhibet̄.de ſecūdis nuptijs.c.j.ſed iuxta Paſchaſij ſententiā quiſquis horū alterum vendiderit,ſine quo reliquum nō prouenit:neutrū inuenditū relinquit.j.q.iij.ſi qs obiecerit. ¶ Cōfirmo hoc quadrūpliciter. Primo,pro miniſtratis ſacramētis iure cōpelluntur laici aliquid ex ſoluere, cogunt̄ em̄ laudabilē cōſuetudinē obſeruare.c.ad apoſtolicam.de ſimonia.Cū ergo ad peccatū nemo iure cōpellatur. xxij.q.j.ſi pctm̄.&.xxiij.q.iiij.qui peccat.ſequit̄ ꝙ ꝓ ſacremētis licet aliquid dare. Nec referre videt̄,an ante vel poſt aliquid detur:qa dare eſt quādocūꝗ dare.ca. eos.j.q.j.licet ob cautelā,& ne puſillis ſcandalū fiat,eccleſia p̄cipiat ne qcꝗ ante exigat̄,dicto ca.ad apoſtolicā. Secūdo cōfirmo,ꝓ miſſa celebrāda licite datur & accipit̄ preciū:vt de hoc eſt textus ca.ſignificatū.de præbēdis.vbi cōfirmat papa conſtitutionē ꝙ ſacerdos ad præbendā illā admiſſus,inde teneatur qualibet die miſſam de nr̄a dn̄a celebrare,niſi corporis valetudine,aut alia rationabili cauſa ab onere illo quo ad ſuā perſonā ſupportetur. Etiā qđ relictum eſt eccleſiæ vt miſſæ celebrētur,pōt reuocari ſi cōditio hoc explicās adiecta fuerit:ſi minus,eccleſia cōpellitur ad modi obſeruationē.c.verū de cōditi.appo.& ibi per gl.& doctores. Pōt enim quilibet ſuæ rei pactū apponere legibus nō improbatū.l.in traditionibus.ff.de pactis.C.de contrahenda emptione.l.iij.in fine. Hoc confirmatur tertio. Tenemur ſub pœna damnationis baptiſma ſuſcipere,imò & paruulo procurare: alioqui cenſemur ſpiritualiter occidiſſe,cui ſimile de morte corporali probatur.lxxxiij.diſt.in principio. Non grandis differentia eſt,lethum inferas,vel admittas &c.lxxxvj.diſtinc.paſce de

morte



morte ſpūali.xxiij.q.iiij.ipſa pietas.xxvj.q.vj.c.p̄ſbyter.& c.agnouimus. Sed accidit ſacerdotē nolle baptizare niſi ꝓ baptiſmo pecunia det̄:ergo adulto pro ſe,vel alteri ꝓ paruulo licet pro ſacramēto baptiſmi pecuniā dare:& quāuis obuiare videat̄ p̄ceptum nō emendi ſacramenta:tn̄ p̄ceptū ſuſcipiendi vel procurādi baptiſma aſtringit fortius:cū ſine baptiſmo nequeat paruulo eſſe ſalus:& tātę ſit neceſſitatis adulto,vt ab hæretico,degradato,& quantumuis criminoſo licite recipiat in neceſſitate.xxiiij.q.j.ſi quē forte.ſecus de alijs ſacramentis:vt ibi.c.duobus ſequentibus. Quarto cōfirmat̄. Potior cauſa quare illicitum dicit̄ emere aut vendere ſacramenta,hæc videtur,quia eorum nequit preciū condignum haberi.ſed hoc nō.æquale enim eſt vnū baptiſma alteri:potero ergo Ioanni tradere baptiſma ſub pacto vel conditioae vt me baptizet:& ꝓ eo cantare miſſam,vt pro me miſſam dicat.etiam liberalitatis eſt,rem q̄ plus valet,minoris diſtrahere:ergo ſine vitio pōt ſacramentum ꝓ exiguo munere tradi. ¶ Tertio principaliter ſic:Pro diuino ſeruitio licet p̄ciū capere:& idē vr̄ de alijs ſpūalibus.ergo &c. Prima pars patet:licet p̄bendā accipere ꝓ bn̄ficio,ꝓ quo præbēdam dari dinoſcit̄.bn̄ficiū aūt dat̄ ꝓpter officium.de reſcrip.c.fi.lib.vj.Et ſi veritatē de fonte q̄rere libet, Nume. xviij.legimus:Si p̄clara & meliora q̄ꝗ obtuleritis ex decimis:reputabit̄ quaſi de area & torculari dederitis primitias & comedetis eas in oībus locis veſtris,tam vos q̄ꝫ familiæ veſtræ:qa preciū eſt ꝓ miniſterio quo ſeruitis in tabernaculo teſtimonij &c.ſed precio rn̄det aliud quaſi merx.ergo miniſteriū ſpūale licite vendit̄ ꝓ iure p̄cipiendi tp̄alia. Et cōfirmat̄,qa canonici cum diſtributiones ſunt pingues,viſitant matutinas,miſſam &c.aliàs eccleſiā minime viſitaturi.& pauperibus paciſcimur ꝓ pſalterio legendo certā pecuniæ quātitatē nos exſoluturos. Idem fit cum cantoribus & alijs qui eccleſiam officiare habent:imò cum vicarijs in cura animarum:nec videtur illicitum:cū paſſim toto orbe fiat:ergo licet ſpirituale officiū locare & cōducere. ¶ Quar o principaliter ſic,præbendas licet emere,& pro pecunia

cõferre:ergo &c. Antecedẽs patet primo ſpecialiter de ſum
mo põtifice: qa lex Iulia ambitus ceſſat in vrbe Romana:
eo ꝙ magiſtratus illic princeps creat: vt eſt textus in.l.vni=
ca.ff.ad legẽ Iuliam ambitus.ergo à ſimili ceſſat turpitudo
ambitus beneficiorum, cum à principe ſpirituali (videlicet
pontifice ſummo) bñficia impetrant: & ad minus ſi de ſnĩa
& tolerãtia papæ p̃benda p̃cio emit, vr̃ tacite diſpẽſare põ
tifex, vt non ſit locus pœnæ ꝓ ſimonia hmõi: vt tenet Palu
de.xxv.diſt.iiij.q.iiij.arti.j.conclu.iij.& ſequit eum ſumma
Baptiſtæ tã in ꝓhibitis qa ſimoniaca, q̃ꝫ in alijs: in verbo
ſimonia.j.§.j.Scd̃o ꝙ ab alijs liceat emere, ꝓbat.eo iure cen=
ſet qs emere beneficiũ, quo & redimere.ca.querelã.de ſimo=
nia.ſed precio licet beneficiũ eccleſiæ de manu laici redime=
re, imò ꝑ viã mutui: vt eſt textus de vſuris.c.j.ergo &c.Cõ
firmo hoc ſecundum Aug.ij.de trini.c.vj.Diuerſæ volũta=
tes proximos habent fines, q̃ referũtur ad finẽ illius volũta=
tis qua volumus beate viuere, & ad eam vitã ꝑuenire q̃ nõ
referat ad aliud. ſed amanti ꝑ ſe ſufficiat. & infra. Rectę aũt
ſunt omnes voluntates ſibimet religatæ, ſi bona eſt illa quo
cunctæ referunt. ſi aũt praua eſt, prauæ ſunt oẽs. ex hoc ſic:
Quis põt emere beneficiũ vt in honeſta reſidentia deo ſer=
uiat, & de excreſcẽti illius p̃bẽdæ pauperes alat: & furta, do
los & ſtupra eorũ, ad q̃ mendicitas prona eſſe ſolet, prohi=
beat. hos fines nemo dubitat rectos eſſe & laudabiles: ergo
& volũtates mediæ. Si Auguſtino nõ creditur, euãgelio ſal=
tẽ fides adhibeat: Si oculus tuus fuerit ſimplex, totum cor=
pus tuum lucidum erit. Matthæi.vj. Per oculum autem in=
tentionem, ſeu volũtatem finis, vt ex decurſu textus appa=
ret, Saluator intelligit. ergo &c. Secundo cõfirmatur appa=
rentiori medio ſic. Boni finis: intentio in beneficij emptione
culpam attenuat. ergo intentio finis incomparabiliter me=
lioris penitus culpam excludit. conſequentia tenet per regu
lam Philoſophi.vij. Phyſicorum: Si mouẽs mobile moueat
ꝑ aliquod ſpatium in certo tempore: duplũ mouens mouet
idem per duplum ſpatium in æquali tempore, vel per idem
in medietate temporis. ergo ſimiliter vbi bonitas finis cul=



pam ad aliquam quantitatẽ extenuat, dupla bonitas duplo
attenuabit: & ſic vltra in infinitũ, ergo bonitas finis quæ im
menſe alios excedit, rationẽ omnẽ clupæ excludit. Da enim
oppoſitum, quòd ſcilicet attenuet in certa proportione: & à
bonitate primi finis contingit duplando in infinitum ꝓcede
re: quòd tamen nunquam pertingatur ad æqualitatem finis
incõparabiliter excedentis. tandem venietur ad finem aliquẽ
intermedium æquè attenuãtem culpam vt finis vltim9. Idẽ
videtur probare ſententia Philoſophi primo de cœlo, &.
viij. Phyſicorum, ꝙ virtus infinita corpori exiſtens, neceſſa
rio in inſtanti mouet. ergo ſimiliter bonitas in infinitum aliã
excedens, non poterit culpam admittere: ſicut nec virtus in=
finita in ſua motiõe ſucceſſionem. Cõfirmat tertio, vt tradit
doctor ille eximius Gerſon Cãcellarius Pariſieñ. Dare ſpiri=
tuale ꝓ temporali primo vt precio adæquato, ſecũdo vt ꝓ
motiuo principali vł fine vltimo, eſt ſimoniacum, Sed ſi fiat
pro tẽporali, vt propter motiuum min9 principale, vel finẽ
ſub fine, aut quarto tanquam pro ſtipendio miniſtro diui=
no iure debito, vacat à ſimonia. Quod ꝓ reſolutione ſuccin=
cta & ſolida idem doctor venerabilis patribus obtulit ĩ cõci
lio Cõſtantieñ, adducens quintã cõſideratiõnẽ in ꝓbationẽ
ꝙ tertio modo licet, illud ꝓphetæ: Inclinaui cor meum ad fa
ciendas iuſtificationes tuas ꝓpter retributionẽ. quę vtiqꝫ re
tributio ꝑ ꝓphetã vlterius ĩ deũ referebatur, tanq̃ꝫ finis ſub
fine. vbi autem vnũ propter aliud, ib vnũ tm̃. intendit allega
re ex.iij. Topic. Quod certe euidentius probare videt verbũ
Auguſt. lib. de ſermone domini in monte, in verbo, Cauete
ne iuſtitiã veſtrã &c. Quemadmodũ qs nõ abſurde loque=
ret q diceret, In hæc opera qua nauẽ quęro: nõ nauẽ quęro,
ſed patriã: ſic apoſtol9 cõueniẽter diceret, In hac opera qua
hoĩb9 placeo, nõ hoĩbus placeo, ſed deo: qa nõ illud appeto,
liter & multo magis ſi deſiderat vt in furia quẽpiam occidat
vel virginẽ ſtupret,& ſic de alijs , & idem iudiciũ eſt de alijs
modis ignorandi à furia,puta in ſomno,vel ꝑ aliã inuincibi
lem vł probabilem ignorantiã.Ex hoc patet ꝙ̃ ſancta deſide
ria ſint optare vt ꝓbabili iuris vel facti ignorantia quis poſ
ſit alienis bonis diues eſſe,& illa ad vitam poſſidere,velle ꝑ
cuſſiſſe aliquẽ in ſomno,optare vt aliquẽ occiderit ſine pec=
cato, vel etiã iuxta priorem ſecũdã ꝓpoſitionẽ optare vt li=
ceat ſic velle.Ex quo ſeqtur corrolarie ꝙ mortale peccatũ eſt
cõſentire in carnale cõmerciũ cũ nõ ſua ſub furia vł ĩ ſom=
no aut ſub probabili ignorantia facti, ſiue præteritũ ſit ſiue
futurũ,quanuis inde ponatur ſecutura vel ex hoc ſecuta cau
ſa cõuerſiõis alicuius totius regni ad fidem.Et circa hoc no=
ta quod dicit Palude.ix.diſt.in.iiij.q.iij.de conſenſu in pollu=
tionẽ nocturnã.℄Quarta ꝓpoſitio,Corrupti animi euidẽs O
argumẽtũ eſt ſi gaudet iudex in fauorem amici ꝙ iuſto erro
re cõtra iuſtitiam ꝓnunciauerit,vł quòd actorum qualitas
talis fuerit,vt contra veritatem forte cognitam pronunciare
đbuerit vł animo đcreuerit,aut forte ꝓmittit ſi vł vnã gloſ
ſam cũ doctore habere poſſit,pro amico pronunciabit , vel
ad minus in paritate opinionum,ꝙ̃ꝙ̃ dubius permanſerit,
hoc faciet : quia in his oĩbus non ſatis affectus verę iuſtitiæ
inuenitur,ſed eſt eius dextra,dextra iniquitatis.Pſal.cxliij.cũ
plus gratiæ & fauoris amico habeat ꝙ̃ verę iuſtitię:imò ho
ſtis iuſti eſt ſi de oppreſſione iuſtitiæ quę eſt virtutis iuſtitiæ
obiectum,gaudet:quemadmodum hoſtis veritatis cenſetur
q gaudet ſe cõtra veritatem depoſuiſſe,licet deceptus fuerit
iuſto errore, ſed licite gaudet ꝙ in illis à deo ſeruatus fuerit
à peccato.Et quia non ſolum agit contra conſcientiam qui
agit contra fidem vel opinionem quam habet de agendo,

ſtudis etiam qui agit contra dubiũ cõſcientiæ, iuxta verbum apoſtoli: Omne qđ non eſt ex fide, peccatũ eſt: caueat iudex qui dubius ꝓnũciat de pœna ſuſpenſionis per annũ, de qua in. c. cũ æterni. de ſen. & re iudicata. lib. vj. Attẽdat vt in eius iudicio nihil fauor vendicet aut odiũ, ſolũ deũ & iuſtitiam præoculis habeat, vt in ſentẽtia vitet̃ corruptio. Corruptio enĩ iudicis quo ad vltimã partẽ propoſitionis põt exẽplari ter declarari de medico qui ꝓmittit apothecario vt primũ occurrerit caſus, vbi ſecundũ vnius doctoris ſententiã illud medicamen dicat̃ valere: q̃tuis alij contradicãt, dabit ęgro-

P to, eueniat vt poſſit: vt apothecarius lucret̃. ¶ Ad argumẽta ante oppoſitũ. Ad primũ dico, aliqđ licere cõtra iuſtitiã, implicat: ſicut iniuſtũ eſſe iuſtũ. nã qđ contra iuſtitiã eſt, iniuſtũ eſt: & ſi hoc licet, eſt iuſtũ. ergo ſicut optare vt aliqđ liceat contra dictamen rectę ratiõis, vel vt aliqđ liceat contra p̃cepta iuris naturæ indiſpẽſabilia, eſt optare cõtra debitũ rationis ordinẽ, & ſic peccare: ita optare vt aliqđ liceat contra iuſtitiã. Et cũ dicit̃, licere excludit omnẽ deordinationẽ: verũ eſt ab obiecto cui põt cõpetere: ſed nõ ab eo qđ eſt eẽ contra iuſtitiã, cõtra rectã rationẽ, & ſic de alijs. & cũ dicit̃

Q optare aliqđ iniuſtũ ſub cõditione ſi licet, excludit omnem culpã: ergo & optare vt liceat cõtra iuſtitiã. Dico ad antecedẽs: nemo põt optare iniuſtũ ſcienter ſub cõditione ſi licet, q̃a ſciẽs conditionẽ nõ extare, ſtatim deſinit velle vel optare qđ ſolũ ſub conditione voluit vel optauit. Et in ꝓpoſito ponit̃ vt optare liceat cõtra iuſtitiã, ſi ponitur aduertere iniuſtitiã: ſecus ſi optet abſolute vt aliqđ ſit iuſtũ: q̃a ſi oppoſitum nõ neceſſario eſt iniuſtum, hoc optare nõ ponit deordinationem: & ſic nihil ad ꝓpoſitum de illis cõditionibus ſi recte facta eſt conſecratio, vel ſi tu es Chriſtus: vbi cõditio nõ ſcitur non extare. ¶ Ad ſecundum, iudex in ꝓnunciãdo contra iuſtitiã non excuſatur à peccato niſi per ignorãtiã: vnde ſi ſcit contrariã opinionẽ eſſe veram, vel dubitet, peccat: quia non ex fide agit. optare autẽ vt ſub probabili ignorantia contra iuſtitiam faciat, quẽadmodum optare vt ſub tali ignorantia cum aliena concumbat, vel in furia aliquem



occidat: eſt peccatũ. Et ad maiorẽ ꝙ ꝓcedit quãdo illa qualitas afficit ipſum velle ſicut volitũ: & ſic non eſt in ꝓpoſito: R
q̃a iuſta ignorãtia afficit factum iudicij ſeu ſententiæ cõtra iuſtitiã: & nõ ipſum velle, eo ꝙ ſcienter vult & optat vt ſub iuſta ignorãtia prętextu cõmunis opinionis poſſit cõtra iuſtitiam pronũciare, ſicut velle furioſi nõ afficitur iuſta ignorantia cum in lucido interuallo cupit occidere vel occidiſſe aliquem in furia. Et ad probationẽ ex beato Tho. dico vt ibi dicit in ſolutione ad vltimum: ignorãtia circunſtantiarum ſe tenet ex parte obiecti. in ꝓpoſito cũ excuſatur iudex, ignoratur ſententia eſſe contra iuſtitiam: & caſu argumenti velle cadit ſcienter ſuper hoc qđ eſt eſſe ſecundum opionẽ contra iuſtitiam tũc ignoratam. huius ſimile, violentia excuſat renitentem à culpa adulterij, ſed non optantem vt ꝑ violentiam ſtupretur. Et ad confirmationẽ dico ꝙ nõ eſt ſimile, q̃a cõditio illic releuans à peccato, æquè afficit cõſenſum ſicut actum, puta ſtatus matrimonialis. non ſic in ꝓpoſito qualitas iuſte ignorãtiæ: ſicut nec in exemplo dato violẽtia afficit affectũ vel deſideriũ quo optat ꝑ vim ſtuprari à Ioanne vl' Petro quem amat. ¶ Ad tertiũ. Aliud eſt optare vt aliquid liceat, & ſit iuſtum: aliud vt liceat contra iuſtitiã: & velle vl' optare illud eſt deordinatũ & culpabile: optare autẽ vt aliquid liceat, nullam culpã arguit quãdo nõ eſt cõtra ius immutabile. vnde, vt dixi, nõ licet optare vt ĩ caſu agere cõtra rationẽ nõ ſit malũ ſeu peccatũ. ¶ Ad quartũ ſatis patet ex dictis: ſicut nõ licet velle ſeu optare vt deus nõ velit hominẽ teneri ad nõ peccandũ, vel ad nõ agẽdũ cõtra rectitudinem virtutis, vl' vt velit licentiare hominẽ ad male agẽdũ, ad odiendum deũ, ad ſpernẽdã virtutẽ &c. ſed de q̃buſdã licet optare vt velit: ita vt ex dictis patet, de q̃buſdã licet optare vt iuſta ſint: non autem de omnibus.

TERTIO petitur, ſi iudex ſic non facit: facturus tamen eſſet vbi pecunia offerret̃: an hoc arguit in iudice corruptionem & peccatũ? Et videtur ꝙ ſic, primo: ad hoc vt quis ſtudioſe vl' bñ moraliter agat, ſecũdum Philoſophũ. ij. Et hic. tria

requirunt̃.Primũ,vt ſciẽs operetur: ſecundum,vt eligẽs,&
ꝓpter hoc, ſcilicet ꝓpter bonũ virtutis.tertiũ,vt firme &
immobiliter,ſed iudex ſic qualificatus nõ agit firme & im-
mobiliter.ergo nec bñ moraliter.Et cõfirmat̃:quia infirmi
&c.adhuc corrupti animi eſt q verbũ dei ſuper petroſa reci-
pit:& qa radicẽ nõ habet,orto ſole id eſt ingruẽte aliqua tẽ
tatione exareſcit:qa nõ habet radicẽ. Mat.xiij. ¶Secunda
ſic,Eccl'i.xlij.dicit,Melior eſt iniquitas viri,ꝙ mulier bene-
faciẽs.Sed mulier benefaciẽs videtur quę remiſſe & molliter
agit opus ſuũ abſq; zelo & feruore.Vnde Hiero. ſup illud
j.Canti.j.Si ignoras te o pulcherrima mulierũ &c.Si volue-
ris indifferenter agere inter cæteras animas cõis vitæ hoim,
quas hic mulieres appellat,inter quas tu pulchra es, vtpote
quæ iã oſcula verbi dei ſuſceperis,& cubiculi eius arcana per
ſpexeris:ſi inquã te nõ cognoueris,ſed indifferẽter vt cõmu-
ne vulgus agere volueris.exi poſt veſtigia gregũ,id eſt eſto
in reliquo grege ſi nihil egregiũ poſt hæc q̃ in te collata ſũt
agis,neq; temetipſam à cõuerſatiõe gregali ſequeſtraueris:
& eris nõ ſolũ in grege,ſed in veſtigijs gregũ.vltim9 eñ fiet
& nouiſſimus,q primatus ſuos nõ intellexerit.Et cõfirmat̃:
vt opus fiat mortaliter bñ,oportet illud facere non ſolũ vbi
et qñ,ſed cui,qũo & qualiter oportet.ſed talis iudex tã leuis
& facilis nõ adhibet neruũ ſeu vim feruorẽ ſeu zelũ animi
vt bñ agat:ergo videt̃ ſubiacere ꝓuerbio:Qui mollis & diſ
ſolut9 eſt ĩ ope ſuo frater eſt ſua opa diſſipãtis. Prouer.viij.
& ꝑ cõſequẽs nõ agit bñ moraliter.¶Tertio ſic,nemo eſt
in ſtatu ſalutis q nõ ſit diſcipul9 xp̃i.ſed nemo eſt diſcipulus
xp̃i,niſi fuerit parati animi relinq̃re oĩa ꝓ xp̃o:qđ nõ cõue-
nit iudici tãtæ leuitatis vt accepto munere cõtra iuſtitiã ꝓ-
nũciet:cũ ſit multo facilius munera ſpernere,ꝙ ſua relinq̃re:
Minor patet ꝑ illud Luc.xiiij.Qui nõ renũciauerit oĩbus q̃
poſſidet &c.qđ gl.exponẽs dicit relinquere oĩa eſſe ꝑfectio
nis:ſed renũciare oĩbus,cõe ijs qui licite tp̃alibus vtẽtes ad
æterna cõtendũt.Et hoc ꝓbare videt̃ clauſula p̃cedens: Qui
venit ad me,& nõ odit patrem ſuum &c.amplius & animã
ſuam:nõ põt meus eſſe diſcipulus.Præterea hõ tenet̃ parati



animi eſſe ad oĩas cõſilia quæ ſaluator in ſermone dñi in mõ
te tradidit,cũ neceſſariũ eſſe ꝑſpexerit ad ꝓximorũ ſalutẽ.c.
paratus.xxiij.q.j.Et eſt ratio,qa tenet̃ quilibet Chriſtianus
fundamẽtũ habere Chriſtũ:qđ nõ habet tantæ leuitatis ho
mo vt ꝓ munere Chriſtũ deſerat,iuſtitiã vendẽs vel proſti
tuẽs.ergo.Quarto ſic:iudex ſic diſpoſitus quãuis non vẽdit
actu iuſtitiã,habitu nihilomin9 eã vẽditiõi exponit,et vena
lẽ habet.Igitur eo ipſo peccat mortaliter,& iuſte culpat̃ leui
tatis. Antecedẽs patet,qa vt primũ munus offerretur ꝓ ſer-
uãda vel ꝓſtituẽda iuſtitia,caperet ergo habitualiter &c.Et
cõſequẽtia tenet:qa ad merendã vitã æternã ſufficit habitua
lis relatio in deũ:vt patet ſecundũ oẽs doc.in diſtracto dicen
te miſſam,vel fortæ peregrinante.ergo etiã ſufficit ad meritũ
dãnationis æternæ:cũ ſit multo facilius peccare,ꝙ bñ age-
re.Et confirmatur,dicit Cicero lib.de amicitia: Sunt firmi
ſtabiles & conſtantes eligendi cuius generis eſt magna pe-
nuria & iudicare difficile ſane niſi expertum,& infra:Qui-
dam ſæpe in parua pecunia perſpiciunt̃ ꝙ ſint leues: quidã
aũt quos parua mouere nõ potuit,cognoſcũtur in magna.
Si vero erũt aliqui reperti qui pecuniã p̃ferre amicitiæ ſordi
dũ exiſtimẽt,vbi eos inueniemus qui honores magiſtratus
imperia poteſtates opes amicitiæ nõ anteponãt?Ergo leuis
eſt cũ nõ ſatis & ad verũ põdus iuſtitiã diligit.Et ſæpe ma
ior eſt infirmitas corporis dũ latet,puta dũ morbo victa eſt
natura:& moribũdi ſe alleuiatos dicũt.ſic in ꝓpoſito. ¶In A
appoſitũ arguit̃,qa habitibus nõ iudicamur à dño,ſed acti-
bus.ij.ad Corinthios.v.Omnes nos manifeſtari oportet an-
te tribunal Chriſti,vt referat vnuſquiſq; prout geſſit in cor
pore ſiue bonũ ſiue malum.Et in iudicio diſceptatiõis Mat.
xxv.pro ſolis actibus mittuntur in ignem æternum.Et con-
firmatur:quas per veram pœnitẽtiam non ſtatim exuimus
habitus malos,ſed manẽt.& Luc.ij.ab angelis decantatum
legimus,Et in terra pax hominibus bonę voluntatis,nõ bo
norum habituum.Homo autem cuius propoſitum eſt ama
re deum & proximum non ſecundum hominem,ſed ſecun-
dum deum:proculdubio bonę voluntatis dicitur.quæ vſita

tius in ſcriptura charitas noiatur:vt dicit Aug.xiiij.de ciui.
dei.c.vij.ergo leuitas habitualis nihil videt̃ iudici obeſſe.In
hac q̃ſtione fuit error Ioã.Hus.ꝙ nihil boni fit ab hoie vitio
B ſo.Vnde inter articulos ei9 in cõcilio Cõſtã.cõdẽnatos.clix.
eſt iſte:Diuiſio ĩmeditata humanorũ operũ eſt ꝙ ſunt vir=
tuoſa,vel vitioſa:qa ſi homo eſt vitioſus,& agit quicquã:
agit vitioſe.& ſi hõ eſt virtuoſus,& agit quicquã:agit vir=
tuoſe:qa ſicut vitiũ qd' crimẽ dicit̃ ſeu mortale pctm̃,infi=
cit vniuerſaliter actus hois vitioſi:ſic virtus viuificat oẽs
actus hoĩs virtuoſi.cui errori valde videt̃ fauere glo.Matt.
vij.Nemo põt duobus dñis ſeruire,aut em̃ &c.nihil eſt me=
diũ qcqd facis:aut facis ex amore dei:aut facis ex ſeruitute
diaboli.pone ergo peccatorem agere ex naturali pietate,&
nõ ex amore dei:oportet ergo iuxta gloſſã dictũ ipm illud
agere ex ſeruitute diaboli,& ſic inficit̃ opus.&.iij.Ethi.dicit
C Philoſophus,Qualis em̃ quiſqꝫ eſt,talis ei & finis videt̃.&
vj.Ethic.deducẽs ꝙ tẽperãtia eſt cõſeruatrix prudẽ.iæ,quia
nõ totũ iudiciũ corrũpit aut ꝑuertit voluptas & dolor,ve=
luti ꝙ triãgulus duobus rectis æquales tres angulos habet
vel nõ habet:ſed illud qd' in agẽdo verſat̃.principia em̃ rerũ
agendarũ ſunt quorũ gratia illa agunt̃.Ei autem qui corru
ptus eſt ob voluptatem vel dolorem,repente non apparet
principium,neqꝫ oportere gratia huius neqꝫ ꝓpter hoc ſuſ=
cepiſſe omnia & egiſſe.Nam vitium principij corruptiuũ
eſt.&.vij.Ethi.Principium ipſum virtus conſeruat:vitium
corrumpit.illud autem gratia cuius principium eſt in acti=
bus,perinde vt ſuppoſitiões ipſe in mathematicis. Neqꝫ igi
tur ibi ducendorum principiorum eſt ratio,neqꝫ hic:ſed vir
tus aut naturalis aut aſſuetudine parta cã eſt opinandi circa
principium recte,ſed veritas eſt ꝙ homo quãtuncunqꝫ de=
prauatus & habitu corruptus poteſt pro tempor recte iu=
dicare de agendis,& moraliter bene agere. Vnde Philoſo=
ph9.iiij.Ethi.c.de veritate.Atqꝫ qualis vnuſquiſqꝫ eſt,talia
tam dicit q̃ꝫ agit,niſi alicuius gratia agat.ergo quis contra
D inclinationem habitus & ſentire & agere poteſt. Et patet
iſtud manifeſte de pœnitentibus qui habituati ſunt ad intẽ=



perantiam & huiuſmodi.Vnde ſicut cõtĩgit ſapientẽ aliquẽ
agere inſipienter & male, ita econtra. Sunt enim habitus in
anima quod põdus vel leuitas ĩ corporib9.Amor me9 (inqt E
Aug.)pondus meũ.illo feror quocunqꝫ feror.& vt põdus im
peditur in corporib9 ne moueat deorſum,aliquando ꝑ vim
aliquãdo pręter naturã,& aliquãdo ſecundũ naturã: (primi
vt dum lapidẽ proijcio ſurſum: ſecũdi,dũ magnes trahit fer
rũ ſurſum:tertij,ſicut ferrũ quieſcit in ſuperficie terrę) ſic dũ
priuat̃ homo vſu ratiõis, quaſi ꝑ vim ĩpedit̃ habituũ vſus.
ſecũdi,cũ ꝓpter habitũ cũ triſtitia & dolore ſeu reniſu agit
cõtra inclinationem habitus.tertij,cũ voluptate vel dolore
pręuenitur habitus,vt nec conſideratio nec motus ſecundũ
habitum fiat:ſicut ferrum non reſiſtit tractui magnetis: &
ideo vt tradũt naturales ferrũ vni9 librę ſeu talẽti adiectum
magneti q ipſum trahit,nihil põderis addit,ſed reperit̃ tãtũ
pondus corporis magnetis,ſic ꝙ ex curpore męgnetis põde F
ris,vni9 librę & ferro tracto vnius librę ſolũ fit põderatio ĩ
ęquali libra vnius talẽti ſeu librę tãtũ. ¶ Hoc ſuppoſito ꝓ
reſponſione ad quęſitum pono hanc vnicã ꝓpoſitionẽ:Prę
ſumptionis eſt aſſumere illud muneris ad quod ferendũ vi=
res nõ ſuppetunt.patet Prouerb.xvij.Qui altam facit domũ
ſuam,petit ruinam.Item Greg. Quiſquis ſacerdotium nõ ad
elationis pompam,ſed ad vtilitatem adipiſci deſiderat:prius
vires ſuas cũ eo qd ſubiturus eſt onere metiatur:vt ſi eſt im
par,abſtineat:& ad id cũ metu etiam cui ſeſe ſufficere exiſti=
mat accedat.i.q.i.non eſt.Itẽ Hieremię.xlviij.Sublimitatem
Moab,& arrogãtiã,& ſuperbiam, & altitudinẽ cordis eius
ego ſcio,dicit dominus:iactantiã eius, eo ꝙ nõ ſit iuxta illã G
virtus eius:nec iuxta qd poterat conata ſit facere.Pręterea q
cunqꝫ exponit ſe diſcrimini peccati,eo ipſo peccat,vt eſt re=
gula magiſtralis fundata in verbo Sapientis. Eccleſiaſtici.
iij. Qui amat periculum, peribit in illo. Sed ſic facit iudex
tam leui animi.Hinc Eccleſiaſtici.vij.dicit ſapiens. Noli quę
rere.fieri iudex, niſi virtute potens ſis irrumpere iniquita=
tes: ne forte extimeſcas faciem potentis, & ponas ſcan=
dalum in agilitate tua. Vnde ſi velit vere pœnitere, neceſſe

ad illũ ſit alia ex cā obligatus. Nec licet iudici quoquo mõ optare vt ĩ cuiuſcũq; fauorē licite contra iuſtitiā ꝓferre poſſit. igit̄ iudex q ſuę fragilitatis eſt conſcius vt in alterā partē oblato munere flecteret, nõ põt officiũ iudicaturę licite appetere, vel iniunctũ exercere. ℂ Cõtra corollariũ arguit dominus Q̄dlibetarius. Impoſſibile eſt hominē inter duo peccata vere eſſe ꝑplexũ, iuxta. c. nerui. xiij. diſt. & ibi oēs doctores. Et eſt ratio, qa nemo põt ad ĩpoſſibile obligari: vt eſt regula iuris in. vj. &. Augu. Nemo peccat in eo qđ vitare non põt. Sed prelatus quātęcunq; fragilitatis fuerit, tenet̄ papæ obedire: & ergo excutiendo onus iudicaturæ incurreret inobedientiā: ergo nõ obſtāte fragilitate põt onus iudicaturæ exercere. Etiā ꝙ fragilitas nõ obſtet, ꝓbatur: qa põt quis bona & optima volũtate velle cogi ad obſeruantiā mandatorum dei: cũ hoc ſit vnicuiq; vtile ad ſalutem. ergo põt licite velle munere allici vt ſeruet iuſtitiā, qđ ſub vno mādato cõtinet̄. ℂ Reſpõdeo ad primũ, cũ rationabilis cā ſubeſt, põt ſe à mandato excuſare, iuxta. c. ſi qñ. de reſcrip. & euitat periculũ inobedientiæ. Etiā ſi ei ſub nomine dignitatis cõmittitur ꝓprio nomine minime expreſſo, poteſt ſubdelegare: & patent multę vię euadēdi in obedientiā; imò quãuis de cauſis docere nõ poſſet, ſciens ſibi periculũ ſcandali imminere, deberet potius excommunicationē humiliter ferre, q̄ in eo obedire: ſicut in caſu. c. inquiſitioni. de ſentent. excõmunicat. nec eſſet vere contumax vel inobediēs, q̄uis q̄ reputaret̄ talis. Ad confirmationem dico, ſicut peccatum eſt homini facere actum præcepti propter metum, ita & velle in ipſo ſeu conſentire vel optare vt ipſemet faciat ex metu: ſed ſanctum eſt deſiderium ſeu velle quo vult vt potius agat ex metu, quā ſimpliciter omitteret.

## Quodlibetica quæſtio vndecima eiuſdē anno à ſalute humana. M.D.VI. in ſcholis artiũ eiuſdem ſtudij ab ipſo diſputata.



QVAESTIO PRINCIPAlis cũ argumentis per dñm Quodlibetarium mihi propoſita eſt: Vtrum deterius ſit alium ſceleris notare occulti vel manifeſti, an ſic tacentem alios audire nec prohibere? In hac quæſtione ſupponitur vtrumq; eſſe malum: & quæritur malitiæ comparatio qua in parte ſit deteſtabilior. Et vt clarius eluceat veritas, adducā primo media quibus detrahentium videtur pars defendi à culpa, veritatem decidendo. Secundo quibus auditorũ culpa tegitur. & comparabo ſimul vtrumq;. ℂ Et primo videtur ꝙ licet occultum crimen detegere, quia non eſt diſcipulus ſupra magiſtrũ, nec ſeruus ſupra dñm ſuum. ſufficit enĩ diſcipulo ſi ſit ſicut magiſter eius. Matt. x. Sed Chriſtus detexit peccatũ occultum Iudæ, quod tũc ſolũ corde conceperat: quia dixit Ioanni: Cui intinctũ panē porrexero &c. & tradidit Iudę. Ioā. xiij. ergo. Et cõfirmat̄: qa ſi aſtrologus aliquem eſſe furē dixiſſet qui nõ erat, non tenet̄ iniuriarũ, licet conſtitutiões eum teneant: vt eſt tex. in. l. itē apud Labeonē. §. ſi quis aſtrologus. ff. de iniu. vbi glo. in verbo poteſt, quia non dolo malo, ſed ſuæ artis cauſa fecit. ſed longius à dolo & animo iniuriandi videtur eſſe qui ſolũ animo noua acta referendi, alijs occultum crimen refert. ergo. ℂ Secundo ſic, adiuratus dicere veritatem ſuper interrogandis, tenetur dicere veritatem. ergo cum ſuper occulto interrogatur, licite deponit veritatē. conſequētia tenet: quia ſi falſum deponit, cõtrauenit iuramento, & eſt ꝑiurus, ergo verũ deponēdo propter vinculũ iuramenti excuſatur. Nec valet ſi dicatur, inter illa duo datur mediũ, ſcilicet tacere: quis in caſu æque proderet vt loquendo: puta ſi non audeat metu mēdacij dicere ꝙ nihil nouit, ſtatim ſcient audientes ꝙ ille de quo interrogatur, crimē commiſit. Etiā ex iuramento tenetur dicere veritatem, & non tacere. Et confirmatur: quia de hoc videtur textus ad literam Leui. v. Si peccauerit aīa, & audierit vocē iurantis, teſtiſq; fuerit ꝙ ipſe vidit aut conſcius eſt; niſi in-

dicauerit,portabit iniquitatē ſuā.dicit Ly.in hebræo habe=
ri,& audierit vocē iurati ſcilicet adiuratur dicere veritatem.
vñ ſubdit,Teſtiſqꝫ fuerit,id eſt vocatꝰ ad atteſtādū:niſi ipſe
indicauerit qđ vidit aut cōſciꝰ eſt,ipſe portabit &c.Qđ ex
alio cōfirmat,qa fertur cōmuniter excōicatio in oēs q ſciūt
impedimenta affinitatis vel cōſanguinitatis, niſi indicaue=
rint.& aliquoties indicari nō pōt niſi detegatur occultū cri
men fornicationis ſponſi vel ſpōſæ qđ cōmiſit cū aliquo at
tinente infra quartū gradum cōſanguinitatis . ergo tenetur
hoc ſacerdoti qui facit bāna īdicare,vt manifeſte aſſerit dñs
Pe.de palude.xxviij.diſt.iiij.q.ij.arti.v.&.xxvij. diſt.q.j.arti.
iij.vtrū is cui conſiliū petendo.Si forte dicas procedere vt in
dicandū ſit ei qui nouit ꝓdeſſe,& nō obeſſe,vt Augu.limi=
taſſe videt textum dictū Leuiti.& inducit a Grati.xxij.q.v.
hoc videt,vt in excōicatione lata cōtra nō detegētes impe=
dimenta matrimonij ligetur quis nō indicādo ſacerdoti:nō
ligaretur aūt ex hoc ꝙ nō intimaret iudici inquirēti : cōtra,
hoc eſt corrūpere textū Leuit.ille namqꝫ ꝓcedit cū aliqs in
teſtē ꝓductus eſt,& per iudicē adiuratus.Etiam pro ſcanda
lo non eſt veritas omittenda in iudicio,cōtra regulam,Qui
ſcandalizauerit:vtilius ſcādalum naſci permittitur,ꝙ veri
tas vitæ relinquatur.ergo nec ꝓ euitanda infamia hominis
oportet omittere.tenet cōſequētia à minori. ¶ Tertio prin
cipaliter ꝙ tam in iudicio quàm extra liceat detegere,pro=
batur per textum apertum in.l.eum qui nocentem.ff.de in=
iurijs.vbi dicit:Eum qui nocentem infamauit,non eſt bonū
neqꝫ æquum ob eam rem condemnari.nam crimina nocen=
tium nota eſſe,& oportere & expedire.Si dicatur hoc pro=
cedere de non penitus occulto,ſed quod probari poteſt iudi
ciario ordine,per.c.ſi ſacerdos.de offi.ordi.ibi enim dicitur,
niſi iudiciario otdine probare poſſit,non debet arguere eū
nominatim:hoc videtur plane corrumpere literam textus.
quia decernit ſuper eo qui nocentem imfamauit,ſeu qui fa=
ma ſpoliauit.ſed qui coram multis crimē cōmiſit,per quos
probari poteſt,iam ſeipſum infamauit infamia facti,licet nō
iuris.ergo oportet intelligere de crimine occulto.Et confir=
matur



matur:nemo peccat id auferens ab hoīe qđ ei non debetur,
modo debitā cautelā adhibeat ꝙ ſine ſcandalo aliorū fiat:
ad minus iniuſtitiā non committit in illū vt ei reſtituere te
neat.ſed fama q̄ eſt exiſtimatio integritatis vitæ,nō debet
nocēti:cū nulli debeat falſa laus aut exiſtimatio.ergo nocen
tē infamās &c.Maior patet:quia pctm̄ iniuſtitiæ ſolū oc=
currit dū is minus habet cui plus debet.v.Ethic.Et minor
patet,quia quilibet error falſum ꝓ vero approbās,īter ma
la noſtræ miſeriæ deputat.in enchiridio.c.x.Nec obſtat.d.c.
ſi ſacerdos.quia vr̄ limitandū ad eos caſus in quibus dete=
ctione ſcandalū puſillorū imminet,nec tūc eſt pctm̄ iniuſti
tiæ,quāquā intercurrat iniquitas q̄ ambit oēm violationē
charitatis,& ſic non obligat reſtituere. ¶ Quarto ſic,licet
cōpellere proximū vt in publico crimen ſuū occultū confi
teat:ergo licet nobis eo inuito illud propalare.cōſequentia
tenet:quia minus vr̄ illicitū,aut iniquitatem cōtinere,pro=
dere alterius crimē occultū,ꝙ ipm cōpellere vt ꝓdat.An=
tecedēs ꝓbat de lege zelotypiæ Nume.v.cū marito vxor ſu
ſpecta fuit de adulterio,& non poterat ꝓbare,ſed latebat
adulteriū:poterat maritus eā adducere ad ſacerdotē,offerēs
ꝓ ea decimā partē ſati farinæ hordeaceę,nec imponi debuit
thus neqꝫ oleū:qa ſacrificiū zelotyphiæ eſt inueſtigās adul=
teriū:ac debuit ſacerdos ſcribere in libro maledictiones ī eā
ſi polluta fuiſſet & cōmixta viro alieno,vt putreſcat eiꝰ fe=
mur,& tumeſcēs vterus dirūpat,vt ſit in exēplū ppl'o Iſrael
&c quas maledictiones debuit delere aquis q̄ dicebātur a=
mariſſimæ,& dare mulieri bibere &c.ergo cōpellebatur ſe
ꝓdere:& vbi noluit,nihilominꝰ detegebat occultum eius
adulteriū.Et ne forte dicatis ad tēpus ſolū illud fuiſſe cōceſ
ſum populo veteris legis ob eorū duritiā,ſicut libellus repu
dij cū ſuperinductione alterius coniugis : adduco cōſimile
ex cōcilio Guarmacieñ.quia dum in monaſterijs furtū cō=
mittitur:p abbatem vel aliū pręſentibꝰ fratribꝰ miſſa cele=
brata,debet ſingulis tradi euchariſtia ſub hac forma,Cor=
pꝰ dñi ſit tibi ad probationē hodie.ſed nemini licet dñicū
corpus aſſumere in atteſtationem falſitatis,puta quòd in=

nocēs ſit cū eſt nocens.ergo tenet̃ prodere crimē ſuū occul-
tū.Præterea ꝓ crimine occulto quis excōicat̃:vt in.c.ſacer
dos.de offi.ordinarij.imò & ꝓ actu interiori mentis:vt pul
chre deducit gl.in cle.de hæreticis,in verbo eo ipſo.ergo cū
teneat̃ abſolutionē ab excōicatione petere,neceſſario habet
crimē ſuū occultū excōicanti q interdū ſacerdos non eſt,ex
ponere.❡Quinto ſic,frequēter tenet̃ hō de occulto crimi-
ne ſemetipm̄ ꝓdere.ergo in illis caſibus licet etiā alteri ipm̄
propalare.Cōſequētia tenet:qa cū ſemetipm̄ tenet̃ ꝓdere,
conſentit ad minus actu debito quāuis nō elicito vt ali9 fa-
ciat:quod ſufficere vr̃ vt licite fiat:queādmodū conſenſus
debitus excuſat à pctō furti & detentionis alieni etiā ſi vo-
lūtate elicita ſit nolēs.Antecedēs ꝓbat̃ primo:cū aliū infa-
mauit de falſo crimine,tenet̃ hoc retractādo vt alteri famā
reparet,ſemetipm̄ infamare.Et cōfirmatur:qa ſi ꝓlē conce
pit de adulterio,vel partū alienū ſibi ſuppoſuit vt de hoc ſe
cūdo eſt caſus ī.c.officij.de pœ.& remiſ.ſi poſſit īpedire dā-
na veri hæredis ꝑ ſui criminis detectionē,& alias nō poſſit,
tenetur:cū nō poſſit ſibi honorē ſeruare cū alterius iactura
vel dāno.Scđo cōfirmatur,qa tenemur naturali iure defen-
dere ꝓximū oppſſum:iuxta illud Prouer.xxiiij.Erue eos q
ducūtur ad mortē:& q trahūtur ad interitū,liberare ne ceſ
ſes.ſi dixeris,Vires nō ſuppetūt:q ſcrutator eſt oīm,ipſe in
telligit,& ſeruatorē aīæ tuæ nihil fallit:reddetq; hoī iuxta
opa ſua.Ponamus ergo,innocēs occidetur niſi detexero eū
à quo crimē extitit ꝑpetratū:vel tota ciuitas forte impetet̃
ad vindictā,vel forte occidet regē,tradet ciuitatem,inficiet
multos hæreſi vel veneno niſi eius occultū ꝓpoſitū aliјs de
texero.Tertio confirmatur,in caſu quo qs innocēti famā
reſtituere nō pōt niſi cōplicis ſui ſecretū crimē detegat.Exē
pli gratis,cōſpiraui cum ſocio meo deponere cōtra innocē-
tē de crimine homicidij quod ſcimus ab alio eſſe cōmiſſum
& ne deprehendamur ex diuerſitate loci vel tēporis falſum
depoſuiſſe:vt Daniel conuicit illos ſacerdotes qui Suſannā
accuſauerūt:cōuenimus de oībus quomodo & qualiter de
poſituri ſumus.hic pro liberatione & reparanda fama inno



centis teneor fateri me falſum depoſuiſſe:& hoc retractan-
do infamo neceſſario etiā ſociū meū:ergo.Quarto cōfirma
tur,in furto teneor furē occultum q̄renti poſſeſſori indica-
re.vnde Hier.tractans illud Prouerb.xxix.Qui cū fure par-
tit̃,occidit aīam ſuā.adiurantem audit,& nō indicat.Non
ſolū fur inquit,ſed & ille reus tenet̃ furti q conſcius q̄renti
poſſeſſori non indicat.Et ne metu ꝑſonæ potentioris ſe ex-
cuſet,addit:Qui timet hoīem,cito corruet.q ſperat in dño,
ſubleuabit̃.Et ꝙ non ſolū furtiuā rē,ſed furem ipſum indi-
care teneamur,qn̄ ſcilicet alias indemnitati fratris conſulere
non poſſumus:aperte tenet gl.in ca.qui cū fure.de furtis,di-
cens ad hoc teneri nos de iure canonico,quāquam nō de iu
re ciuili.ergo quoties detectio criminis occulti neceſſaria
eſt ad occurrendū iniuſtæ & iniquæ oppreſſioni aliorū,li-
citum vr̃ &c.❡Scđo principaliter arguit̃ ꝙ licet alios de
manifeſtis pctīs ſeu q̄ probari poſſunt infamare.Primo ꝑ
illud apoſtoli,Peccantē corā oībus argue,vt cæteri timorē
habeāt.j.ad Timoth.v.ſed frequēter factū ſeu opus pcti fit
corā multis q neſciūt hoc eſſe pctm̄.ergo licet infamare ho-
minem de pctō nō occulto.Et nihil referre vr̃ quo ad vim
vel rationē infamiæ,referre aliјs ꝙ ipſe hoc fecerit quibus
conſtat eſſe pctm̄:vel iſtis qui facti notitiam habent,remō
ſtrare facti qualitatem,puta ꝙ ſit peccatum.Et confirmat̃
exempláriter.Paulus videns Petrum ſubtrahere ſe à cōſor
tio gentilium ſeu conuerſatione propter ſuperuenientes Iu-
dæos qui à Iacobo miſſi erant,in faciem ei reſtitit,Si tu Iu-
dæus cum ſis,gentiliter & non iudaice viuis:quomodo gē-
tes cogis Iudaizare?remonſtrans aliјs peccatum Petri,qui
eius ſimulationi conſenſerant:inter quos dicit Barnabam
vnum fuiſſe.Secundo videtur euidenter hoc probari poſſe
ex.l.eum qui nocentem.ff.de iniurijs.quæ aperte decernit
bonum non eſſe nec æquum quempiam condemnari ob id
quòd nocentem infamauerit.quod glo.dicit illic procedere
ſiue in iudicio ſiue extra fiat,propter generalē rationem te-
xtus:quia ſcilicet crimina nocētū nota eſſe oportet & expe
dit.& Specu.ti.de iniu.dicit in libello actoris ponendum &

articulandũ eſſe,Item ꝙ ſum hō honeſtus & religioſus.ni-
ſi enim eſſet talis,non cōpeteret hæc actio contra verũ dicē
tem.ff.e.l.eũ qui nocentē.§.j.C.e.l.ſi non es nũciator.q̃ lex di
ſponit eũ qui non eſt nunciator vel delator falſi criminis,ad
uerſus eos quos infamandi ſiue minuēdæ opinionis ſuę gra
tia aliquid feciſſe cōperiet̃,iniuriarũ experiri poſſe.ergo à
contrario dat̃ intelligi ſi eſt delator falſi criminis,ei actio in-
iuriarũ nō cōpetit.Et cōfirmat̃:quia ſi quis fœminā nō ma
tronali habitu indutā appellauerit,vel comitem abduxerit,
vel aſſectatus fuerit,non tenet̃ iniuriarũ:vt eſt textus in.l.itē
apud Labeonē.§.ſi quis virgines.ff.eod.Et eſt appellare(vt
ibidē dicit̃)blādis verbis alicuius puditiciā attentare,comi
tē abducere,puellā vel ſeruitorē detrahere:& aſſectari fre-
quēter:ſequi:qa(vt ibidē dicit̃)aſſidua frequētia p̄bet qua-
ſi nonnullā infamiā.Sed hæc oīa iniuriā cōtinerent ſi matro
nali habitu induta eſſet:& ab iniuria excuſantur ꝙ habitu
matronā ſe nō remōſtrat.ergo ſimpliciter qui opere ſeſe ꝓ
bum non exhibet,nulla ei vr̃ iniuria fieri ſi vt nocēs ac im-
probus per aliũ infamet̃,aut verbis agitet̃.¶Tertio qa mi
nus vr̃ licitũ vt de pctō futuro publico aliũ infamet q̃ de
p̄terito.ſed de futuro licet,exēplo Chriſti Matth.xxvj.qui
diſcipulis p̄dixit,Oēs vos ſcandalũ patiemini in me iſta no
cte.cũque Petrus ardētioris animi reſpōdiſſet:Et ſi oēs ſcā
dalizati fuerint,ego nunquā in te ſcandalizabor:dixit ei pa
lam dominus:Dico tibi Petre,quia ī hac nocte:antequam
gallus cantet,ter me negabis.Et maior patet:quia maioris
opprobrij confuſionis & leuitatis eſſe videtur ꝙ adhuc fu
turo tempore crimen cōmittet,q̃ ꝙ aliquādo commiſerit.
¶Quarto ſic,referre crimē alterius ſolum videtur habere
rationē mali quia proximus infamatur,vel eius honor au-
fertur.ſed qui publice peccat,infamis eſt,& ſine honore eſt.
ergo.Minor patet de infamia:quia nō eſt illæſæ dignitatis.
peccando nanq; ſuam dignitatem læſit.Etiam fama nihil eſt
aliud(vt ex ſequētibus apparebit)q̃ exiſtimatio vl'opinio
integritatis vitæ:q̃ ā integritatē cōſtat ipſum non habere.
De honore patet,qa honor nihil aliud eſt q̃ teſtimoniũ &



atteſtatio virtutis.ſed ipſe virtutē nō habet:& de hoc con-
ſtat.ergo nō debet̃ ei honor.Si fortaſſe dicas in hoc iniuriā
ei fieri ꝙ apud aliquos habitus ſit integræ vitæ & inculpa-
tæ,& aufers ei hoc bonũ:ſeqtur hoc incōueniēs ꝙ de publi
ce inſcalato non licebit alijs ignorantibus referre,vel de eo
q principalis in ſeditione fuit,vel publice in foro mulierem
ſtuprauit &c.Et confirmat̃,ſi qs in aliqua arte falſo famat̃
excellentiā habere,cuius eſt imperitus:iniuriā illi non facio
ſi vel ſcriptis ſuis vel ope demōſtro illũ ſciam vel artē non
habere.Similiter ſi qs falſo famat̃ de virginitate,abſtinētia
ſingulari,& erogatione in pauperes vſq; ad arctā neceſſita
tē ſeu penuriā,nō peccc attenuās famā ad ꝓportionē ſciæ
artis vel virtutis quā vere habet:aliàs nō liceret remonſtra-
re ꝙ vxorē habuit & proles:ergo ſimiliter licet illi exiſtima
tionē virtutis auferre q virtutē non habet:maxime ſi hoc
conſtiterit,& probari poſſit.cōſequētia tenet ꝑ locũ à ſimi
li.Conſimiliter enim ſe habet fama virtutis ad eũ qui virtu
te caret,ſicut fama ſciæ vel artis ad eũ q ſciæ vel artis exꝑs
habet̃.Etiā in oībus conſimiliter cōceſſum vr̃ corripere exi
ſtimationis errorē.¶In contrariũ eſt vtriuſq; ꝙ detracto-
res & cōtumelioſi inter eos numerant̃ q digni ſunt morte,
& nō ſolũ qui faciũt,ſed & qui cōſentiũt faciētibus &c.ad
Ro.j.ergo &c.Pro ſolutione q̄ſiti,quia referre crimē alicu-
ius occultũ vel manifeſtũ,ex diuerſis rationē culpæ vel pcti
habet,vel quia cōtra charitatē quam ꝓximo debemus,vel
quia cōtra iuſtitiam:quia ei ſcilicet famā auferimus vel at-
tenuamus,& aliqn̄ fit detractio,aliqn̄ cōtumelia:p̄mitto
qd' crimē dr̃ occultũ,qd' manifeſtũ,quid fama,qd honor,
quid detractio,quid cōtumelia,quid infamare,quid famā
attenuare,qd famā auferre.De occulto manifeſto & noto-
rio tradit Spe.ti.de notorijs criminib9.Oīno occultũ eſt qd̄
nulla rōne ꝓbari pōt.c.vt noſtrũ.extra vt eccleſiaſtica bn̄fi
cia ſine diminutione cōferātur.occulta eñ ſoli deo reſeruā
tur.vj.q.j.ſi oīa.& tale occultũ videtur ſecretũ.xxxij.di.eru-
beſcant.extra de ſimonia.tua nos.ij.q.j.ſi peccauerit.Pene
occultũ dicit̃ quod ꝑ paucos probari pōt.eſt eñ quaſi oc-

cultum quod pauci ſciunt. nam ſecretũ dr̃ qđ fit in p̃ſentia
quinq;: vt de pœ.diſt.ſ.§.hæc ergo ſecreta.ver.non ſunt hęc.
Hoc dictũ Sp.fundari vr̃ in gl.d.ver.nõ ſunt.c.qs aliqñ vi-
det.in verbo ſecreta.q̃ illic ſumit arg.ſecreta eſſe q̃ ſiunt in
p̃ſentia quinq; hoĩm.Manifeſtũ eſt publica ſeu famoſa ꝓ-
clamatio ex certa ſcĩa & certis autorib9 proueniẽs.Vñ ma
nifeſtũ eſt quod ꝑ multos probari põt,non tñ tot quot ꝙ
fiat notoriũ.Vñ dicit lex,Palã id eſt manifeſte teſtari dr̃ q
nõ in publicũ hæredẽ noĩat,ſed corã teſtibus quot ad ſolẽ-
nitatẽ teſtamenti ſufficiãt.ff.de teſta.l.hæredes.in prin.No-
B toriũ vero(vt tradit ibidẽ Specu.)eſt triplex,ſcilicet p̃ſuma-
ptionis ſeu p̃ſumptũ,quod eſt iuris euidentia vehementer
p̃ſumpta:vt ſi vir & vxor aliquẽ infantẽ nutriant, & filiũ
vocẽt:p̃ſumit̃ ꝙ ſit eorũ filius.extra de proba.ꝑ tuas. Aliud
eſt notoriũ iuris,de quo quis in iudicio cõdemnat9 eſt vel
cõfeſſus.c.veſtra.de cohabitatione cle.& mul.Tertiũ eſt no
toriũ facti:quod ꝑ rei euidentiã eſt notũ,& nulla tergiuer-
ſatione celari poſſit,ſiue ſit factũ tranſiens interpolatũ,ſiue
ꝑmanens:vt notat ibi Spec.Decidit etiã ibidẽ quot hoĩm
p̃ſentia requiratur vt aliquid ſit notoriũ.de quo etiã Pañ.
d.cap.veſtra.Iuxta hoc aduerte ꝙ notoriũ põt fieri pene oc
cultum,vel ſimpliciter occultũ.exẽplum,totus exercitus vi
C dit Ioannẽ aliquid faciẽtem,& oẽs illic occiduntur vno ſo-
lo dempto.ille iã hoc detegens prodit ſecretũ.Fama(ſcđm
gl.& doc.in.c.veſtra.de coha.cle.& mul.&ſcđm Spec.vbi
ſupra) eſt illæſæ dignitatis ſtatus vita & moribus cõproba
tus.& eſt deſcriptio famæ bonæ.Fama mala eſt læſæ digni-
tatis ſtatus vita & moribus reprobat9.ſed in.l.cognitionũ.
§.exiſtimatio.diffinit̃ fama ſic:ꝙ exiſtimatio eſt dignitatis
illæſæ ſtatus,legibus ac moribus cõprobatus: q̃ ex delicto
noſtro legum auctoritate minuit̃ aut conſumitur.Et diſtin
guũt doctor.duplicem infamiã,iuris,& facti:vt in regula,
infamib9.de re.iu.Sed ne ex definitione patiamur calũniã,
cum ad definitiones facilis ſit argumentatio, cõtingit nan-
que hominem famam optimam habere qui non eſt integræ
ſeu honeſtæ & bonæ vitæ: etiam contingit manere aliquẽ



ſub infamia iuris,qui nũquam perdidit famam facti,ſeu in
tegrę exiſtimationis nondũ abolita iuris infamia: ideo aliter
deſcribo famã in noſtro propoſito:Fama eſt exiſtimatio in-
tegritatis ſeu honeſtę vitę &hoc vl'ꝑ omnia vl'in aliquo tã
tum,ꝓut quidã adulteri & ebrioſi ſunt bonę famę quo ad ĩ-
tegritatem iuſtitię:& qdã iniuſti ſunt bonę famę quo ad fi-
dem & continentiam vel huiuſmodi.Sumitur etiã quãdoq;
fama extenſius vt dicit exiſtimationẽ quã homo habet pe-
nes aliũ de quacũq; prȩſtãtia artis,virtutis vl'doctrinę:quo
modo dicimus aliquem medicũ vel iuriſtã famatiſſimum, q
eſt omniũ ſceleraſſim9.Honor nihil aliud eſt q̃ atteſtatio ſeu
ſignũ virtutis.Et ſumitur aliquando nomẽ honor extenſius
vt eſt atteſtatio& ſignum cuiuſcunq; prȩſtantię.ſic dicimur
honorare medicũ quẽ ſigno aut voce profitemur ſuæ artis
peritũ inſigniter.Detractio eſt famę alterius denigratio. ad-
dunt doc.cõmuniter,ꝑ v̾ba occulta,ſeu ĩ ipſius abſentia. de
quo latius vide beatũ Tho.ſecũda ſecundę. q.lxxiij.ar ſ.& ſi
fiat prȩſenti,eſt cõtumelia:de qua ibidẽ beat9 Tho.tractat.q.
ſuperiore.lxxij.Nõ ĩſiſto de vi definitionũ:appello detractio D
nem omnem famę imminutionem ſeu ſubductionẽ ſiue ab-
ſenti fiat,ſiue prȩſenti: nec eſt inconueniens cõcurrere detra-
ctionẽ in eodẽ facto cũ cõtumelia:ſed diuerſo fine dicitur de
tractio,& cõtumelia. Vt enim ordinatur ad famę diminutio
nem vel exterminiũ,dicitur detractio:& vt ordinatur ad cõ
fuſionẽ illius in quem vel de q̊ dicitur aut fit,eſt cõtumelia:
& ſic detractio ꝑ facta ſeu opera fit, ſicut ꝑ verba. Vnde q̊
ad ſignificationẽ nominis cõtumelia,Philoſophus.ij. Rhet.
c.de ira,diſtinguit tres ſpecies cõtempt9,deſpectũ,detractio
nẽ, & cõtumeliam. ſumit ibi detractionẽ vt dicit detractio
nem placiti,ſcilicet cũ qs dat ĩpedimẽtũ ne alterius volun-
tas fiat,hoc intendens ſeu cupiens,nõ aliud ex illo.Cõtume-
lia eſt damno atq; dolore afficere ĩ qb9 turpe eſt patienti.nõ
vt aliud quiddã fiat ſibi quàm quod factũ eſt,ſed vt volupta
te afficiatur. ¶ Secundo prȩmitto ꝙ aliud eſt ꝓximum infa
mare, aliud eius famam attenuare, aliud famam ſupprime-
re vel auferre:ſicut aliud eſt fœtorẽ immittere, aliud bonum

odorem remittere vt attenuare,aliud odorē bonū totū ſup-
E primere vel auferre.Vnde minus eſt attenuare famam alte-
rius,deterius eſt auferre famā,omniū deterrimū mala fama
ꝓximū reſpergere vel notare. Et nequis decipiat exiſtimās
impoſſibile vt alicui fama auferat quò ad ea q̄ ſunt neceſſa
riæ obligatiōis,ſeu neceſſaria ad effugiendū culpā,qn ſimul
male famet,qm̄ mediū dari nō pōt inter vitā bonā & malā
in hoie adulto & qui vtit ratione : aduertendum eſt ꝙ licet
inter illas vitas mediū nō inuenit,tn̄ mediū datur inter cre-
dere hominē adultū eſſe bonæ vitę,& credere ſeu opinari ꝙ
ſit malæ vitæ.nā dubitare vtrū bonus vel malus ſit,neutrū
eſt credere ſeu opinari,ſed fluctuare m inter vtrunq;.Vnde
& frequēter inducimus aliū ad dubitādū vt hæreat neſciens
quæ pars ſit veriſimilior,ſeu ꝓbabilior videat, cui neutrā
partē vt aſſentiat pſuaſam facere poſſumus. Cōtingit autē
attenuare famā,auferre,vel in cōtrariū vertere multis mo-
dis,tacendo,vituperādo,laudādo,laudē vituperio cōmiſcē
do,demū ſolas veriſimilitudines ſeu cōiecturas cōtrarij in-
ducendo.Exemplū primi:interrogat me aliquis de vita &
moribus eius continue apud me verſatur,& cui videor,be-
neuolus eſſe & fautor,vt vehemēs pſumptio ſit ſi aliquid
præſtantiæ & virtutis in eo agnoſcerē,id lætus prædicarē,
atq; purgarē ab infamia criminū q̄ illi obijciunt:ſi eo caſu
taceo,taciturnitas mea ſeu ſilentiū quodāmodo ꝓbatio eſt
ꝙ ſit virtutis inops,& criminū reus.Vnde Chryſoſto. Nō
ſolū ꝓditor eſt veritatis q trāſgrediēs veritatē palā ꝓ veri-
tate mendaciū loquit:ſed etiā ille qui nō libere veritatē pro-
nūciat quā libere ꝓnunciare oportet,aut nō libere veritatē
defendit,quā libere defendere conuenit,proditor eſt verita-
tis.xſ.q.iij.nolite. Vituperando fit,dum improbitatem re-
monſtramus,remitti in opere vel feruore,ſupra ꝙ̄ cōuenit
inconſtantem,impudicum,non ſatis reuerentem eſſe, & ſic
de alijs infinitis.Laudando fit calumnia & derogatio famæ
tripliciter.Primo ieiune laudando & frigide. Nam qui in-
fœcūde laudat & ſegniter,deſtitui à cauſa videtur, & ami-
cus creditur eius quem laudare vult,ſed nihil poſſe reperire



qd̄ iure laudet:ꝓpter qd̄ Phauorin9 Philoſophus turpius
eſſe dicebat exigue laudare atq; frigide,ꝙ̄ inſectāter & gra- F
uiter vitupare:qm̄ qui maledicit & vituperat, quāto illud
acerbius facit,ꝓ inimico ducit,& plerūq; ꝓpterea fidē non
capit:vt refert Gellius.xix.lib.noctiū Atticarū.c.iij. Secūdo
cū is ad cōmendandū ſubmittit q adeo ſuſpectus eſt de ma
lignitate & mēdacio:vt nūquā decipiat pterq; dū vera nar
rat:qa falſa ſemꝑ dicere putat,vt eius cōmendatio pueniēs
etiā fide dignorū ſubſequētes cōmendatiōes faciat eſſe ſu-
ſpectas.Huius ſimile eſt,curialis timens æmulū ſuū à princi
pe ꝓmouēdū ad aliqd̄ officiū,cū digni9 ſit,nec aliud videat
obſtare poſſe,eū ſubmittit ad intercedendū pro æmulo,cui
ſcit principē maxime offenſum:vt cū ppenderit ꝓmotionē
illi gratā,ei id placitū fieri nolit.Nā Greg.ſententia,cū is qui
diſplicet,ad intercedēdū mittit:irati animus ad deteriora ꝓ
uocat.xlix.diſt.in prin.Sic calidi timentes in odiū eorū ſuos
æmulos in adminiſtratione quā ſupportant ſurrogandos:il
los apud principē comēdāt,vt ſaltē eā deſtituendo gratiam,
faciāt ꝙ viros dignos & ſibi amicos inſtituat, vt ſic intelli-
gēs vel putans eis gratū eſſe, ꝓpoſitū mutet & volūtatem.
¶Tertio laudando hoīes apud eos de vera virtute,qui cre
dunt vitiū eſſe,vel imodice de virtute minima,vt nihil vel
parū credant habere de maxima,vel ꝑ occaſionē laudis eos
ꝓmouendo ad legationē vel odioſum miniſterium:quā vel
quod fideliter explere non poterunt ſine multorum indigna
tione,& ex conſequenti infamia.Primi,ſi apud Turcos ali
quē laudem quia ſit Chriſto deuotus : quomodo & quidā
leguntur prædicaſſe Chriſtum vt preſſuram ſuſcitarent vin
culis Pauli.ad Philip.j.Secundi,quia dicens vnum, quodā
modo multa dicit.ij.Topi.quia antecedens includit omnia
quę ſequūtur ad ipſum.ſi quis theologum aliquem cōmen
det de magna medicinæ vel iuris peritia:quia pluribus intē
tus minor eſt ad ſingula ſenſus:minus exiſtimatur de vera
theologia habere:ſicut qui accuratiſſime humilitati intēdit,
minus videtur habere de magnificētia & alijs quæ fortaſſe
pro opinione hominum magis conuenirent prælato.Tertij:

vt Phariſæi vnũ ſubmiſerũt ad tentandũ dominũ: in quo ſi viceret, oẽs viciſſe viderent: ſi autẽ vinceret, ſolus cõfuſus manere. Similie frequẽter facimus, vt cõfundat in periculo quẽ ad id munus tanq̃ magis idoneum magna laude efferimus: vel vt nobis pars alia gratior deleget, & laudis medio cõfuſioni & periculo exponimus fratrẽ. Vñ Polybius, Nouus quippe modus calumniæ inuentus eſt, nõ vituperando ſed laudando famæ ac cõmodis hominũ inſidiari: qđ vitiũ in aulis principiũ ortũ, vſq; adeo inoleuit, vt ea loca tanq̃ proprias quaſdã ſedes videat elegiſſe. Quarto famæ detrahimus infamandi laudando, vt auctoritatẽ & fidẽ apud audiẽtes ea in re nobis vendicemus, cũ ſcilicet ꝓpter commixtas laudes amici eius credimur & bñuoli, q̄ nollemus ei iniuſte nocere. Et ſic qs parũ laudat, vt magis vituperet: aut multa bona ꝓponit, vt vnũ qđ ad rẽ ꝑtinet, vituperet: qui (ſecundũ Philoſophũ. iij. Ethi. c. de locis ad diſſoluendũ calumniã) ſunt artificioſi, & iniuſtiſſimi, cũ ꝑ bonas res nocere conant. hi blãda facie, cauda pungũt cũ ſcorpione. Quinto fit ſolas coniecturas vel veriſimilitudines cõtrarij vel repugnantis inducendo: vt qui ꝓteſtant ſe hæc de quibus cõtra talẽ rumor eſt, nõ poſſe credere, nec iudicare velle: ſed raro (ĩquiũt) ſine igne fumũ videris. Philoſophi ſentẽtia eſt. Fama oĩs vana nõ eſt quã populi multi decãtant. vij. Eth. & Hiero. inqt: Ceſſent vitia, & ceſſabit rumor. Itẽ video aliũ à Ioanne, de quo nõ ſperabat, eſſe ꝓmotũ: qđ laudi eius aſſcribit & bñuolentiæ, ſtati ego. poſſibile eſt ꝙ in cõfuſionẽ eius illũ ad illa ꝑuexerit. nã quãdiu ſedet ſimia, eius verẽda nõ vident: vt primũ in altũ ſe leuat, cunctis detegit. Apud Ariſt. legimus: Multis nõ ex beneuolẽtia deus ingentes p̃ſtat ꝓſperitates, ſed vt notabiliores. i. magis notabiles fiant ſuæ calamitates. ij. Rhet. c. de locis enthymematũ. quo ſolo puſillis ſtatim dubiũ fit beneuolo aĩo an maligno fecit: & nõ nunq̃ deteriorẽ partẽ ſuſpicantes etiã iudicant ſaltẽ incerto euẽtu, ſcilicet ꝙ illi ex miniſterio vel legatione aduerſe & ad infamiã ſucceſ-
G ſerit. Alij dum nituntur legem circũuenire, vt alios inducãt in ſuſpicionẽ mali, prius recitatiue ſibijpſis pronunciãt, talis



hæc vel illa fecit: ſicut ꝓbantes pennã vel exemplificantes de ꝓpoſitione falſa dicunt vel ſcribunt: deus eſt diabolꝰ. & poſt corã alijs dicunt audiſſe à maioribus vel à ꝑſona graui & magnæ auctoritatis ꝙ Ioannes hoc fecit: quo nõ ſolũ ſuſpectũ illũ, ſed infamẽ nonnunq̃ faciunt, ſtulte exiſtimantes ſe tali circuitione à vitio detractionis & obligatione reparationis famę poſſe defendi: non attendẽtes ſi hoc mõ mutilationes vel dãna hoĩs ꝓcurauerint, ꝙ cãliter dãna inferentes ad reſtitutionem obligantur, & effecti ſunt detractiõis obnoxij: quocunq; mõ & qualicunq; ſigno alterius famã denigrauerint. Vnde dicit Scotus. xv. diſt. iiij. ſñiarũ de reſtitutione famæ, ꝙ referẽs corã puſillis crimen alterius ex auditu, ſi fiat aĩo lædendi, nõ eſt facilè excuſare quin ſit cõtra charitatẽ, & ꝑ conſequẽs mortale. ſi aũt fiat coram talibus puſillis qui videlicet leuiter credunt ex inconſideratione, durũ eſt ꝙ exeat genus pc̃ti venialis: q̄a lingua in lubrico poſita eſt: & qui non offendit in verbo, hic ꝑfectus eſt vir. Et circa hoc aduerte cõem ſñiam doctorũ eſſe teneri hoĩem ad oĩs damni reparationẽ quod etiã leuiſſima culpa dederit. de iniu. & dã. dato. c. ſi. quanto magis interueniẽte pc̃õ, & non ſolũ culpa legali. Vnde dicit ibi text. Nec ignorãtia te excuſat, ſi ſcire debuiſti ex facto tuo iniuriã veriſimiliter potuiſſe contingere vel iacturã. ¶ Iſtis p̃miſſis occurrunt ſex difficultates decidẽdæ ſubtiles & maximæ. Prima, an excuſet detegentẽ crimen occultũ, ꝙ alijs criminibus palã inſordeſcit q̄ infamatus eſt. Secunda, an lapſus anni intra quẽ iniuriarũ experiri potuiſſet, liberat hoĩem ab iniuria ꝓximo illata, & obligatione reparãdi famã. Tertia, an conſenſus vel remiſſio infamati ad hoc proſit. Quarta, an id ꝓſit ꝙ ꝑ criminis detectionẽ vtilitati conſulitur ipſius diffamati vel aliorũ. Quinta, an releuat ab obligatione famã reſtituendi, ꝙ iuſta neceſſitas detegẽdi ſubſit, quãuis propter illam non fiat, ſed odio diffamati. Sexta, dum obligatus famam reparare non poteſt: an teneẽ infamato ad aliquam aliam recõpenſam quæ etiã deſcendat ad hæredẽ. Quo ad primũ videtur ſententia dñi Pe. de Pal. xix. diſtin. iiij. in fine, ꝙ ſic. vñ dicit,

eo ipſo quo hō vnū crimen habet ꝓpter quod iuſte iudex
procedit cōtra eū in illo crimine, ex hoc ipſo de alijs pōt in
quirere: quia non propter occultationē pctī ſed pctōris ꝓ=
hibetur hō de occultis iudicare. Vbi ergo ꝑ vnū crimē eſt
diffamatus, etiā de alijs debet dicere veritatē. Et ſimpliciter
ſi ſocij ſui ſunt in illo ſtatu ꝙ cōtra illos agi pōt de vnico
crimine, etiā de oībus pōt & debet eos prodere qn̄ ipſorum
correctionē non ſperat: maxime cū pctm̄ eorū eſt in ꝑicu=
lū cōitatis: vt quia ſcit eos fures, latrones, & impœnitentes.
Nam illū qui iam pœnituit, accuſare nō debet. niſi iuſte no
minatim de illo interroget. Hæc ille. Sed hæc opinio longe
mihi vr̄ diſtare à veritate: quia æquè proditor eſt q ebrioſi
hoīs vel eius qui palā fornicarius dinoſcitur aliud occultū
crimen propalat: ac ſi id faceret de alio vitæ integerrimę. Et
niſi ſic dicat, pauci inter nos ſunt quorū non liceret occulta
crimina alijs detegere & propalare. Vnde Prouerb. xſ. dicit:
Qui ambulat fraudulēter, reuelat arcana: qui aūt fidelis eſt
celat amici commiſſum, Ergo infideliter agit qui reuelat a=
mici cōmiſſum non obſtāte ꝙ de vno crimine diffamatus,
eſt, puta ꝙ vel feſtis mercat̄, vel ieiunia eccleſiæ non ſeruat,
aut aliquid hmōi, q̄ vix faciunt hoīem à vulgo minus æſti=
mari. & Aug. Si ſolus inquit noſti quia peccauit, & vis eū
corā oībus arguere: non eris correptor erroris, ſed proditor.
Attende inquit quemadmodū iuſtus Ioſeph tanto flagitio
quod erat de vxore ſuſpicatus, tāta benignitate pepꝑcit anq̄
ſciret vn̄ illa conceperat, quā grauidā ſenſerat, & ſe ad illam
nō acceſſiſſe nouerat. quid dicit euāgelium? Ioſeph aūt cum
eſſet vir iuſtus, & nollet eā traducere, id eſt diuulgare: vo=
luit eam occulte dimittere. ij. q. ſ. ſi peccauerit. Nec obſtat ꝙ
ſimpleciter non ſit integræ famæ. nā qui lubricus eſt, frequē
ter integræ exiſtimationis eſt de religione & fidelitate & iu
I ſtitia: vn̄ cōtra charitatē eſt ſine neceſſitate ſpoliare illū hoc
bono exiſtimationis ſeu famæ. Quod autem tangit Palu. iu
dicem poſſe inquirere contra aliquem de quolibet crimine
qui infamatus eſt, vel cōſtat illum reum eſſe de vno ſolo: ſal
ua reuerentia ſua non eſt verum, niſi alia indicia concurrāt



& ſuffragentur. nec tenet̄ ſemetipſum de talibus ꝓdere: nec
quis ſociū de hmōi minime ſuſpectū licite ꝓderet: niſi (vt
poſtea dicā) neceſſitas ſubſit, puta de homicidio furto vel
ſtupro alij infamabūtur, aut forte occident̄. tūc em̄ ꝑ viam
defenſionis innocētiū licet, quod abſq; illa neceſſitate ineui=
tabili minime liceret. Quo ad ſcđam difficultatē ſit hæc cō
cluſio: Lapſus anni intra quē iniuriarū expiri potuiſſet & K
non poſt, iuxta. l. ſi non conuitij. C. de iniu. liberat hoīem à
pœna ad quā iuris auctoritate veniret condēnandus: ſed nō
ab obligatione reſtituendi famā. Prima pars patet: quia ad
pœnæ ꝓſolutionē nō tenemur etiā in foro cōſcientiæ prius
q̄ ꝑ iudicē ad hoc fuerimus condēnati: vt eſt textus in. c. fra
ternitas. xij. q. ij. vbi de hoc eſt notabilis glo. quā ſemper alle
gant doctores, ſed ꝓſecutioni pœnæ ius certum terminum L
ꝓfixit, & actioni iniuriarum, puta annū vnum cōtinuū. er=
go lapſus illius anni liberat. Scđa pars ꝙ nō liberat ab obli=
gatione reſtituendi famā, patet: quia aliud eſt legē non aſſi=
ſtere: aliud legem reſiſtere. nā cum lex reſiſtit, reſiſtit contra=
ctui, obligationi, actioni vel executioni, vt hæc late diſtin=
guit Bartolꝰ in. l. cū lex. ff. de fideiuſſo. & māda. ibidē deter=
minans cū ius ſolū reſiſtit actioni, nō impedit̄ nec perimit̄
naturalis obligatio: imò ſi ſolum reſiſtit actioni ꝑ hæc vel
ſimilia verba, ſuꝑ tali cōtractu vel alio actio nō detur, vel
nō audiatur: ſi illud tale erat ex quo aliās de iure cōi actio
oriebatur: paratur ſolū exceptio, nō perimitur actio, vt in
Velleiano & Macedoniano. ergo ad ꝓpoſitū noſtrū multo
minus aufertur naturalis obligatio, quāuis poſt annū actio
nō detur. Et Pau. de caſtro ea. l. ad ſciendū qn̄ oritur aliqua
obligatio, dicit, cum lex nō reſiſtit contractui dirigēdo ver
ba in actū hoīs, vel ſcđo reſiſtens potentiæ, vt dicēdo: Nul
lus forenſis poſſit vendere, vel mulier aut minor non pote=
rit: vel tertio reſiſtēdo obligationi: vt dicēdo, mulier vel mi
nor non poſſit obligare ſine tali ſolennitate: illis tribus caſi=
bus non oritur aliqua etiam naturalis obligatio: quia de iu
re gentium oportet ſuperioribus obedire: prout per. l. ſi non
ſortem. ff. de condi. indebit. & l. eos. C. de vſu. Sed cū reſiſtit

actioni,& ſic effectui,vt dicit,actionem non dabo:& tunc
oritur obligatio ciuilis & naturalis:ſed obſtat exceptio:vt
l.qa naturalis.ff.ad Mace.Præterea actio iniuriarū diſſimu=
latione abolet̃:&ideo ſi qs iniuriã dereliquerit,id eſt ſtatim
paſſus ad aĩm nõ reuocauerit:poſtea ex pnĩa remiſſam in=
iuriã nõ poterit recolere:vt eſt textus inſti.de iniu.§.fin.ſed
ſiue reuocet ad aĩm ſtatim vt audierit,ſiue ex mãſuetudine
nolit vel quodcũqꝫ ſignũ impatiẽtiæ oſtẽdere:nõ minus fa
mã illi obligat̃ reparare quã iniuſte abſtulit,nõ obſtante ꝙ
lex hoc caſu negat actionẽ.Præterea actio iniuriarũ eſt pœ=
nalis:ergo nõ cõplectit̃ principẽ,nec pœnæ à legibus ſeu à
iure cõſtitutæ.princeps enim legibus ſolutus eſt.l.princeps
ff.de legibus.& ergo papa nullã incidit excõicationẽ iuris:
nihilominus Papa tenet̃ famam reſtituere ſeu reparare illi
quẽ cõtra ius & æquitatem infamauit.ſic ſimiliter poſt la=
pſum anni manet obligatus reparare famam.Nec liberat
tes immittendum prædixit,grauem atq; irreuocabilem dei
iram ad euerſionem earundem ciuitatum proceſſuram vo
luit demonſtrari.Quarto fit orando,imprecando ſeu male-
dicendo,vel arte necromantica vel aliàs dæmonum adiuto
rium inuocando.Quòd autem deus ad imprecationem ſeu
maledictionẽ alterius aliquãdo alium puniat pro ſuis pec-
catis,quem aliàs nõ eſſet puniturus:patet Eccleſiaſtici.iiij.



Ab inope ne auertas oculos tuos ꝓpter irã:& nõ relinquas
quęrentibus tibi retro maledicere. Maledicentis enim tibi ĩ
amaritudine animę exaudietur deprecatio illi9.exaudit enim
eũ q fecit illum.Et Eccleſiaſtici.xxxv. Nõ accipit dominus
ꝑſonam pauperẽ:& ꝑſonã lęſi exaudiet.& infra: Nonne la-
chrymę viduę ad maxillam deſcendũt: & exclamatio eius
ſuꝑ deducentem eas?a maxilla enim aſcendunt vſq; ad celũ.
Et domin9 exauditor nõ delectabitur in illis.Et planius Ec-
cleſiaſtici.iij.Benedictio patri firmat domos filiorũ : maledi-
ctio autẽ matris eradicat fundamenta.Vnde & diuinus il-
le Plato.xi.de legibus:Oedipus cõtẽpt9 a filijs ea illis,impre
catus eſt quę exaudita effectaq; a dijs ab omnibus feruntur
&c.Quibus aptiſſimum factũ eſt a dijs preces parentũ ad-
uerſus filios exaudiri.nihil enim imp̃catione parentũ (nõ in-
iuria) pernicioſius filio:&econtrario bene fieri eis cũ paren-
tes honorãt,& eiſdẽ obediunt.Maledicere autẽ peccantibus
zelo iuſtitiæ licet,nõ autẽ zelo vindictę.d' quo ꝑ Gratianũ.
xxiiij.q.iij.cũ ergo.in fi.Sic præceptum erat filijs Iſrael vt ſex
tribus ſtarent ĩ monte Gariſim vltra Iordanem ad benedicẽ
dum obſeruantibus legem,ſex vero ad maledicendũ nõ ob-
ſeruantibus in monte gebal.Deuterono.xxvij.Sed quãdo ſi
ne cauſa maledicit,ꝓcedit illud Prouer.xxvi.Sicut auis &c.
ſic maledictũ fruſtra ꝓlatũ ĩ quempiã ſuperueniet:puta ĩ eũ
q maledicit.¶Iſtis premiſſis pono hãc ꝓpoſitionem.Qua
litercunque quis dederit cauſam vt deus populum puniat ſo
lum pro proprijs peccatis nõ tenetur ad reſtitutionem quã
uis zelo vindicte vel aliàs animo nocendi id prouocans &
faciens in charitatem & contra proximum peccet:ſecus cũ
immediate procurat à diabolo illum puniri,quanquam in
nullo hoĩ nocere poſſit,niſi à deo ad id acceperit poteſtatẽ.
Prima pars patet:quocũq; aĩo quis procurauerit iuſtitiã
punitionis fieri,non tenetur ex hoc ad reſtitutionem:ſicut
nec iudex ipſe malo zelo iuſtitiam punitionis faciens.exe-
cutio enim iuſtitiæ iniuriam non continet.Vide circa hoc
de ſnĩa iniuſta ex aĩo,q̃ tamen eſt iuſta ex cauſa & ordine.
x.q.iij.epiſcopus.ſed deus eſt iudex oĩm cauſarũ & rerum.

ergo qui procurat vel dat cãm vt alios puniat ꝓ ſuis pc̄tis
& non pro alienis:quanuis iniquo aĩo id facit & cõtra cha-
ritatẽ,non tenet̃ ex hoc ad reſtitutionẽ.De eodẽ exemplifi-
cari põt,ſi quis odio gẽtis inducat regẽ vt illi bellũ moueat
ex iuſta cã quam contra illũ habet:peccat contra charitatẽ,
H ſed nõ obligatur illi genti ad reſtitutionẽ dãnorũ.¶Scd̃a
pars patet:quia ſicut priuatus iniuſte punit hoĩem ꝓ pc̄tõ
eadem etiam pœna quam infert iudex,& iniuſte ex illa cau-
ſa iniuriæ dep̃datur patriam ex qua hoc iuſte & licite facit
princeps:ita conſimiliter ꝓcurans hoc fieri,iniuſtitiã facit,
& tenetur reparare totũ damnum.ſic qui immediate procu-
rat ꝑ dæmonem damna inferri.Nec obſtat ꝙ dæmon non
põt niſi ꝑmittente deo & coagẽte:quia ſic nec hõ põt cui-
quã nocere vel damnũ inferre niſi deo ꝑmittente,& eodem
principaliter agẽte.Ex hoc patet ꝙ ſubtrahentes ꝑ malefi-
cia lac vaccarum,vel inficientes blada & hmõi:tenent̃ repa-
rare damna q̃ intulerunt,perinde ac ſi medio hoĩs damna in-
tuliſſent.Sed cõtra iſtud vr̃,qui pellit milites conductos ad
defenſionẽ eorum qui inuaduntur bello iuſto:tenet̃ ad reſti
tutionẽ damnorum æque vel magis q̃ milites conductitij
cũ ꝑ eorum negligẽtiam damna inferuntur:& ille ſolũ eſt
cã damnorum q̃ iuſte inferuntur,& tanquam remouens ꝓ-
hibens.ergo cõſimiliter qui pellit ſc̄tõs viros de patria,vel
præſidia angelorum qui nos peccatores tuerentur contra di
uinam iracundiam:conſimiliter tenetur de damnis quæ ta-
men deus iuſte ꝓ peccatis noſtris infert.Præterea non ſolũ
qui iniuriam fecit principi pro qua eſt ei iuſta cauſa inferen
I di bellum:ſed etiam qui impedit correctionem vel ſatiſfa-
ctionẽ iniuriæ vnde princeps placaretur ne bellum inferret,
tenetur ad damnorum reparationem.& talis remouet pro-
hibens:ergo conſimiliter qui impedit correctionem peccа
torum fieri vnde pacaretur deus ne ſaltem plagam inferret
quanuis pro peccatis ipſius populi:videtur obligatus ad
reſtitutionẽ.Nec releuare videtur ſi dicatur,hæc p̃ſidia an-
gelorum & iuſtorum hominum ſunt præſidia gratioſa nõ
conductitia.iam repellens ſolam gratiam non videtur face



re iniuriam,tũ quia auferendo alteri grãm tertij bene ago
contra iuſtitiã:vt ſi aufero quod eſt eius ſine p̃fixione termi
ni,vel cum p̃fixione termini commodatũ:facio & dño rei
& commodatario iniuſtitiã.Rñdeo,Aliud eſt pellere im-
mediate ſeu remouere prohibẽs:aliud ꝑditionis merito vel
imp̃catione efficere apud deũ vt ipſe remoueat.Primo ca-
ſu admitto ipſum teneri ad reſtitutionẽ.Scd̃o nõ:q̃a ſolum
eſt cã vt deus ſubtrahat ſuã grãm p̃ſidij.& ergo ad reſtitu-
tionẽ nõ magis obligat̃ q̃ ſi impetrẽ odio Ioãnis vt Petrus
ab eo repetat mutuũ vel cõmodatũ:vel ſi ego qui ſum ſo-
cius Ioannis,prouoco Petrũ,& ex hoc moueat̃ Petrus re-
uocare illam gratiam à Ioanne.vnde iſto ſcd̃o modo remo
ueo ſeu pello prohibens per iniquitatẽ cum malo aĩo impe-
tro,ſed non ꝑ iniuſtitiã:& ſola iniuſtitia obligat ad reſtitu-
tionem.¶Si ſcd̃m principale,puta ſi dat cãm quare puni
tur populus pro ſcelere alieno,vt pc̄tm̃ vnius etiã alios ad
pœnã inuoluat:hoc fit dupliciter,videlicet ꝑ viã meriti:q̃a
videlicet diuinã maieſtatẽ offendens prouocat,ſicut iniu-
riã faciẽs terreno principi,illum prouocat & inducit bello
patriam impetere:& ſic offenſam patris vindicat in filijs,&
iniquitatẽ vnius ſociorũ in re cõi vtriuſq̃.hoc modo va-
ſtatæ ſunt merces & naues communes Ioſaphat propter ſo
cij ſcelera,videlicet Ochoſiæ.ij.Paralip.xx.Secundo fit per
viam iniuſtitiæ,& p̃cum ſeu impetrationis.Et hoc iterum
dupliciter.Primo impetrãdo & petẽdo id in quo populus
damnificabitur,nõ tñ ex intentione damni alterius.De hoc.
j.Re.viij.petẽtibus regẽ p̃dixit dñs ius regis:ius inquã vſur
patiuum ſeu ius cogendi quo tollet filias & filios,agros vi-
neas & oliueta veſtra tollet,& dabit ſeruis ſuis.in qua abie-
ctione domini,& perfectione regis gens tota damnificata
fuit.& videntur talia orantes teneri ſicut medicus antidotũ
conſulens per imperitiam vnde corpus vel membrum lędi-
tur,& iuriſperitus in quo cauſa perditur.Secundo ex inten-
tione & animo damnificandi & maledicendi alteri,vel orã- k
do ꝙ dñs ei aduerſetur & infortunet.Circa hoc membrum
pono hanc concluſionẽ.Is pro cuius peccato innocẽs à deo

percutitur,ſiue ꝑ viā meriti,ſiue per viā inſtantiæ & precū
tenetur de omni damno quod deus ꝓ eius pc̄tō innocenti=
bus ſeu innoxijs infert,probatur,quia ille,ꝓ cuius offenſa
populus innocēs bello impetitur,tenetur de oī damno po=
puli innocentis.nam populus innocēs iniuſte patitur,quā=
uis princeps populū talem iuſte inuadat ꝓ offenſa rectoris
vel forte principis ſeu ducis eorū:& quia iniuſte patiť,o=
portet aſſignare à quo iniuſte patiať:& eſt nō ille qui ex cā
iuſta bellum mouet,ſed is qui cām dedit pro qua bellū in=
fertur.ergo ſimiliter is ꝓ cuius culpa innocēs popul9 à deo
dānificatur,& plagis atteriť:tenetur populo innocēti de oī
dāno.¶ Præterea qui canē irritat & efficit vt alium mor=
deat:quanuis tn̄ ad manū nō tenuerit,ad minus tenetur in
factū actione:imò dn̄o illius ſerui qui morſus eſt,tenetur le
ge Aquilia:vt eſt tex.in.l.Itē Mela.ff.ad.l.aquiliā.ergo qui
irritat deū & ꝓuocat vt eius pc̄tō etiā innoxius puniatur,
tenetur de damno innocēti illato.Quòd aūt maledicēdo vel
orādo aliquoties impetremus innoxijs damna inferri,vide=
tur:quia deus ad probā ſeu pro virtutis exercitio nonnun=
quā aufert ſc̄tis hoībus tꝑalia bona ad conſeruationē hu=
militatis,vel meritorum augmentū.Ergo nihil ꝓhibere vr̄
quin aliquoties īd faciat audiēs malorum petitionē vel im
precationē ſeu maledictionem,ſicut & ꝓ offenſa malorum
iuſtos damnificat,ſemꝑ tn̄ ad iuſtorum vtilitatē ſpūalē.Et
iſtud exemplariter contigiſſe videtur Iob primo,ꝙ ad peti
tionē dæmonis Iob in ſubſtantia fuit ꝑcuſſus.& Matth.
viij.dæmonibus petētibus conceſſit ire in gregem porco=
rū.Suꝑ quo dicit gl.Niſi qs more porci vixerit,diabol9 nō
accipit in eum poteſtatem:niſi forte ad probādum.ergo ad
probandum bene accipit &c.Sed ꝙ non teneatur quis ad
reſtitutionem qualitercunq; apud deum cauſam dederit pu
nitioni ſeu damnis iuſtorū:fortiſſime probatur hoc medio.
Qualitercunq; quis effecerit apud tertium vt ſolam grām
ſubtrahat,non obligatur ad reſtitutionē,vt patet:quocun=
qūe animo effecero apud Petrum vt repetat à Ioanne mu=
tuum vel commodatum;non obligor Ioanni ad aliquā re=



ſtitutionē.Sed à deo(vt ſupra argui)oīa ad grām poſſide=
mus,& quaſi mutuum nobis creditū.ergo.Et cōfirmatur:
charitatis eſt ſi quis ſciat deū innocentibus pœnā ſeu dam=
nū decreuiſſe,orare & velle vt in hoc dei volūtas fiat,iuxta
doctrinā Saluatoris ī oratione dn̄ica:Fiat volūtas tua &c.
Matt.vj.Huius exemplū habemus Actuū.xxj.prophetāte
Agabo:Hæc dicit ſpūs ſc̄tūs:Virū cuius eſt zona hæc,ſic
alligabūt in Hieruſalē Iudæi:& tradēt in manus gentiū.cū=
q; rogarēt Paulū diſcipuli ne in Hieruſalē aſcenderet,Quid
facitis inquit flentes & affligētes cor meū?Non ſolū alliga
ri in Hieruſalē,ſed mori paratus ſum ꝓ noīe dn̄i mei Ieſu.
hoc audito quieuerunt dicentes,Domini voluntas fiat.Sed
q̄ prædeſtinata ſunt precibus futura:ſiue ante prænuncia=
tionem fuſæ preces fuerint,ſiue poſt fundantur:æque deus
illa propter preces facit.xxiij.q.iiij.obtineri.ergo licet oran=
do procurare vt innocens(qualis erat Paulus)plagis afficia
tur & damno:& per conſequens ex hoc ad reſtitutionē nō
obligatur.Secūdo confirmatur:quia angelus princeps Per
ſarum reſtitit apud dominū angelo directori plebis Iſraeliti
cæ.xx.diebus,& tam valide vt nullus ei aſſiſteret ex princi
pibus,q̄ꝫ Michael princeps Iudæorū ſolus.Danielis.x.Ergo
licet impedire apud dominum relaxationem populi innocē
tis iniuſta captiuitate detenti.&pari modo licet captiuitatē
procurare & damna.¶ Reſpondeo.Ad primum dico pri= L.
mo ꝙ regulariter dominus punit peccata plagam ꝑ homi
nes inferendo,qui damna & mortem iniuſte inferunt:vt pa
tet in bellis innumeris quibus attriuit populū Iſrael,& ſer=
uitute qua illum preſſit in Aegypto,tandem viſitans ſuper
his quorum miniſterio vſus populū percuſſit & attriuit.
de hoc Eſaiæ.li.in.fi.& Geneſis.xv.Quanquam igitur deus
per ſe auferendo cenſeretur ſolam gratiam auferre,nihilomi
nus quibus vt miniſtris vtitur,contra iuſtitiam quod in=
nocentum eſt auferunt,& ſic peccato noſtro damus in hoc
cauſam iniuſtæ damnificationi.Et idem eſt cum à diabo=
lo fit domino non mandante,ſed permittente.Et eſt intel=
ligendum quòd deus ſic adducendo oppreſſores ad vin=

dicandũ alterius gẽtis pctã,non immittit eis propoſitũ ſeu
voluntatẽ malã:ſed magis inflectit vt cum ꝓpoſuerint ſibi
velle ſubiugare alios,faciãt hoc de populo cui eſt infenſus:
vt quo ad primã voluntatẽ malam ſit ꝑmiſſiua cauſa tãtũ:
ſed q o ad influxam poſitiua:queadmodum ſi ego hoĩem
ꝗ ꝓpoſuit interficere vnũ antequam panẽ ſumat aut potũ
orẽ vt laicum non ſacerdotem occidat,aut Turcam & non
Chriſtianum.¶Scd'o dico:ſupponamus deum ꝑ ſemetip=
ſum dãna inferre,vt videt̃ dum continet pluuiam,vel bla=
dorũ modicum germen concedit,vel ꝗa parũ farinæ cõti=
net,modici valoris eſt:ꝙ ꝗ & hoc dæmonũ miniſterio fre=
quẽter fiat:qũo & Iob à dæmone in tota ſubſtãtia læſus eſt.
M Hoc ſuppoſito dico ꝙ deus infert iuſtis dãna ꝑ ſeipm̃ duo
bus modis.Primo ꝓpter ſolam vtilitatẽ ipõrum ad ꝓban=
dũ vel humiliandũ:& fit ꝑ viã ſubtractionis gratię:& qui
orando daret cãm apud deũ vt ſic fieret,non obligaret̃ re=
ſtituere.Scd'o modo fit ꝑ viam commutationis,vel ꝑ mo=
dũ punitionis & vindictæ,puniendo videlicet in eis pctm̃
conſocij vel cognati,aut ſuperioris,vel aliàs affectu vel lo=
co coniuncti.& poſſumus hũc modũ appellare viã belli:&
ſic perinde eſt ac ſi terreno principi cãm belli dediſſet,vn=
de innocentes grauantur.& de hoc ſcd'o mõ ꝓcedit conclu
ſio.Et conſimiliter dicendũ eſt ſi ponat̃ deum ꝑ alios facere
de ſuo mãdato,vt ꝑ ſctõs angelos vel hoies bonos.imò &
de primo modo multi dubitarẽt.Sunt enim btũs Thomas,
Scotus,Richardus,Palude,& plures alij in ea ſnĩa,ꝙ impe
diens alium à promotione ad beneficiũ vel officiũ,ſi faciat
animo nocẽdi,tenetur ad reſtitutionẽ.Secus ſi animo conſu
lendi ſuæ vtilitati vel indẽnitati.Sed de hoc dixi alibi in ma
teria reſtitutionum.ſatis eſt propoſito noſtro,cum aufert
non quaſi gratiam,ſed in vindictam pro peccato,ꝙ perin=
de tenetur ac ſi gratia non eſſet: & perrarum eſt ꝙ in tali
damnificatione non vtatur medio dæmonum vel hominũ
iniuſte damna inferentiũ de permiſſione dei,& non manda
to.¶Ad primam cõfirmationem dico ꝙ aliud eſt ante p̃=
nunciationem vel etiam poſt dare cauſam quare velit deus
innocentem



innocentẽ affligere,ſeu dãno afficere.qđ nõ licet: ſicut nec
manu ſine dei mãdato dãna ipſa vna cũ deo inferre.aliud eſt
orare vel potius aſſenſum adhibere,& hoc expetere vt vo
luntas dei in oĩbus fiat.¶Forte obijcies de Helia qui ora=
tione effecit vt nõ plueret ſup̃ terrã annos tres & meſes ſex,
in quo plures iuſti ꝓ alieno ſcelere:(videlicet ipſius domus
Achab)puniti ſũt,de hoc Iaco.vlt.Et.iij.Reg.xvij.ſimiliter
orauit:Si homo dei ſum,deſcẽdat ignis de celo,& deuoret te
& quinquaginta tuos.qđ & vſq; in ſecundũ vicẽ factũ eſt
donec tertius veniẽs curuaret ſua genua ſua ante Heliã: &
peteret vt miſereret̃ animæ ſuæ.in q̊ vident̃ innocentes etiã
aliqui cõſumpti.de quo.iiij.Reg.j.Et.ij.Reg.xxiiij.ꝓ pctõ
numerationis populi qđ Dauid cõmiſerat,data eſt Dauid
optio triũ pœnarũ,vt vel ſeptẽ ãnis eſſet fames in terra, vel
tribus mẽſibus fugeret aduerſarios,nec poſſet reſiſtere:aut
tribus diebus angelus dñi peſte cæderet populũ:& qđ illo
rũ eligeret,fieret:& elegit tertiũ:in quo multos innocentes
fuiſſe occiſos apparet ex hoc ꝙ orãs dñm dixit:Ego ſum ꝗ
peccaui.iſti qui oues ſunt,quid fecerũt?Vertat̃ obſecro ma=
nus tua cõtra me &c.Ergo licet oratione dare cauſam diui=
næ volũtati,& nõ ſolũ cõcomitanter,ſed antecedẽter ꝑ viã
cauſalitatis,quãquã tẽpore ſemꝑ poſterius quã innocẽtes
dãnificent̃.Rñdeo.Hæc ſolũ ꝓbant ꝙ de volũtate & aſſen= N
ſu dñi licet orando dare cauſam dãni vel mortis innocentũ:
imò ſic liceret velle & manu ĩterficere:vt in exẽplo Abrahę
qui iuſſus fuit offerre Iſaac.Geneſis.xxij ſecus ſi oratiõe pec
caminoſa vel maledictione nitamur innocẽtis ꝓcurare dã=
num vel mortem,& nõ fundimus ex iuſta cauſa,puta quia
vidimus deum velle vt oremus:vel quia veriſimiliter time=
mus,niſi innocens in malorum ſocietate fuerit temporaliter
coercitus,ſeductus eorũ ſuaſioni acquieſcet ad malum:quo
caſu licet mihi orare id,ſed non manu inferre ſine ſpeciali aſ=
ſenſu dei vel mandato.Sed difficultas noſtri articuli de hoc
eſt quando deus innocentem punit pro alterius peccato,an O
is qui deum offendẽs prouocat,teneatur damnorum quæ
innocentes patiuntur pro eius peccato. Ad ſecundam cõfir=

mationē de angelis, vt habet magiſter ſentētiarū.xlv.diſ.iiij.
adeo ſūt ſupernæ ꝟitati addicti, vt nihil abſolute velle queāt
qd' nō prius diuina didicerint voluntate implendū. eorū er=
go reſiſtere eſt merita plebis hincinde in cōſpectu dei addu=
cere, & ſup adductis diuinā voluntatē & bonitatē quid de
beat fieri cōſulere. Etiā licet in illa captiuitate iniuſta quidē
innocētes detinerent, vt Daniel & alij. qa videbāt illis eſſe ad
augmētū meriti: iuſta & vera charitate poterāt orare vt ſic
detenti glorioſius triūpharēt. & ſic nō tangit præſentē diffi
P cultatē quæ eſt dū quis ſuo peccato alium ad pœnā inuol=
uit. Etiam qui iuſta & licita ratione dat cauſam dānis alio=
rum etiam quæ iniuſte per alios malos vel dæmones infe=
runtur: quia ipſe nō iniuſte damnificat, nō tenetur damno=
rum: ſecus cum dat iniuſtā cauſam, ſeu cum alios innocētes
ipſe damnificat iniuſte. Si tertio modo, puta ſcelere ſuo eſt
cauſa quare mixtim punit̄ populus pro alieno & proprijs
pctis, cōiunctim ſcilicet pro vtriſq;: videbit̄ fortaſſe inſoli=
dum populo ad damnorum reparationē teneri: quia nō eſt
Q diſtinguere aliquā partē damnorū cuius ſuū peccatū nō ſit
cauſa: ſicut in tractu nouis non eſt aſſignare aliquā partem
motus quin ꝓcedat cauſaliter à quolibet trahentiū, licet vt
partiali cauſa. Iam cū aliquis eſt cauſa totius dāni, tenet̄ in=
ſolidū de dāno, etiā ſi ſit cauſa partialis tm̄. Vnde ſi vnus cō
mittat primo offenſam in principē quæ ſit iuſta cauſa belli,
& deinde alius cōſimilē, & atteritur vtriuſq; offenſa populꝰ
quilibet inſolidū tenetur de omni dāno. Vnde in.l.vulgaris.
in.§.ſi duo.ff.de furtis. dicitur quāuis ſinguli ſignū tollere nō
potuerūt: quia pro parte ſingulos furtū feciſſe dici non pōt:
totius furti ſingulos reos teneri. Hinc in.c.ſicut dignū.de ho
micidio, doctores tradūt theoricā: Quia cōſiliū peruagatur
omnem partē dāni, nō aūt cooperatio: is qui conſulit, tene=
tur de omni dāno: cooperās aūt de ea pte dāni ſolū quā intu
lit. Ergo ſimiliter in ꝓpoſito qa crimē iſtius ſua cauſalitate
ꝓuagat̄ oēm partē dāni, ſequit̄ q; inſolidū de toto tenet̄. Pro
eodē facit q; ſi plures trabē deiecerint, & illa aliquē oppreſſe
rit, oēs tenentur lege aquilia.l.item Mela.§.ſi plures.ff.ad le=



gē Aquiliā. Nec obſtat ſi dicas hoc in iure ciuili cōtra ratio
nē ꝓ cōi vtilitate receptū, vt de hoc eſt textus.l.ita vulnera=
tus.§.vnicū. illud pro exēplo tradēs, cū plures trabē alienā fu
randi cā ſuſtulerint, quā ſinguli ferre nō poſſent: furti actiōe
oēs teneri: quāuis ſubtili ratiōe dici poſſet neminē eorū tene
ri: qa neminē verū ſit eā ſuſtuliſſe. Iam qd̄ cōtra rationē ꝓ
cōi vtilitate receptū eſt in aliquo caſu, nō debet (maxime in
foro conſcientiæ) vltra proprios terminos extendi, vt hic fie
ret extendēdo ad ablationē boni animæ, qd̄ efficaciter nō au
fert, maxime cū ſolū ꝑnicie exēpli aufert. Primo qa multis R
videretur Iulianus nō recte exēplificaſſe, cū aliud ſit ſuſtuliſ
ſe ſeu abſtuliſſe: aliud ſolum abſtuliſſe: ſicut aliud eſt dictū
Ioannes trahit vel pellit nauē: & ſolus trahit vel pellit: alias
nullus equorū diceretur trahere currū, ſed tantum omnes ſi
mul. Sed iſtud eſt nō ſatis reuerenter ſentire de iuris pruden=
tibus. Ideo aliter dico quòd in pœnalibus ad rigorē & ſubti
lem rationem inueſtigandi ſtrictior debet fieri interpretatio
tam in odioſis, quam in alijs: iuxta regulam, odia. in ſexto. &
notata doctorum ibi. Iam actio furti eſt pœnalis: & ergo li=
cet vnus ſatiſfecit, alius nō liberatur: vt cōſimiliter in actio=
ne legis Aquiliæ.l.item Mela.§.ſed & ſi ſeruū. ſecus in actio=
ne rei perſecutoria, vt in condictione furtiua.C.de cōdi. fur.
l.j.& ibi vide Cynum. In propoſito autem loquimur in ca=
ſu perſecutionis rei, puta damni illati: ita videretur inſolidū
teneri is qui cauſa eſt vt mixtim populus pro ſuis proprijs
peccatis puniatur, & cum hoc ꝓ ſcelere illius. Sed ſubtilius
intuenti facile eſt deprehēdere quòd iſtud in caſu noſtro nō
procedat: quia licet ſocij ſimul auferentes trabem, quilibet
inſolidum teneatur damnificato: tamen reſtitutione facta ꝑ
vnum, alij complices non tenentur illi qui reſtituit totum,
reddere: ſed vnuſquiſque pro rata. ſi fuerint ſex, quilibet ſe=
xam partem. ſi tantum duo, quilibet medietatem. Sed in ꝓpo
poſito ſunt ſocij in cauſalitate damni illati: ideo nō tenet̄ illi
inſolidum, ſed pro rata cauſalitatis. Si fuerit medius cauſan= S
do, obligatur ad medium reſtituendum. Quod ſic deduco:
quia ponamus eum reſtituiſſe totum damnum, & alius reci

piẽs fuit media cã:tenet mediũ illi reddere.ergo ab initio nõ
obligabat naturali iure niſi mediũ reſtituere. Itẽ ponamus
ꝙ vtrũq; deus equaliter puniat ꝓ ſuo & alterius ſcelere:neu
ter alteri tenet:& iuxta naturalẽ æquitatẽ ſi ſcelus vnius ſit
potior cã dãni,id eſt plus ad hoc faciens: tenet ad ꝓportio=
nẽ illius quãto plus dedit cãm alteri repare, verbi gratia,to
tius damni vtriuſq; ſcelus Ioãnis eſt cã vt duo,& ſcelus Pe
tri vt vnũ.Ioãnes tenet Petro reparare vnã tertiã partem ſui
damni. Vnde ſicut qui fortius trahit quantũ duo alij:iuxta
naturalem æquitatẽ meretur & debet habere mercedẽ duo=
rũ:ſic is qui eſt cã damni duplo cõparatione ad ſociũ, tenet
duplo plus quã ſocius:ita ꝙ cõtribuendo ad reſtitutionem
cũ ſocio ipſe deberet duplo plus dare quã ſoci9. Ex his patet
ꝙ is qui ſcelere ſuo dat cãm vt populus mixtim puniat,non
tantũ pro ſcelere eius qđ eſt populo alienũ,ſed vnà pro ꝓ=
prijs criminibus:tenet populo reparare partẽ damni ꝓpor
tionabiliter ad gradũ cauſalitatis:ſi peccatũ ſuũ fuit media
cauſa, medium:& ſic proportionabiliter. Et hoc procedit
quando non fit reciprocatio, vt ipſe etiam puniatur ſeu da=
mnificetur pro peccatis populi:quia ſi mixtim duo ſint in=
uicẽ cauſæ plagæ ſeu damnificationis & æqualiter,neuter al
teri tenetur:ſi vnus plus altero, iuxta hoc proportionabili=
ter ad aliquam reparationem tenetur. Et poſſent ex dictis
pulcherrimæ propoſitiones & variæ inferri: ſed transeo ꝓ=
perans ad alia.Sed obijciet fortaſſe aliquis,ſtat illum pro cu
ius ſcelere populus plaga ꝑcutitur,mixtim vel ſolitarie pec
caſſe vnico peccato,puta blaſphemiæ, ſodomiæ, vel huiuſ=
modi.ergo non obligatur populo ad aliquam reſtitutionẽ.
Conſequẽtia tenet:quia ſola iniuſtitia obligat ad reſtitutio=
nem:& ſic præter peccatum blaſphemiæ vel huiuſmodi de=
buiſſet etiam committere culpam iniuſtitię.Et confirmatur
quia ſi obligaretur reſtituere,eſſet ex eo quia cauſam dediſ=
ſet damnis populi.ſed hoc non: quia ſancti angeli ſæpe in=
ſtant ad dominum vt puniantur indiſtincte homines pro
peccatis malorum,qui palam & quaſi ad ſpectaculum pec=
care non verentur.& idem in ſanctis hominibus.ſed *illi* non



tenentur ad reſtitutionem:& dant cauſam illis damnis ſicut
cõſulentes vł pręcauentes.nec obligãtur: ergo nec ſcelus vł
peccatũ admittens.Idẽ poteſt perſuaderi de inflectentè ani=
mũ eius q vult ſubiugare ſuę ditiõi populũ vt prius vel po
tius Francos inuadat,ꝙ noſtrates: q ex hoc nõ videt obli=
gari ad reſtitutionẽ, ꝙ orando vel ex aliqua cauſa & ratio=
ne ad hoc ꝑſuadendo induxerit ſeu inflexerit: etiam ſi prius
firme propoſuerit noſtrates inuadere. ergo ſimiliter nec is
ꝓ cuius ſcilere.Præterea ſi ex hoc obligaretur aliqs ad repa
rationem damnorũ,qa ꝓ ei9 ſcelere mixtim vel ſolitarie po=
pul9 plagatur,ſequeretur hęc abſurditas, quòd qcũque pec
cauit aliquando mortaliter,deberet cogitare an eſſet obliga
tus ad damnorũ reparationẽ. Sequela probatur: qa incertũ
eſt an ꝓ illo peccato ſolitarie vel mixtim deus plagam illam
infert.Et abſurditas ꝓbatur:qa ſic nullus talium vere pœni=
teret ſine reſtitutione:qa in ꝓbabili dubio nemo poteſt ſine
diſcrimine partem illã quę certa eſt dimittere,partem dubiã
amplectendo.Nã iuxta maximam doc. Qui ſe exponit diſ=
crimini peccati mortalis,eo ipſo peccat mortaliter.Et cõfir=
mat:qa conſtabat Dauid plagã graſſari in populo pro pec=
cato quod cõmiſit ĩ numerãdo populũ:vt patet.ij.Reg.xiiij.
& nõ legit quãcunq̃ de hoc populo feciſſe reſtitutionẽ quã
uis tamen cõfiteretur populũ inſontem eſſe: petens proterea
manum domini ĩ ſe cõuerti & domũ patris ſui.ergo &c.Se=
cũdo cõfirmatur:qa ſic qlibet peccator in tẽpore belli vł al=
terius plagę teneretur propter dubiũ alteri ad reparationẽ
damnorum. Præterea cum populus mixtim pro alieno &
proprijs peccatis percutitur, præceſſerunt ſufficientia pec=
cata pro quibus eadem damna populo intuliſſet, quanuis
prius ſuum ſcelus non admiſiſſet. ergo tunc non obligatur
ad reſtitutionem.Conſequentia tenet: quia tunc eadem da=
mna ęqualiter populo obueniſſent, ſicut fur ęque ſuſpenſus
fuiſſet quanuis nõ adieciſſet ſextũm furtum. Ad iſta reſpon=
deo. Ad primum nego cõſequentiam. Ad probationem cõ=
ſequentię dico ꝙ ad contrahendum obligationem reſtitu=
tionis nõ requiritur peccatũ iniuſtitię:imo poteſt cõtrahi ſi

ſa ſequitur delictorũ inuidia &c.xv.q.j.nõ eſt. Et ſecundũ philoſophũ.ij.Ethi.ridiculũ ẽ accuſare externa,& nõ ſeipſm potius,qui ab his facile capiat̃.Etiam Chryſo.ſnĩa eſt ꝙ nemo læditur niſi à ſeipſo. Adamas inquit malleis cæſus non infringit̃.ita ꝗ à ſemetipſo nõ lædet̃:etiã ſi tondat̃ ab alijs,nõ põt lædi. Præterea ſciẽti & cõſentienti nõ fit fraus neq; dolus,vt eſt regula iuris lib.vj.ergo nec iniuria.tũc vltra. Non obligamur reſtituere alteri niſi per iniuſtitiã læſo,& cui iniuria fit nõ reſtituẽdo.nã ſi aliũ iducã ꝑce vel precio vt amputet ſibijpſi manũ:nõ teneor illi ad aliquã reſtitutionẽ.ergo nõ obligamur ad reſtitutionẽ illi quẽ exẽplo pc̃ti ad peccandũ induximꝰ,ex quo volẽs ſibijpſi nocuit, Præterea tertio. Nemo tenet̃ de hoc qđ occaſione accepta nõ data actũ ſuũ ſeu factũ cõſequitur.ſed ꝙ publicæ peccantẽ qñ alios non hortatur ne laborat ad peccandũ inducere,alij imitent̃ peccando,eſt per occaſionẽ acceptã ab alijs,& nõ datã à peccante.ergo. Maior patet per illud apoſtoli.ij.ad Corin.v. Chriſti bonus odor ſumus in his qui pereũt,& in his ꝗ ſalui fiũt: alijs odor vitæ in viã,alijs odor mortis in mortẽ. Non eſſet aũt Apoſtolus in hoc Chriſti bonus odor ſi rñdere deberet de his quæ per occaſionẽ acceptã ſequuntur. Etiã ad Rom. vij. Occaſione accepta peccatũ per mandatũ operatũ eſt in me oẽm concupiſcentiã. Et de Chriſto dicit̃ Eſa.viij.ꝙ erit in lapidem offenſionis,& in petram ſcandali,& in ruinam & laqueũ habitantibus in Hieruſalẽ. Et minor ꝓbat̃:quia niſi per occaſionẽ acceptã & non datã quis imitaret̃ aliorũ pc̃tã,non liceret hiſtorias facinoroſorũ hominũ cõſcribẽdo poſteritati memorãdas tradere:ex quo illorũ æque vt viuorũ hominũ imitãtur exẽpla:qđ ineptũ & blaſphemũ eſt de ſcriptura ſacra ſuſpicare vel ſentire. Præterea q̃rto,cõſulens alteri facinus ſeu pc̃tm̃,ad nullã obligatur reſtitutionẽ:ergo multominus is cuius exẽplo forte cõtra eius voluntatẽ vel præter alius inducitur ad peccandum. Antecedens patet: quia ex conſilio nemo obligatur,niſi ſit fraudulentũ: vt eſt regula iuris libro ſexto,nullus ex conſilio. Et quãuis ex conſilio fraudulento ſuper contractu conſulens tenet̃ contrahenti:tñ cõſulens maleficiũ nõ tenet̃ facienti ſeu cui cõſulit:ſed ei cõtra quẽ cõſiliũ dedit:vt ſuper dicta regula dicit gloſſa,& ſequunt̃ oẽs doctores. Primò qa ſcire debebat id ſibi nõ expedire,iuxta.l.ij.in fine.ff.mãdati, Secũdo qa ex improbitate ſua nullus cõſequit̃ actionem.ff.de furtis.l.itaq; fullo. Præterea quinto ꝓbat̃ hoc deducẽdo ad duo inconuenientia. Primũ,qa ſi teneret̃ ad reſtitutionẽ illi quẽ exemplo pc̃ti traxit ad culpã:teneret̃ illũ reducere à pc̃to:& ſi nõ poſſet,teneret̃ ei in alijs recõpenſare.nã ſi tibiã alterius rupi:qa reſtituere nõ poſſum,teneor ad aliã recõpenſam.ſed hoc eſt abſurdiſſimũ.vt ei ꝓpter obſtinationẽ,& qa reduci nõ põt, obligarer in bonis fortunæ recõpenſa ei ſatiſfacere. Etiã nõ videt̃ qua recõpenſa ei ſatiſfieri deberet. Secundum incõueniens eſt ꝙ aliquis poſt mortẽ & verã pñiam poſſet incipere eſſe obligatus ad reſtituendũ,ſi tunc primũ incipiant peccando eũ imitari. ¶ In oppoſitũ eſt illud Anacleti. Deteriores ſunt qui doctorum mores vitamq; corrumpunt, ijs qui ſubſtantiam aliorum prædiaq; diripiunt:quia illi quæ extra nos ſunt auferũt,iſti noſipſos decipiunt & corrumpunt.vj. q.j.deteriores. ¶ Pro huius ſolutione pono duas propoſitiones. A Prima eſt:Exemplo efficacius alios corrũpimus,q̃ doctrina vel cõſilio. Patet.nã vt refert Philoſophꝰ.x.Ethi. quidam opinati ſunt vtile ad vitam docere ꝙ omnis voluptas praua ſit:quia pleriq; ad voluptatem inclinãtur,& voluptatibus inſeruiunt:& hos oportere in contrarium ducere,nam ſic erit ad medium deuenire. Philoſophus ꝓbat hãc doctrinam non eſſe vtilem ad vitam ſeu mores bonos.nam qui de affectibus & actibus habentur ſermones minorem fidam habent q̃ opera. Quando igitur diſcordant ab ijs quæ ſecũdum ſenſum ſunt,ſpreti atq; reiecti etiam verum inſuper interimunt. Qui enim voluptatem vituperat:ſi quando deprehendatur illius appetens,ad illã inclinari videtur quaſi talem omnem exiſtentem.nam diffinire, id eſt diſcernere, non eſt multorum.concludens ꝙ ſermones qui veri ſunt,nõ ſolum ad ſciendum ſunt vtiles,ſed etiam ad viuendum,quia conſentanei operibus fidem habent:quapropter prouocant

intelligentes viuere ſecundũ illos.ergo exemplũ facti effica
cius docet & inducit ꝙ̃ doctrina vel cõſiliũ.hinc Matthæi.
xxiij.Ve vobis Scribæ & Phariſæi.Saluator inquit:qui cir-
cuitis mare & aridã vt faciatis vnũ proſelytũ :& cũ factus
fuerit,facitis eũ filiũ gehennæ duplo plus ꝙ̃ eſtis vos.glo.in-
terli.dũ viderit vitia veſtra factus ꝓſelytus,reuertit̃ ad gen
tilitatis errorẽ ꝑ præuaricatiõe maiori pœna dignus.& Hie
ro.Cũ eos videt opere deſtruere qđ verbo docebãt,reuertit̃
ad vomitũ:& fit duplo gehẽnæ filius,cũ fuerit tm̃ ſemel.&
Seneca ſeptima epiſtola ad Luciliũ docet ꝓ cõſeruãda vir-
tute & acquirẽda turbã ſeu multitudinẽ hominũ fugiendã
B eſſe.Nã qđ ægris euenit quos longa imbecillitas vſq; adeo
affecit,vt nuſꝙ̃ ſine offenſa ꝓferãtur:hoc accidit nobis quo
rũ animi ex longo morbo inficiunt̃.inimica eſt multorũ cõ-
uerſatio.Nemo nõ aliqđ nobis vitiũ aut accõmodat aut im
primit,aut inſciẽtibus allinit.vtiq; quo maior eſt populus
cui cõmiſcemur,hoc periculi plus eſt,nihil em̃ tã dãnoſum
bonis moribus,ꝙ̃ in aliquo ſpectaculo reſidere.tũc em̃ per
voluptatẽ facilius vitia ſurrepũt.Quid me exiſtimas dicere?
auarior redeo,ambitioſior,luxurioſior,imò vero crudelior et
inhumanior:qa ĩter hoies fui.ifra.Subducẽdus eſt populo te
ner animus & parũ tenax recti;facilè trãſitur ad plures. So-
crati,Catoni,& Lælio excutere mentẽ ſuã diſſimilis multi-
tudo potuiſſet:adeò nemo noſtrũ qui maxime cõcinnamus
ingeniũ,ferre impetũ vitiorũ tam magno comitatu venien
tium põt.vnum exemplum aut luxuriæ aut auaritiæ multũ
mali facit cõuictor delicatus paulatim eneruat & mollit.vi
cinus diues cupiditatẽ irritat.malignus comes quãuis cãdi-
do & ſimplici habitu rubiginem ſuã affricuit.quid tu acci-
dere his moribus credis in quos publice factus eſt impet9?
Ecce efficaciam exempli,ꝙ̃ magna vi trahit ad imitãdũ:vt
etiam Catoni mentem ſuã diſſimilis multitudo excutere po
tuiſſet.Hinc Hieronymus ad agonẽ iam tendens, id fratri-
bus dixiſſe legitur,Nil tã nocet homini ꝙ̃ mala ſocietas.ta
lis homo efficitur,qualiũ ſocietate fruitur.nunꝙ̃ agnus cũ
lupo habitat;vir vero caſt9 ſocietatẽ luxurioſi fugit.Plus ꝙ̃



impoſſibile puto virũ diutius in bonis ꝑmanere operibus
qui mala aſſidue cõuerſatione vtit̃. Cũ ſancto ſanctus eris,
ait Pſal.Certe vere dicã,perraro homo vel bonus vel mal9
efficit̃,niſi ob ſocietatis cãm.Pueri cor tanꝙ̃ tabula in qua
nihil depictũ eſt,fore dicit̃.Illud ergo qđ à ſocietate recipit,
vſq; in ſenectutẽ retinet,ſiue bonũ ſiue malũ ſit.Hæc ille.Pro
eodẽ ſeruit illud Eccłi.x.Secundũ iudicẽ populi,ſic & mini-
ſtri eius: & qualis eſt rector ciuitatis, tales inhabitantes in
ea.Itẽ Prouer.xxj.Princeps qui libenter audit verba mẽda-
cij:oẽs miniſtros habet impios.❡Ex hoc ſequit̃,doctor vel
ſacerdos vel magiſter publice peccãs adiungit peccato cir- C
cũſtantiã trahentẽ in aliã ſpeciẽ peccati.ſic duplici peccato
peccat:qa hoc nõ ſolũ eſt peccare,ſed peccati peſte & fœto-
re interficere alios & corrũpere, ac cõtra beatitudinis funda
menta in cathedra ſedere peſtilẽtię.patet ꝑ gloſſam ſuꝑ ver-
bo Eſaiæ.iij.Peccatũ ſuũ quaſi Sodoma ꝓ̃dicauerũt,nec ab-
ſcõderũt.Peccatũ ſuũ ſicut Sodoma prędicat, nec abſcõdit,
ꝙ pcti ſui exẽplo tãꝙ̃ fœtore alios corrũpit.Itẽ Hiero. expo
nẽs illud Mat.xxiij.Vę vobis Scribæ & Phariſęi hypocritæ
ꝙ clauditis regnũ cœlorũ ante hoies:vos em̃ nõ introitis:&
introeũtes nõ ſinitis intrare .Omnis magiſter ꝙ ſcandalizat
malis operibus diſcipulos ſuos,claudit ante eos regnũ cœlo
rũ.Pręterea ratione ꝓbo:qa ſi opere alias licito minus cau-
te facto corrũperet ꝓximũ,ſiue induceret ad peccatũ, pecca
ret mortaliter:ergo multo magis ſi id facit ope dãnato.An-
tecedẽs patet:qa ſecundũ Aug.ꝙ ꝑ aliquã negligẽtiã in ma-
lã venit ſuſpicionẽ,vnde ſcit vitã ſuã longe abeſſe: & dicit
corã deo ſufficere ſibi cõſcientiã ſuã:exiſtimationẽ hoĩm nõ
ſolũ impudẽter ſed crudeliter cõtẽnit,occidẽs aĩas aliorũ ſi-
ue blaſphemãtiũ viã dei:qbus ſecũdũ ſuã ſuſpicionẽ tanꝙ̃ D
turpis ꝗ̃ caſta eſt diſplicet vita ſctõrũ,vel etiã cũ excuſatio
ne imitãtiũ nõ qđ videt,ſed qđ putãt.xſ.q.iij.nõ ſunt audiẽ
di.De eodẽ eſt expſſa ſnĩa apłi.i.ad Cori.viij.Videte ne hæc
ſnĩa veſtra offendiculũ fiat ĩfirmis.Si em̃ viderit eũ ꝙ habet
ſciam,in idolo recũbẽtẽ:nõne cõſciẽtia ei9 cũ ſit infirma ędi
ficabit̃(.i.inducet̃)ad mãducãdũ idolothyta,& ꝑibit ĩfirm9

in tua ſcientia frater propter quē mortuus eſt Chriſtus? ſic
aūt peccantes in fratres. & ꝑcutientes cōſcientiā eorū infir-
mā, in Chriſtū peccatis. quapropter ſi eſca ſcādalizet fratrē
meū, nō manducabo carnē in æternū. Et ad Rom. iiij. Si pro
pter cibū frater tuus cōtriſtat̃: iā nō ſecundū charitatē ambu
las. Noli tuo cibo illū ꝑdere, ꝓ quo mortuus eſt Chriſtus.
& infra. Itaqꝫ q̄ pacis ſunt ſectemur, & q̄ edificatiōis ſunt i-
nicē cuſtodiamus. Noli ꝓpter eſcā deſtruere opus dei. Om-
nia quidē ſunt mūda mundis, ſed malū eſt homini q ꝑ offen
diculū manducat. De eodē eſt exēplaris ſentētia Eleazari. ij.
Macca. vj. hic dū cogeretur carnes porcinas comedere: aſtā-
tes iniqua miſeratione cōmoti propter antiquā viri amici-
tiā attulerunt ei ſecrete carnes de quibus ei edere licebat, vt
ſimularet̃ māducaſſe de carnibus porcinis, vt rex mādaue-
rat, vt ſic à morte liberaretur. Ille autem (vt dicit textus) ſecū
dū ſanctæ & à deo cōditæ legis cōſtituta reſpōdit, p̄mitti ſe
male in infernū. nō eñ ætati noſtræ dignū eſt fingere, vt ado
leſcētes arbitrantes Eleazarū nonaginta annorū trāſijſſe ad
vitā alienigenarū, ipſi propter meā ſimulationē decipiant.
Ex quibus manifeſte patet ꝙ non ſolū opere prauo, ſed qđ
ſpeciē habet mali, alios ſcandalizantes, eorū animas occidi-
mus, & in Chriſtū peccamus. Eſt ergo duplicata iniquitas
quādo corā alijs peccās eos trahit ad imitandū. Et dixi no-
tanter, doctor, ſacerdos vel magiſter: qa efficacius corrūpūt
exēpla illorū ſubditorū animos vel diſcipulorū. velocius eñ
& citius (vt Satyricus habet) nos corrūpunt exēpla domeſti
ca, magnis cū ſubeūt animos auctoribus. ¶ Secūda ꝓpoſi-
tio. Qui exēpli ꝑnicie alios ad peccandū inducit, obligat̃ in
vim reſtitutiōis ad reparationē dāni aīæ. ꝓbo ſic. Quicunqꝫ
cōſilio ſuaſu adulatione vel quacūqꝫ ſpecie inductiōis eſt cā
ablationis bonorum fortunæ, tenetur ad reſtitutionem eorū
quæ ablata ſunt, vt eſt maxima omnium doctorum. xv. diſ.
iiij. ſententiarum. ergo multo magis in bonis animæ obligat̃
reſtituere, cum illa incomparabiliter excedāt bona fortunę.
Nec obſtat ſi bona animæ efficaciter & ꝑ vim pręciſam au
ferri non poſſunt: quia ad inducendum obligationē reſtitu



tionis ſufficit cauſam dediſſe ablationi: vt ſi metu aliquē cō
pello vt rē propriā mittat in mare, nō minus ei obligor reſti
tuere, q̄ſi metu cōpulſus mihi donaſſet. ſimiliter cū do cau
ſam principi cui iniurior vel quē offendo, vt moueat bellū
populo, ſum ſolū cā diſpoſitiua, nō efficax: & teneor de om
ni dāno populi. ſimiliter ſi cōſulo vel ſuadeo vel p̄cibus in-
ſto vt moueat bellū qđ iniuſtū eſt: quāuis ſum ſolū cā diſpo
ſitiua vel ꝑſuaſiua nō efficax, teneor de oī dāno. ¶ Pręterea
ꝙ exēpli pernicie alios ſeducēs & ꝓuocans ad peccandū, te
neat̃ reſtituere: videt̃ ꝓbari ex illa ſentētia Hiero. Qui de ſer-
uitoribus ſuis aliquos ordināt, vitā eorū in ſcandalū popu-
li exponentes: rei ſunt infidelitatis eorū qui ſcandalizantur
j. q. j. hi quoſcunqꝫ de aſſeclis. ergo magis ille cuius exemplo
populus ſcandalizatur, ſi ille qui talem p̄ficit, eſt obligatus.
Vnde Gerſon doctor egregius in ſermone quē de pœnitētia
in cœna dn̄i habuit, quatuor ponit ſordidas trāſgreſſiōes, q̄
vix ad fundū extergi poſſunt. Prima, corruptio aliorū ī mo-
ribus: ſuꝑ quo, inquit, accipite qđ Berengarius moriens di-
xerit, Hodie apparebit mihi dn̄s meus Ieſus Chriſtus vel ad
gloriā, ſicut ſpero ꝓpter pœnitentiā meā: vel ad dānationē,
ſicut formido ꝓpter aliorū corruptionē, quos ad viā verita
tis reducere nō potui. Horreant & caueant qui ad ſimilitudi
nem dæmonū gaudent trahere alios ad interitū, p̄ſertim iu-
uenes & pueros. neſcio ſi tales poterit vnq̄ ſatis pœnitere.
ſufficere eis debuerat damnatio ꝓpria. Quid de malis exem
plis literatorū virorū & magiſtrorū? &c. Secunda eſt apud
eū cauſam dare bello iniuſto manu vel cōſilio &c. Tertia,
iniuſta patrocinatio vel diffamatio, qua tollunt̃ hæreditates
vel honores. Quarta, iniuſta ad dignitates ꝓmotio ꝑ ſimo-
niam: vel alias. Quantū periculi ſit in huiuſmodi ſeductio-
ne, doctor ſubtilis. xv. iiij. q. iij. planius exprimit. Quia inq̄t
facilius eſt peruertere q̄ conuertere, tenetur per ſe orādo, &
aliorum orationes procurando, & alios efficaciores perſua
ſores adhibere: dū tamen illis non prodat occultum alterius
peccatum: quod intellige niſi ob neceſſitatem ſalutis, quę ve
riſimiliter alia via procurari non poſſet. Recte igitur Sene-

ca epiſtola ſeptima ad Luciliũ inquit, Agite dijs imortali-
bus gratias, ꝙ eum docetis crudelẽ eſſe qui non põt diſcere.
Sed quid ſi homini reſoluto facere malũ, demonſtro quẽad-
modũ facturus ſit, vel adulando laudator ſum ꝓpoſiti: Itẽ
ei qui omnino facturus eſt ſuadeo, vel eundẽ oro ac hortor
vt faciat nõ mutans voluntatẽ, ſaltẽ quo ad ſpeciẽ facti: ſed
qđ prius voluit, iam ex alia partiali cã etiã velle incipit, pu-
ta ꝓpter preces vel ſuaſum meũ: ſicut ſi prius volui ire Me-
chliniam ad recipiendũ pecuniam, & poſtea intelligo illic li-
bros ſingulares exponendos venditioni, incipio velle ire ꝓ-
pter vtrancꝫ cauſam ſimul. Preterea aliquoties abſcꝫ dolo
luſus gratia ſuadeo vel hortor vt virũ ſe exhibeat, etiam ca-
piens pter vxorẽ pulchrã cõcubinã, vel vt nõ ferat à magi-
ſtro correctionẽ, ſed confidenter eũ percutiat: & ille facit: an
in his omnibus teneor ei ad reſtitutionẽ? ¶ Pro huius du-
bij reſolutiõe eſt aduertendũ. Cũ homo eſt firmi ꝓpoſiti ali-
E quid facere, & poſt incipit ex noua cã idẽ velle: ſiue cã perti-
neat ad genus cauſę efficientis, ſeu cauſę finalis: ad minus eſt
alia voluntas ſeu volitio numero, cuius eſt hęc noua cauſa.
vnde ꝑ hoc ꝓbat. viij. Phyſicorũ Philoſophus ꝙ motus ꝓ-
iectionis nõ eſt vnus numero. Idẽ patet auctoritate Fabiani
papæ: vt patet ex Iſidoro libro de ſynodis epiſtola Fabiani
tertia. Hęc vos iquit auctore deo omnia facere nõ ambigo,
ſed occaſione admonitiõis exorta bonis veſtris deſiderijs &
operibus me furtim ſubiungo: vt qđ nõ admoniti facitis:
qñ vobis & admonẽs addit, iã nõ ſoli faciatis. ergo in ꝓpo-
ſito cũ prius ſolus fuiſſet facturus: qñ velle incipit ꝓpter cõ-
ſilium vel laudẽ vel pces adhibitas, iã nõ ſolus facit ſeu cau-
ſat illã voluntatem. eſt ergo alia à voluntate prius cõcepta.
Nã quantũcunque parum ponderi adieceris quo horolo-
gium voluitur, adiectum eſt cauſa totius motus horologij.
Idem in tractu nauis. nec eſt diſtinguere quòd aliqua pars
ab vno & non ab altero trahatur. ſic cõſilium laus vel adu-
latio vel preces ac cõſimilis cauſa ſuperueniens incipit par-
tialis cauſa eſſe totius affectus ſeu volitionis quæ nunc eſt.
ergo differt à prius exiſtente. vnde etiam ſeruum corrupiſ-



ſe dicitur, & tenet edicto ſerui corrupti (qđ pœnale eſt) qui
ſeruo malo demonſtrauit quẽadmodum delinqueret: imò ſi
erat ſeruus oĩno fugiturus, vel furtũ facturus: qui laudator
huius ꝓpoſiti extitit, tenet nõ eñ laudãdo augere oportet
malitiã, ſed ſiue bonũ ſeruũ fecerit malũ, ſiue malũ deteriorẽ,
corrupiſſe videt: vt eſt textus in. l. j. ff. de ſeruo corrupto. Et
quãuis cũ luſus gratia ſine dolo malo eũ malũ fecerit, vel de-
teriorẽ, nõ tenet edicto ſerui corrupti: tenet tñ de dãno actio-
ne in factũ, cũ in anima deteriorẽ facit, vel malũ: ſicut dum
ſic ioco cõſulit vnde in corpore deteriorat, tenet vtili lege
Aquilia: vt eſt tex. in. l. dolo malo. iuncta. l. ſed cõmodius eſt
ff. de ſeruo corrupto. Nec põt textus iductus limitari ad lau-
dẽ qua ſeruus vel plura mala velit ꝗꝫ prius, vel idẽ intenſius
& maiori zelo, ꝓpter hoc qa textus dicit. nõ eñ oportet lau-
dando augere malitiã. ratio eſt. qa textus pſumit ex ſola lau-
de auctã malitiã, & ſeruũ factũ deteriorẽ, qđ ſolũ procedere
videt illo capite: qa laude vel cõſilio eſt cauſa partialis cõti-
tinuationis malitiæ in nouo actu: & cõtinuãdo culpã ſemp
eſt deterior, quãuis nec intẽſius nec plus ꝗꝫ prius velit: & ſic
nihil releuat ꝙ laude nõ adhibita vel cõſilio æquè ſeipſum
feciſſet cõtinuãdo deteriorẽ: ſicut furẽ nihil releuat ꝙ alius
fuiſſet idẽ ſubtracturus. ¶ His pmiſſis dico ad dubiũ motũ
ꝙ in quolibet illorũ caſuũ quis peccat in deũ, cũ ſe cauſam
exhibeat pctĩ: & iuxta metas humani iuris tenetur deo ſerui
corrupti, qñ dolo malo facit: vtili Aquilia qñ ludo ſeu ioco
facit ſine dolo, quãto ſeruũ dei viliorẽ fecerit. Sed in vim re-
ſtitutionis qua dãnũ ſeu detrimẽtũ illatũ reparari habet, nõ
pœna excuti vel exſolui, nõ tenet edicto de ſeruo corrupto
vel edicto legis Aquiliæ. vtrũcꝫ eñ pœnale eſt: & ideo dum
cum vno eſt actũ, cæteri nõ liberãtur: vt. l. itẽ Mela. §. ſed &
ſi ſeruum. ff. ad legem Aquiliã. Sed ſolum tenetur quantum
dãni intulit. Et quia ſolum auxit damnationem & culpam
per continuationẽ, prima facie videretur ſatiſfacere retra-
hendo eum à culpa conſimili vel grauiore. nam tũc tãtũ di-
minuit quãtum auxit. Et nõ videtur obligatus reducere ad
verã pœnitentiam, quia hoc eſt reponere ad vitã ſpiritualẽ,

quã iſte nõ ademit.Sed qui rõne induceret fornicantẽ vt fa-
ciat homicidiũ:quia nõ adimit illi vitã ſpiritualẽ,ſed dam-
nationẽ auget,nõ teneretur illũ ad contritionẽ ſeu vitã ſpiri-
tualẽ adducere.Nec eſt ſatis obligato ad dãni alicuius repa-
rationẽ Petro,vt ipſum alio tẽpore à dãno cõſimili vel ma-
iori ſeruet,nam ſi qui cauſaliter vel manu furtũ fecit,in vim
reſtitutionis ſatiſfaceret ꝓhibendo ne Petro alius adhuc tã-
tũdem quãtũ ipſe furatus fuit furetur,vel reſtituendo furtũ
illius tertij liberaret ab obligatione furti ſui proprij.Ideo ꝓ-
babiliter videt̃ ꝙ tenet̃ illum ad mentis conuerſionẽ dedu-
cere,& vitã ſpiritualẽ:quia obligatur reparare dãnum ani-
mæ qđ intulit,auferẽdo reatũ peccati,puta obligationem
dãnationis,& culpã peccati,puta quorũ cauſa fuit: & quia
G hoc fieri nõ põt ſine cõtritione & vera pñia, oportet fateri
ꝙ ad hoc obligetur.Vnde nõ releuat ꝙ aliàs idem facturus
erat,& erat eius animi ſeu ꝓpoſiti reſoluti.Nã ſi rex qui iam
decreuit Brabãtiæ inferre bellum iniuſtũ,adhibito conſilio
meo,prece,adulatiõe vel hortatu iam incipiat ꝓpter cõſiliũ
meũ preces adulationẽ vel hortatũ idẽ velle,& ex illa volũ-
tate bellũ & dãna inferat,ego teneor oĩm dãnorũ:ſicut furti
teneor cũ furtũ aſportari iuuo,qđ aliàs Petrus ſolus ſimili-
ter inceperat,& aſportaturus erat.Et cũ in effectu arguitur,
non adimit vitã ſpiritualẽ inueniẽs eũ mortuũ,ergo nec illã
H tenetur reſtituere:Eſt duplex reſpõſio. Primo licet illã non
adimit,tamẽ cauſaliter culpã & reatũ dãnationis intulit, q̃
auferre tenetur:& hoc fieri non poteſt ſine vitæ ſpirituali re-
ductione.Iam quicũꝗ tenetur ad aliquid,tenetur ad omne
illud ſine quo hoc haberi non poteſt.Secunda reſponſio eſt,
ꝙ licet vitam ſpiritualem non adimit actu,hoc eſt per acci-
dens,quia eam non inuenit:nihilominus adimit virtute:qa
nouam mortem ſpiritualem inducit,& animam in eo ſtatu
reponit quo vitam ipſam perderet niſi alia etiam morte ſpi-
rituali præuenta eſſet.Cuius ſimile eſt cum quis ſecũdo vel
L tertio excommunicatur quo ad ſeparationẽ à ſacramentis,
& communione fideliũ. ¶ Ex his patet ꝙ periculoſum ſit
apud alios obſcœna referre,quãuis ſolum vt riſum cõcite-
mus,nõ vt animos audiẽtiũ ad alicuiꝰ mali deſideriũ inflã-
memus:qa regulariter ad minus cõplacẽtiã quãdã de turpi
opere ingerit,vel etiã ad cõſenſum adducit:& obligamur re-
parare dãnũ aĩæ qđ intulimus.Hinc periculũ eſt docere vel
legere figmẽta poetarũ:qa habet Iſidorꝰ,oblectamẽta fabu-
larũ nimiũ mẽtẽ excitãt ad incentiua libidinũ.Nec thura ſo-
lũ offerẽdo dæmonibus immolat̃,ſed etiã eorũ dicta libẽn-
tius capiendo.xxxvij.diſt.ideo ꝓhibent̃,Secũdo ſequit̃,non
ſolũ qui crimine publico,ſed etiã qui ſpecie mali aliorũ ani-
mos corrũpit,ſeu ad lapſum pcti inclinat & adducit,peccat
quãdiu ſcãdalizat:vt ſacerdos tenẽs in domo ſuſpectã quã
forte nunꝗ cognouit,vel forte cognouit vltra tẽpora, ſed
nõ à multis annis:qa iuxta Aug.ſñiam quã prius ĩduxi. xj.
q.j.nõ ſunt audiendi.nõ ſolũ impudenter,ſed crudeliter ſuã
exiſtimationẽ cõtẽnens occidit ꝓximorũ animas. ¶ Tertio
ſequitur ꝙ amoto lapide offenſionis ſeu facto quo alij ſunt
ſcãdalizati:cõtinuo tñ is qui verbis ſcurrilibꝰ & obſcœnis
crimine publico ſeu alias exẽplo malo aliorũ animos corru-
pit,manet in pctõ quãdiu reducti nõ fuerint qui per illũ ſic
corrupti fuerunt & ſcãdalizati,intelligo ſi eos reducere ſeu
reuocare põt,& negligit:patet:qa manet in pctõ detẽtionis
alieni donec damnum animæ reparauerit,ac ſi alterius vrnã
precioſam vel margaritam rupiſſet,vel deieciſſet in mare.
¶ Quarto ſequitur ꝙ ſatiſfaciens ad præſcriptionem ſeu ſen-
tentiam legis Aquiliæ vel legis ſerui corrupti non liberatur
per hoc in foro cõſcientiæ ab onere reſtitutionis damni ani-
mæ.patet:quia per illas ſolũ condemnatur ad reſtitutionem
aliquã exſoluẽdã pſonæ cuius intereſt,puta lege ſerui cor-
rupti directa dño,vtili etiã patrifamilias de corruptione li-
berorũ.l.vt tantum.eo.ti.& quãto deterior factus minꝰ va-
let.in duplũ iudiciũ datur.eo.ti.l.j.& dat̃ illud edictũ ſolũ in
eo qui dolo fecerit.i.de induſtria ſeu ex aĩo fecit corpore aut
animo deteriorẽ,ſeu dño minꝰ vtilẽ.Aquilia aũt directa da-
tur in eũ qui dolo vel culpa corpore ſuo in aliud corpus dã-
num dedit:vtilis in eũ qui in corpore damnũ dedit,ſed non
ſuo corpore.Qñ autẽ nec ſuo corpore nec in corpus datur

actio in factũ:vt ſi quis mĩa ſoluerit ſeruũ cõpeditũ vt fu=
geret.inſti.de.l.Aquilia ĩ fine.& ĩde vide quõ ex.c.j.legis Aq
liæ ſit æſtimatio quãti plurimi valuit toto anno.&.c.iij.quã
ti plurimi fuerit a.xxx.ꝓximis diebus.Sed poſtq̃ de his ſa=
tiſfecerit,nihilominus tenet̃ reparare corrupto damnũ aĩæ,
K eundẽ in viã iuſtitię reducẽdo.¶Quinto ſequit̃,quãuis cor
rupto,puta inducto ad luxuriã,ebrietatem vel aliud pctm̃,
nulla det̃ de iure actio in ſe ſeu aduerſus corrũpentẽ:nõ mi=
nus diuino iure tenet̃ ei ad reparationẽ dãni animæ,ne ſatiſ=
facere põt quacunq; æſtimatione pecuniaria, nec corrupti
remiſſione liberat̃:ſed in hoc cõſimiliter alijs extinguit̃ ob=
ligatio qñcunq; alius & per quẽcunq; reductus fuerit,ſicut
ſi rem furtim ablatã per quẽcũq; recuperauerit.¶Sexto ſe
quitur ꝙ licet exẽplo corrũpens ſeu ſcandalizãs & inducẽs
ad pctm̃.iuxta iuris diſpoſitionẽ nõ teneatur ſerui corrupti,
vel lege Aquilia ad dãni reparationem.niſi exẽplo alteri re=
monſtret & ipſum docere velit quõ ſequens debeat ꝑfice=
re,vel cõſimiliter aliquid plus ſit quã ſuũ pctm̃ palã ſeu pu
blicũ ponere:nõ minus tenet̃ deo ſerui corrupti, nec ſolum
deo,ſed etiã corrupto ad dãni reparationem.& ergo vt vere
pœniteat,nõ ſufficit aliũ etiã deteriorẽ forte lucrifacere,vt ſic
deo ſatiſfaciat,& aliquid lucret̃:ſed oportet eundẽ quẽ exẽ=
pli pernicie vel aliàs ſeduximus,ad viã adducere veritatis.
Ecõtra aũt non ſtat hominẽ lege Aquilia vel lege ſerui cor=
rupti teneri ex peccaminoſa deterioratione cuiuſcunq; ho=
minis,quin teneatur & deo & illi deteriorato per labem pec
cati ad reparationem damni animæ.nam ſi ſic,maxime eſſet
quando per culpam ciuilem ſine peccato eſſet hoc damnũ
datum.ſed hoc nõ,quia ſi ratio illa,ſcilicet ꝙ ſolum interceſ
ſerit vel interuenerit culpa ciuilis,& non peccatum ſine of=
fenſa:nõ releuat quo minus contrahat homo obligationem
reparandi damnum temporale:imò & cum augmento.iu=
xta diſpoſitionem legis Aquiliæ quanti plurimi fuerit pro=
ximo anno,vel proximis.xxx.diebus:& ꝙ inficians ſeu ne=
gans condẽnati debeat in duplũ.ff.ad legẽ Aquiliã.l.ij.&.l.
inde Neratius.§.hanc actionẽ.multo minus releuat in dãno



peccati,qđ eſt verũ dãnũ aĩæ.Ex hoc patet,cũ aliquoties no
ſtro veniali per inaduertẽtiã & incõſiderationẽ aliquã alios
ſcãdalizamus inducẽdo ad aliqd mortale, tenemur ad dãni
reparationẽ,eoſdẽ ad cõtritionẽ ſeu ſtatũ gratię reducendo.
ſic forte erat de Petro qñ indiſcrete a cõione gẽtiũ ꝓpter Iu
dęos ſe ſubtrahens gentes cogebat iudaizare.ad Gal.ij.¶Se
ptimo:his dictis eſt annotandũ ꝙ licet ĩpoſſibilitas reſtitu= L
tionis ablati ex bonis corporis fortunę vel famæ pariat obli
gationẽ alicuius qđ poſſibile eſt ei qui abſtulit,ſic ꝙ nõ pu
re ac in totũ extinguat obligationẽ,ſed obligatio talis deſcẽ=
dit in heredẽ,vt deduxi in qđlibeto de detractiõe circa ſexã
tã difficultatẽ,& facilè confirmat̃ ex hoc ꝙ actio legis Aqui=
liæ cõtra heredẽ daret̃,ſed ſolũ tanti quiſq; obligaret̃ quan=
tũ dederit dãni.inſtit.de lege Aquilia.§.qua ratione.&.ff.ad
legẽ Aquiliã.l.inde Neratius.§.hanc actionẽ.ergo natuliter
ſeu naturali ratione obligat̃ heres ꝓ rata dãni dati.Sed in ca
ſu dãni animæ,impoſſibilitas reſtituẽdi ablatũ ſuꝑueniens,
puta per mortẽ ſcãdalizati,nõ facit reſolui obligationem in
aliã aliquã tẽporalis recõpẽſæ poſſibilis,nec deſcendit in he
redẽ,ſed pure extinguit̃ ꝑ ſuꝑuenientẽ impoſſibilitatẽ:ſicut
in eo qui vouit ieiunare,ꝑ ſuperuenientẽ impoſſibilitatẽ ex=
tinguit̃ obligatio ieiunãdi.Vñ filius in hoc nõ portat iniqui=
tatẽ patris,ſi pater viuens multos exẽplo hortatu mandato
vel metu induxit ad peccatũ,vt ꝓpter hoc filiũ reducere te
neat̃ in vi reſtitutiõis illos ſeductos ad frugẽ melioris vitæ,
quamuis dãna alia q̃ dedit pater,reparare teneat̃. Veruntã=
men pater nõ ſufficienter ac vere pœnitet niſi vidẽs mortem
ſibi ĩminere, quãtũ in ſe fuerit ꝓcuret ꝑ alios reduci quos ꝑ
ſeipſum nõ poſſe reduci iã videt.Sed etiã illud ꝓ cõſolatiõe
peccatorũ eſt aduertẽdũ,ꝙ vndecũq; reducti fuerint ad fru
gẽ melioris vitæ quos homo ſcãdalizauerit:ꝑinde ſeu ęquã
liter tollit̃ obligatio ac ſi ipſe reduxiſſet.in dãnis pecuniarijs M
niſi alius noſtro noĩe repararet, nos minime releuat: vt ſi dẽ
Petro pecuniã quantam Ioannes abſtulit:non minus obli=
gatur Ioãnes. An autem ſufficiat ſemel reductos eſſe ad mẽ
tem bonam. vel oporteat adduxiſſe ad eam ſtabilitatem ſeu

mentis immobilitatē à bono qua erant prius q̄ſ ſeducerent:
ꝓ nūc breuitatis cā transeo. ¶ Ad rōnes ante oppoſitū. Ad
primā, qui ꝑ ignorantiā adducit ad peccatū, peccat, & dā-
nificat inuitus. ſunt em̄ q̄dā peccata nolētiū, q̄ ſunt & neſciē
tiū. xv. q. j. merito. & ad ꝓbationes quibus deducit ꝙ nemo
peccat inuitus: verū eſt quo ad factū: qa omiſſio vel cōmiſ-
ſio qua peccat, neceſſario eſt volūtaria: peccat tn̄ homo in-
uitus quo ad incurſionē peccati vel dāni aīæ. ſed qa hęc ſolu
N tio nō releuat in caſu peccati ſciēter admiſſi, opus eſt ſolu-
tione gn̄aliori. Et dico primo ꝙ licet forte ſeruus nō ſit inui-
tus, tn̄ dn̄s eius deus eſt inuitus: ſicut in materia ſerui corru-
pti, cui volēti demōſtrat queādmodū ꝓpoſitū malū dedu-
cere debeat in opus, vel laude aut cōſilio ꝓpoſitū malū ī co
firmat. Et ſi tunc inferas, ergo deo tenemur ad reſtitutionē,
ſed nō ſeruo, puta homini ſcandalizato: dico ꝙ ſufficienter
inuitus eſt cuius cōſenſus à ſuperiore eſt reprobatus, vt pa-
tet ex. c. ſtatutum. de reſcriptis. & c. exigit. de cenſi. lib. vj. vbi
nec ꝓdeſt cōſenſus dātis, nec poſt factū remiſſio quin tenea
tur dāti reſtituere. In ꝓpoſito & cōſenſus reprobatur à ſu-
periore puta deo, & remiſſio. ſecus cū cōſenſus ſolū eſt pec
caminoſus ſeu culpabilis, & contra dei pręceptum, qn̄ non
eſt irritus & reprobatus, vt cū cōtra iuramentum vel votū
aliquid donat, matrimoniū cōtrahit, & ſic de alijs. ¶ Ad ſe-
cūdā dico ꝙ regula ꝓcedit de conſenſu nō irritato & repro
bato à ſupiore. nā ī caſu. c. ſtatutū. & c. exigit. fit iniuria imò
peccatū furti danti & cōſentienti. Etiā in ꝓpoſito licet ſer-
uus cōſentiat, dn̄s inuitus eſt: vt dixi. Et ad ꝓbationē exēpla
rē cū dicit, inducēs hominē vt ſibijpſi manū vel pedē ampu
tet, nō tenet illi ad aliquā reſtitutionē, & tn̄ nō eſt dn̄s mem
brorū ſuorū: vt. l. liber hō. ff. ad legē Aquiliā. Et patet idē ex
verbo apoſt. ad Gal. iiij. Teſtimoniū ꝑhibeo vobis qm̄ ſi fie
ri poſſet, oculos veſtros eruiſſetis, & eos dediſſetis mihi Rn̄
deo, aliud eſt ibi, qa licet nō ſit dn̄s mēbrorū, eſt tn̄ dn̄s eius
obligatiōis pecuniariæ q̄ ei q̄reret ex delicto amputandi il-
lius mēbrū: & qn̄ conſenſu eius fit per ſeipſum vel aliū, non
orit illa obligatio. In ꝓpoſito autē nullius dominū vel arbi



triū habet, qd̄ patit ex hoc ꝙ ꝑ aliū dāno peccati lœdit. Ex
his pōt aliter regula limitari, ꝙ ꝓcedit de cōſentiente in ijs
quorū arbitriū vel dn̄ium habet. homo aūt nō habet arbi-
triū & dominiū animæ longe minus q̄ſ ſuorū mēbrorū. Vel O
ſoluit ꝙ cōſentienti nō fit iniuria q̄ dicit iniuſtitiā factā in-
uito. nihilominus pōt ei iniuria fieri q̄ dicit nudā iniuſtitiā
ſeu inæqualitatē iuſtitiæ oppoſitā. Nā quātūcunq; qs velit
dare vſurā ꝓ mutuo, & nolit forte gratis mutuū capere. ni-
hilominus fœnerator iniuſte facit fœn9 capiēs, & tenet ei re-
ſtituere, niſi forte liberali aīo remittat, vt īcipiat gratis habe
re, & nō ꝓ mutuo. Altiſ. tn̄ in tertia parte dicit ſoluentē vſu
ras ſolū volentē cōditionata volūtate, nō abſoluta & diſcre
ta. vide qūo intelligi debeat. ¶ Ad tertiā nego minorē: quia
exēpla non ſolū ꝑ occaſionē acceptā ſed datā inclinant aīos
hominum ad imitandū. vnde Paulus dicebat Petro ad Ga-
la. ij. Gentes cogis iudaizare. & in hoc ipſum dicebat repr̄hē-
ſibiliter ambulare, notans eū de ſolo exēplo ſubtractionis à
cōuerſatione gentium. Itē. j. ad Corinth. viij. Sic peccantes in
fratres, & ꝑcutientes eorū cōſcientiā infirmā: in xp̄m pecca-
tis. Et ad ꝓbationē, nō æquè inclināt hoīm animos ad imi-
tandū facta mortuorū narrata, vt exēpla viua. Et item aliud
eſt cum ſugillatione & reprehenſione aliorum facinora refer
re (quod ſcriptura ſacra facit) aliud cum quadam admiratio
ne, laude, vel delectatione, ſeu gaudio, vt poetę faciunt: quod
vtiq; diabolo eſt thurificare, & ad conſimiliter agendum
animos audientium vel legentium inuitare. ¶ Ad quartā,
quòd licet in foro iudicij non conceditur actio ei qui conſi-
lio alterius maleficium fecit, vt in dicta regula gloſſ. & doct.
habēt, nihilomin9 in foro animæ obligat ei reparare damnū
æquè ac ſi metu ad maleficiū perpetrandum ipſum impuliſ-
ſet. ¶ Ad quintū nego aliquas abſurditates ſequi. Et cū pri
mo inducit ꝙ ſic ex īpoſſibilitate reducēdi obligaret ad pe-
cuniariā recōpenſam, & ſic ex ſua obſtinatione &c. dico ꝙ
per obſtinationē in hac vita non debet p̄ſumi īpoſſibilitas: P
quia de nemine deſperandū eſt in hac vita. Etiā impoſſibili
tas ſupueniens (ſicut ſupra dixi) non mutat ſeu transfert in

aliã rei pecuniariæ obligationẽ. Ad deductionẽ ſecũdi incõ-
uenientis ſiue abſurditatis, nõ eſt incõueniens aliquem poſt
mortẽ incipere obligari ad aliquã reſtitutionẽ, qñ cãm de-
dit in vita. patet de eo q poſuit in vino toxicũ, vel in domo
cãm incendij qđ ad mẽſem poſt habebit primo effectũ. Sed
in ꝑpoſito noſtro hoc nõ ꝓcedit, qa (vt dixi) ĩpoſſibilitas re
ductiõis per vtriuſuis illorũ mortẽ ſeducẽtis vel ſeducti di-
minuit obligationẽ: quanto magis præcedẽs ĩpedit eã naſci.
¶ Cõtra ſecũdã propoſitionẽ tactã in. iij. ar. ſ. q exẽpli ꝑni-
cie alios ad peccandũ inducit, obligaẽ ad reparandũ: arguit
dñs Qđlibetarius ſic. Is cuius peccato alius ad peccandũ in-
ducit, nõ efficit in anima ſcandalizati peccatũ: ergo nõ tene
tur reparare dãnũ animæ. Cõſequẽtia tenet, qa nulla alia ra-
tione teneẽ dãnũ reparare, niſi qa cauſaliter ĩtulit. Et antece
dens ꝓbaẽ, qa exẽplar nõ efficit exẽplatũ, ſed is qui exẽplar
ad cõformiter effigiandũ exemplatũ refert. Seneca, lxv. epi-
ſtola ad Luciliũ. Vnde & Plato videẽ cãm exẽplarẽ diſtin-
xiſſe à cauſa effectiua. Et confirmatur, quia nihil efficit qñ
nõ eſt. ſed peccatũ hominis vt plurimũ tranſijt priuſq̃ alij
imitentur. ergo non efficit imitari peccata. Reſpondeo, ad
primũ nego antecedens: & ad ꝓbationem dico ꝙ cauſa exẽ
plaris quia iuuat & dirigit efficientẽ ſicut doctrina vel cõ-
ſilium, cõprehenditur ſub cauſa effectiua. Et ſupponamus
Platonẽ voluiſſe ꝙ exẽplaris ſit ſpecies cauſæ diſtincta con
tra efficientẽ: nihilominus exẽplar inducẽs ad imitandũ, eſt
efficiẽs ratione inductionis, quẽadmodũ preces vel cõſiliũ.
non eñ tunc habet rationẽ nudi exẽplaris, ſed perſuadentis,
& qđ inducit. ¶ Ad cõfirmationẽ dico, ſicut conſiliũ, pre-
Q ces aut minæ ſunt cauſa effectus, & ſæpe tranſierũt prius q̃
ſequaẽ effectus: ſed ſatis eſt manere virtualiter, ac prout ſunt
in memoria: ita ſimiliter de exemplari facinore ſeu peccato.
¶ Cõtra: is qui aliũ imitãdo peccat, ſeipſum ſpũaliter occi-
dit & exanimat. ergo is cuius peccato ſcãdalizantur, põt te-
neri hoĩs ſpũaliter vulnerati, ſed nõ occiſi: & per cõſequens
nõ tenetur eũ ad vitam ſpiritualẽ reponere. Antecedens ꝓ-
batur, quia ſecundũ iura humana qui ſolũ mortiferum vul-



nus intulerit: ſi alius eundẽ exanimauerit: primus nõ teneẽ ho
minis occiſi: ſed tñ hominis vulnerati: vt ẽ tex. ĩ. l. itẽ Mela. §.
ſed & ſi ſeruũ. ff. ad legẽ Aquiliã. Et cõfirmaẽ qa vt plurimũ
ſunt ĩ peccato mortali anteq̃ ſcãdalizanẽ. iã q mortuus eſt,
nõ vltra occideẽ. Etiã frequẽter eſſent deterius acturi q no-
ſtro exẽplo minora cõmittũt. ergo illo caſu ſcandalizans nõ
nocet eis, ſed ſeruit eorũ vtilitati, & ꝑ cõſequens nõ tenetur
ex hoc ad aliquã reparationẽ. Vltima cõſequẽtia tenet: quia
nõ obligaẽ eis dãna reparare q ꝓfuit nec dãnificauit. Ad pri
mũ nego conſequentiã: & ratio eſt qa dũ inducitur ad pec- R
candũ vl' ſcãdalizatur, ſimul occidiẽ ab inducẽte et à ſeipſo:
ab vtroq̃. ſ. vt à cauſa partiali: ſicut ſi plures trabẽ deiecerĩt,
& hoĩem oppreſſerint: oẽs lege Aquilia tenẽtur hoĩs occiſi.
l. itẽ Mela §. ſi plures trabẽ. ff. ad. l. Aquiliã. Et cũ dicitur in
ꝓbatione añcedẽtis ex ea lege eũ ſolũ teneri hoĩs vulnerati ſi
poſtq̃ vulnus mortiferũ intulerit, alius illũ exanimauerit:
hoc procedit qñ vulnus à primo ictu diciẽ mortiferũ: quia
potẽs inferre mortẽ, ſed tñ incertũ eſt an medicina curari poſ-
ſit aut certũ fuerit ꝙ ex vulnere eſſet vita exceſſurus, vterq̃
teneẽ hominis occiſi: ſed æſtimatio diuerſa fiet: quo ad pri-
mũ quãti plurimi fuit ĩ anno priore, à die vulneris dati retro
gradiẽdo: quo ad ſecũdũ quãti plurimi venire poterit ĩ anno
ꝓximo quo vita exceſſit: vt eſt tex. ĩ. l. ita vulneratus. eo. ti. &
ſic illas leges cõcordat glo. in verbo teneri. ſimiliter Barto. et
alij doc. ſed caſum noſtrũ nõ tãgit, qa hic ſimul ab vtroq̃ oc
cidiẽ. Ad cõfirmationẽ dico ꝙ aĩa ſpiritualiter moriẽ quoties
peccat mortaliter: & ita q ẽ cauſa mortalis culpę occidit ani
mã. Nec ẽ ĩcõueniẽs mortuã ſpiritualiter adhuc occidi, & plu
ries mori. Etiã (vt ex dictis patet) q cũq̃ ĩfert mortiferũ vul- S
nus vñ neceſſe ſit hoĩem mori, teneẽ hoĩs occiſi. q d ergo mi
rũ ſi ĩ ꝑpoſito dicaẽ pluries occidi qñ mortiferũ vulnus daẽ
ex q̊ neceſſe ſit ipſum mori? Etiã ſi loquamur de morte dãna
tiõis, adhuc mortuꝰ ñ ẽ qnãdiu vita naturali viuit, ſed vulnꝰ
habet vñ neceſſe ſit ſic mori, q̃tũ ad hoĩs attinet. ſi reſuſciteẽ,
ẽ miraculũ & ſpecialis gratia dei. Ad aliđ ꝙ frequẽter deteriꝰ
&c. nõ excuſaẽ ab iniuria amputãs manũ quãuis alias fuiſ-

ſet ab aliĳs occidēdus, q iam illa pœna ſatiant, & ꝑtereūt: vel q ſpoliat domū vtenſilibus, & aliĳ hoc vidētes putāt oīa ſublata, aliàs ſimul luſtraturi angulos in qbus theſauri ſunt recōditi. ſic in ꝓpoſito ſatius nobis eſt nō nocuiſſe exempli pnicie ī modico, quãuis aliàs deteriora paſſurꝰ fuiſſet à ſeipſo: qa illorū nos nō fuiſſemꝰ cauſa. falſum ergo aſſumit ꝙ nō nocuimus vel nō dānificauimus quãuis noſtro dāno occaſionaliter à grauiore dāno ſeruatus ſit. Circa hæc tn̄ aduerte, cum certi ſumus alíquē deterius acturū niſi demonſtremus modū quo minus facere poſſit. vel cōſulamus & hortemur vt ſi alterum facturus ſit, faciat qd' eſt minus: vtiq; licet hoc demōſtrare, cōſulere vel hortari, iuxta doctrinā Aug. xxxiĳ. q. ĳ. ſi qd' verius eſt ſed nō tangit difficultatē quā præ manibus habemus, cū hic nec certi ſimus ꝙ aliàs deteriꝰ ageret, nec ꝓpter euitādū facimꝰ, licet occaſionaliter ad hoc ꝓſit, ſicut pc̄tm̄ ad humiliationem, & vt quis fortius ſurgat. Nec ſub conditione inuitamus ad minus peccatum, ſi videlicet aliàs grauiora admittere omnino vellet, ſed abſolute ad peccatum minus noſtro exemplo inuitamus & allicimus.

PROPTER QVID dicit Sapiēs. Qui delinquid in cōſpectu eius q fecit eū, incidet ī manus medici: cū ſcriptū ſit: Vniuerſa æquè eueniūt iuſto & īpio? Prima ſnīa habet Eccleſia. xxxviĳ. & ſecūda Eccl's. ix. nec inuicē aduerſant, quãuis videat. volēs naq; deducere ſapiēs nullā in pn̄ti vita certitudinē eſſe homini an amore vel odio dei dignꝰ ſit adiūgit: Sed oīa in futurū ſeruant īcerta. hoc ꝓbat eo ꝙ vniuerſa æquè eueniūt iuſto & īpio, bono & malo, mūdo & īmūdo, immolāti victimas & ſacrificia cōtēnēti &c. quo nō vult nihil regulariter diſcriminis eſſe bonis à malis quo ad ꝓſpera & aduerſa: ſed ſolū ꝙ nullum ſignū ꝓſperitatis vel ſucceſſus aduerſi ſufficiēter arguit de neceſſario aliquē iuſtū vel demōſtret eſſe impiū. Regulariter tn̄ & plurimū bonis ꝓſpera largit, malis vero cōtraria. Prima pars patet ex illo Pſal. j. Et erit tanq; lignū qd' plātatū eſt ſecus decurſus aquarū: & oīa quęcūq; faciet ꝓſperabunt. Itē in Pſal. Btī oēs qui



timent dn̄m: qui ambulāt in viĳs eius. labores manuū tuarū qa mãducabis &c. Itē Prouer. xvj. Cū viæ hoīs dn̄o placuerint, inimicos quoq; eius cōuertet ad pacē. Item Eccli. 4. Pro iuſtitia agonizare ꝓ anima tua, & vſq; ad mortē certa ꝓ iuſtitia: & deus expugnabit ꝓ te inimicos tuos. Itē Aug. Semper deus paratus eſt bn̄facere: ſed malitia hoīm prohibetur. xvj. q. j. decimæ. Similiter malos regulariter plagis ꝑcutit, & aduerſitatibus i uoluit. Eſaie. j. Si me audieritis, bona terræ comedetis. ſi me nō audieritis, deuorabit vos gladius: qa os dn̄i locutū eſt. nā & orbis terrarum pugnat cum dn̄o cōtra inſenſatos. Sapiē. v. & Leuit. xxvj. Qd' ſi nō audieritis, viſitabo vos velociter in egeſtate et ardore qui cōficiat oculos veſtros, & cōſumat aīas veſtras. Ponā faciē meā cōtra vos. & corruetis coram hoſtibus veſtris, & ſubĳciemini his qui oderunt vos. fugietis nemine ꝑſequente. Si aūt nec ſic obedieritis mihi, addā correptiones veſtras ſeptuplum ꝓpter pc̄tā veſtra, & cōſumā ſuperbiā duritiæ veſtræ, daboq; vobis deſuꝑ celū ſicut ferrū, & terrā æneam. cōſumet incaſſum labor vr̄, & nō ꝓferet terra germē, nec arbores poma prębebunt, mittãq; in vos beſtias &c. Itē Deutero. xxviĳ. numerat benedictiones quibus ꝓſequitur deus bonos, & ex aduerſo maledictiōes q̃ manēt malos. Rebellibus naq; qui nō obediūt, euenire ſole qd̄ Aggæi. j. ſcribit, Seminaſtis multū, & intuliſtis parū. comediſtis, & non eſtis ſatiati bibiſtis, & non eſtis inebriati. operuiſtis vos, & nō eſtis calefacti: & q mercedē cōgregabat, miſit eā in ſacculū pertuſum. & infra. Reſpexiſtis ad amplius, & factum eſt minus: & intuliſtis in domū, & exſufflaui illud. ꝓpter hoc ꝓhibiti ſunt ſuper vos cęli ne darē rorē, & terra ꝓhibita eſt ne daret germē ſuum. Sed extra regulam ad ſpiritualem vtilitatem aliquoties bonis aduerſa immittit, & malis iratus proſpera, non ex beneuolentia, ſed vt poſt acrius puniat. Ezech. xvj. Receſſit zelꝰ meus a te. iam non iraſcar tibi amplius. vel vt in præſenti ꝓſperis detractis nobiliores ſuæ calamitates fiant: vt habet Philoſophus. ĳ. Rheto. c. de locis enthymematum.

## Secunda quæſtio ſine argumentis.

PROPTER quod dicit ſapiens: Noli ſtultus eſſe, ne moriaris in tempore non tuo. quando apud Iob terminos homini cõſtitutos legim9 qui præteriri non poterunt. Huius difficultatis ſolutio perpenditur facile ſi aduertamus naturæ periodum pluriũ differre ab ea quã iuxta meritorum noſtrorum futuram qualitatem nobis præfixit deus. Nam vt deus falli non poteſt nec fallere, ita termini quos vitæ noſtræ præſcripſit, preteriri non poterunt: & numerus menſiũ vitæ noſtræ apud eum certiſſimu9 eſt. Iob. xiiij. Numerum vero dierum & menſium ad quos naturalis periodus ſe ꝑtendit, quos ſecundum curſum naturæ victuri eſſemus, frequenter deus exigentibus perditis moribus & peruerſitatibus noſtris breuiat præmature nos rapiens de medio, quoniam ſumus vita indigni. & hoc voluit ſapiens Eccl's. vij. Ne impie agas multum, & noli ſtultus eſſe, ne moriaris in tempore nõ tuo. Vnde ſcriptum eſt, Viri ſanguinum & doloſi nõ dimidiabunt dies ſuos. pſal. xiiij. & propheta: Ne reuoces me in dimidio dierum meorum. ſpal. cj.

Finis. Laus deo.



## Quæſtio quodlibetica prima magnifici viri artiũ & ſacræ Theologiæ ꝓfeſſoris eruditiſſimi Magiſtri Ioãnis briaert de Aeth, clariſſimæ Academiæ Louanienſis Vicecancellarij digniſſimi, anno domini. 1508. diſputata.

VTRVM CONFITENS OMnia ſua mortalia peccata, omittens confiteri voluntarias occaſiones per quas in foueam peccati incidit, teneatur confeſſionem iterare. ¶ Pro deciſiõe huius q̃ſtionis erunt duo articuli. Primus an peccator poſt lapſum mox teneatur per contritionem ſeu pœnitentiam reſurgere à peccato. Secũdus an voluntariæ occaſiones per quas in peccatũ cecidit, ſint neceſſario confitendæ. Quo ad primum articulum adducam in primis tria motiua quibus pars affirmatiua apparentiſſime probari videtur: vt illis ſolutis non facile iudicemus ex ſola temporis mora multiplicari peccata. Primum fundatur in lege charitatis deo debitæ. Secundum in lege dilectionis quàm quiſꝫ tenetur ad ſe habere. Tertium in lege naturali qua quiſꝫ vitare tenetur periculum mortalis peccati. Ex primo fundamento ſic argumentor. Omni præcepto affirmatiuo implicite prohibetur contrarium eius quod cadit ſub obligatione præcepti affirmatiui: quo fit vt præcepto quo dei amicitia præcipitur, ipſius inimicitia intelligatur prohibita: & per conſequens permanẽtia in mortali peccato. ex quibus ſequitur quòd peccator poſt lapſum mox obligatur per contritionem à peccato reſurgere. Antecedens patet exemplariter in ſingulis præceptis affirmatiuis. Præcepto nanque de honorando parentes prohibetur irreuerentia ad eoſdem. Præcepto de ſanctificando ſab-

batũ, ꝓhibet pollutio ſabbati. ꝓpter qđ doctores multi di-
cũt fornicãtẽ, ſiue aliud peccatũ in die feſto aut dñica die ꝑ-
petrantẽ, duobus mortalibus peccatis manere obnoxiũ. Pri
mã cõſequentiã probo: qa amicitia & inimicitia circa idẽ
ſunt cõtraria. Secundã probo, qa ꝑmanere in mortali pecca
to eſt permanere in odio & inimicitia dei: quoniã ſimiliter
odio ſunt deo impius & impietas eius. Sapientiæ. ix. Cõfir-
mo idẽ excludendo ſolutionẽ q̃ dari põt: peccator non odit
deũ, & ſic nõ exercet cõtrariũ actũ dilectiõis debitę, quãuis
toto tp̃e quo in ſtatu mortalis culpæ eſt, ſit à deo oditus, &
iõ paſſiue ĩ odio & inimicitia dei. ¶ Hãc ſolutionẽ ĩprobo:
p̃cepto diligẽdi deũ tenemur ea qualitate & gradu dilectio-
nis eũ diligere, vt ſimul ab eo diligamur. ergo in ꝓhibitione
eſt nõ ſolũ odire, ſed etiã talẽ ſe exhibere vt odio habeat. Ex
ſecundo fundamento dilectionis ad ſeipſum, arguitur. Mor
tẽ languentibus cenſet inferre, q hãc cũ põt nõ excludit: &
hoc vigore & invim p̃cepti dilectionis quã proximo debe
mũs. Cũ igit nõ minus obliget nos præceptũ diligendi noſ-
ipſos, ſequit ꝙ nobis mortẽ animæ inferre cẽſemur quoties
cũ poſſumus illam non excludimus. Antecedens eſt Sym-
machi papæ diſt. lxxxiij. in principio. Non eſt grandis diffe-
rentia lethum inferas, vel admittas. Mortem enim languen-
bus &c. Et Ambroſi. lxxxvj. diſt. Paſce fame morientem. ſi
non paueris, occidiſti. Cum igit poſt lapſum ſtatim poſſu-
mus mortem ſpiritualem à nobis excludere: ſi non facimus,
cenſemur illam tunc nobis inferre: quod eſt contra legem di
lectionis quàm ad nos habere debemus. Confirmo: obliga-
tionem indeterminatam præcepti affirmatiui facit pro de-
terminato tempore currere neceſſitas occurrẽs. ſed non po-
teſt eſſe maior neceſſitas q̃ actualis mortis ſpiritualis. ergo
pro tempore quo eſt ſiue imminet illa neceſſitas, tenemur
illi occurrere, & per conſequens &c. Antecedens patet in
præceptis eleemoſynarum tam corporalium q̃ ſpiritualiũ
reſpectu proximi, vt dicatur præcepti tranſgreſſor qui ne-
ceſſitatem proximi videns, ab eo clauſerit pietatis viſcera.
j. Ioann. iij. Qui habet ſubſtantiam huius mundi, & viderit



proximũ ſuũ neceſſitatẽ patientẽ, & clauſerit viſcera ſua ab
eo &c. Hinc p̃ceptũ eſt Deutero. xxij. Nõ videbis bouẽ vel
ouẽ fratris tui errantẽ, & p̃teribis, ſed reduces fratri tuo. Et
Exo. xxiij. Si videris aſinũ odientis te iacentẽ ſub onere, non
pertranſibis, ſed ſubleuabis &c. Ex tertio fundamẽto ſic ar-
guo: Quiſq; obligat (quãtũ põt) veriſimile periculũ morta-
lis peccati vitare: vt in ſecũdo articulo oſtendet. ſed niſi pec
cator mox à peccato reſurgat poſt lapſum, veriſimile alte-
rius peccati periculũ ĩminet. ergo poſt lapſum obligat quã-
tum põt breuiſſime à peccato ꝑ pœnitentiã verã reſurgere.
Minorẽ ꝓbo ꝑ Gregoriũ ſuꝑ Ezechielẽ homilia. xj. Pecca-
tũ quippe qđ ꝑ pœnitentiã citius nõ delet, aut peccatũ eſt,
aut cã peccati, ſimul & pœna peccati Omne enim qđ prius
cõmittit, peccatũ eſt: ſed ſi citius pœnitendo nõ tergit, iuſto
iudicio omnipotens deus obligatã peccatis mentẽ etiam in
culpã alterã ꝑmittit cadere: vt qui flendo & corrigendo no
luit mundare qđ fecit, peccatũ incipiat peccato cumulare.
Ad partẽ oppoſitã adduco vnã rationẽ hãc. Peccator poſt
lapſum in mortale peccatũ, nõ obligat ſemꝑ ſtatĩ confiteri:
ergo nec ꝑ cõtritionẽ reſurgere à peccato. Tenet cõſequẽtia,
qa in quocũq; caſu quis obligat de mortalibus peccatis cõ
teri, obligatur & confiteri ſi adſit oportunitas confitendi.
Antecedens probo. Nõ magis obligatur peccator poſt pec
catum mox confiteri, q̃ nõ baptizatus ſuſcipere baptiſma.
ſed non baptizatus non obligatur ſtatim ſuſcipere baptiſ-
ma: ergo nec peccator mox poſt lapſum in peccatum confi
teri, Minorẽ huius probationis probo: quia ſi non baptiza-
tus obligaretur ſtatim ſuſcipere ſacramentum baptiſmatis,
nunquã in primitiua eccleſia fuiſſet per ſanctos patres pro-
hibitum conferri illud ſacramentum præterquã in feſto pa-
ſchæ & Pentecoſtes: quod tamen fuiſſe prohibitũ patet de
conſecratione diſ. iiij. c. non ratione. & pluribus ſequẽtibus:
licet illa prohibitio ſit poſtea per eccleſiã relaxata. ¶ Pro re
ſolutione materię huius articuli pręmitto vnã peccatorum
diſtinctionem. Inueniuntur nãq; in triplici genere ſiue dif-
ferentia. Quædam ſunt peccata à quibus non ceſſamus niſi

per cõtrarium actũ, vt qui damnũ in bonis fortunæ, corporis, famæ vel aĩæ alicui intulit, cenſetur continue detinere & continuare pctm̃ iniuſtitiæ quoadusq; velit quantũ in eo eſt dãnũ reparare, & alienũ non detinere. Scd'i generis pctã ſunt quibus iniuriamur, ſed nullũ damnum inferimus: vt ſi blaſphemamus, periurĩũ facimus & ſic de alijs ſine hoc ꝙ aliqui ſcandalizent̃, & impactionis labẽ contrahant: in quibus tranſeunte actu nõ amplius actu peccamus, ſaltẽ eodẽ genere pctĩ. Tertij generis pctã ſunt quibus ab obedientia deo debita diſcedimus: ſed damnũ ei nullũ (niſi ꝓpriæ aĩæ) facimus, nec iniuriã cõtumeliæ ſeu contẽptus inferimus: vt cũ fragilitate nos impellẽte vel infirmitate paſſionis ſeu occaſionis oblatæ, aut ꝑ ignorantiã in aliquo peccamus. His præmiſſis pro deciſione præſentis articuli pono aliquas ꝓpoſitiones. Prima. In pctis à quibus ceſſare non põt hõ niſi contrariã voluntatem habendo, tenetur pctõr ſtatim pœnitere, id eſt nolle peccare: ſed non immediate ꝑ contritionẽ à pctõ reſurgere. Primã partẽ huius ꝓpoſitionis probo tali medio. hõ tenetur nunquã actualiter peccare. ergo in qbus ab actualiter peccando ceſſare non põt niſi pœniteat, obligatur mox pœnitere. Sed fortaſſis obijciet aliquis: Obligatio de pœnitendo eſt præcepti affirmatiui: & omnium doctorum etiã ſanctorum ſnĩa eſt ꝙ p̃cepta affirmatiua obligant ſemꝑ, non ad ſemper. ergo non obligamur ſtatim pœnitere. Confirmatur, idem eſt in detẽtione alieni quod deo debetur, & in detentione alieni quod homini eſt debitum: maxime cum mitius agat deus q̃ homo. ſed non tenemur ſtatim homini quod illi debemus ſoluere, ſed cum temporis aliquo temperamento. l. quod dicimus. ff. de ſolutionibus. ergo non obligamur ſtatim pœnitere. Secundo poteſt quis in prædictis peccatis ceſſare à peccato abſque hoc quòd pœniteat. ergo fundamẽtum aſſumptum corruit, ꝙ ſcilicet in iſtis non poteſt ceſſare a peccato niſi pœnitẽdo. Antecedẽs probo: quia ſtant ſimul, ꝙ nolo continuare peccatum, & ꝙ non doleo feciſſe. Exempli gratia, cepi & detinui aliquid alterius, vt hominem irritarem, & gaudeo prouocaſſe: ſed no



lo amplius detinere. hic ceſſo à pctõ detẽtionis, & nõ pœniteo. Cõfirmat̃, quia põt nolle amplius detinere, vt dedecus infamiæ fugiat, vel ne pœnas æterni cumulet, vel in ſeculo aduerſitatẽ ex pctõ patiat̃: quocũq; iſtorũ modorum ceſſet à pctõ, nõ penitet, cũ pœnitẽtia ſit actus virtutis, & iſti ſunt actus vitioſi & peccaminoſi: ſicut facere opus de genere bonũ ꝓpter inanẽ gloriã, ergo in iſtis peccatis non obligatur quis ſtatim pœnitere. Reſpondeo ad primã, nõ ſequitur. nullum præceptũ affirmatiuũ obligat ſemꝑ: ergo nullum obligat ſtatim. Cõmittitur enim fallacia cõſequentis arguẽdo à non ſemper ad nõ ſtatim: ſicut arguendo a nõ ſemꝑ ad non nũc. Et pro materia dico qđ præcepta affirmatiua obligãt ſtatim quãdo ſtatim eſt neceſſitas. nulla autẽ eſt maior neceſſitas, q̃ ceſſandi a peccato. Ad cõfirmationẽ dico, aliud eſt de actuali ſolutione, aliud de voluntate ſoluendi. quãdiu non aſſumit voluntatẽ ſoluendi (intelligo poſt terminũ quo cœpit debere) manet in pctõ detentionis. In ꝓpoſito loquit̃ de mutatione voluntatis. Ad ſecundũ dico ꝙ tenet̃ pœnitere non detentionis prius factæ ſic quòd nolit amplius detinere. & hoc propoſito noſtro ſufficit. Ad cõfirmationẽ dico ꝙ ceſſat à peccato detentionis in caſu poſito: ſed non bene ceſſat, cũ ceſſet peccaminoſe: & tenetur ceſſare non de nouo peccando: & ideo tenetur pœnitere, vt dicit nolle peccare. Nec miretur quiſquã quòd ſic accipio pœnitere, cum aliquando in ſcripturis accipiatur pro acto vitioſo, ſicut Sapientiæ. v. Pœnitentã agentes &c. Secundã partẽ concluſionis, videlicet qđ non obligatur quis per contritionẽ ſtatim ab illis peccatis reſurgere, probo: quia ſi ſic, ſequitur prima hæc abſurditas, quòd nullus poſſit per integram horã manere in vnico pctõ mortali, puta in pctõ voluntatis fornicandi, vel in pctõ furti &c. Sequela paret: quia ꝓ ſecũda medietate horæ currit præceptũ contritiõis, & ita peccat duobus peccatis, & nõ vno tantũ. Si dixeris ꝙ tenetur immediate cõteri poſtq̃ pctm̃ tranſijt, nõ cũ illud habet: cõtra, nõ excuſat̃ magis à trãſgreſſione p̃cepti cõtritiõis, qa vnico actu manet volẽs fornicatiõe, q̃ ſi diſtinctis actib9, ſine tñ̃ iter-

ruptione per tēpus vel inſtās mediū.ſed ſi in prima medieta te horæ vellet fornicari cū Bertha.& in ſecūda cū Catharina,ſine intermiſſione volūtatis fornicādi: tunc ꝓ ſecūda medietate horæ currit ei ꝑceptū cōtritiōis.ergo &c.Præterea nō peccat q̄ imediate atterit̄ de pctō,& ſe diſponit ad cōtritionē.ergo nō obligat̄ qs ſtatim cōteri.Tenet cōſequētia, qa ꝓ tpe attritionis,& quo ſe ad cōtritionē diſponit,nō eſt adhuc cōtritus.Cōfirmo:qa in nullo paſſu ſcripturæ habet̄ qđ præceptū ſit homini ſtatim de pctō cōteri.modo (teſte Hieronymo) qđ non ex ſcripturis ſacris habet fundamētū, eadē facilitate cōtemnitur qua dicitur.Secunda propoſitio. Quoties pctm̄ tale fuerit,vel talis ſtatus peccatoris,ꝙ veriſimiliter deus vel criminibus indignitatem offenſæ ſtatim ſit vindicaturus,vel populū ꝓpter eius offenſam percuſſurus:tenet̄ ſtatim de pctō cōteri & pœnitere.Prima pars patet,quia de tali pctō intelligit Greg.Pctm̄ qđ per pœnitentiā nō diluitur,mox ſuo pōdere in aliud trahit:quo fit vt nō ſolū peccatū,ſed & cauſa peccati ſit.Cū ergo nemo ab euentu peccare iudicandus ſit:neceſſe eſt fateri quoties hoc veriſimiliter imminet:niſi ſtatim conuertatur & pœniteat,ꝙ de nouo peccat.Confirmatur:quia hoc eſt ſe exponere diſcrimini ſeu periculo peccati.quicunq; vero ſe tali periculo exponit,peccat.Secunda pars patet:quia qui occaſionē dāni dat,damnum dediſſe videtur.de iniu.& dam.dato.capitu.fina.Nec releuat(vt ibi dicitur) ignorantia quando ex facto ſuo ſcire debuit iniuriam vel damnū veriſimiliter poſſe contingere.ſed peccata ſodomitica ſeu cōtra naturam ſunt huiuſmodi,vt patet Geneſis.xix ſimile eſt de blaſphemijs in iuramentis & alijs,propter quæ dominus non ſolum perſonas,ſed & ciuitates abſorberi facit,famem & plagas in terram immittit.in authē.vt non luxurientur homines contra naturam.colla.vj.Præterea Exod.xxj.Si bos cornupeta fuerit ab heri & nudiuſtertius,& conteſtati ſunt dominum, nec recluſerit,occideritq; virum aut mulierem:& bos lapidibus obruetur,& dominum eius occident.ſed ſatis conteſtatus videtur quando bouem cognouerit cornupetam,vel cognoſcere



cognoſcere ſeu aduertere deberet.ergo non recludēs ſeu potius concludēs pctm̄ pnia,dei iram placando,ne in alios ſæuiat in plaga & aduerſitate:aliorū ſe reū mortis conſtituit. Ex his ſequit̄ tertia ꝓpoſitio:Habēs nūc opportunitatē impetrabdæ abſolutionis,quā veriſimiliter intra annū amplius habere non poterit,obligatur non differre neq; pniam ſiue contritionē,neq; confeſſionē.Probatur exemplariter:habēs caſum reſeruatū ſedi apoſtolicæ:ſi nūc habet p̄ſentē eū qui pōt abſoluere,nec eſt veriſimile ꝙ intra annū talē habere poterit a quo abſolui valeat:differendo pniam & cōfeſſionem vel contemnit præceptū eccleſiæ de cōfitendo ſemel in anno vel ad minus periculo tranſgrediēdi illud ꝑceptū ſe cōmittit:ergo peccat:nec pōt ſine pctō differre confeſſionē & pœnitentiā.Quarta ꝓpoſitio ſequit̄:Non licet differre pniam contritionē vel itē confeſſionē illi qui ſe articulo ſeu dubio ꝓbabili mortis exponit.ſimiliter ſacramenta ꝑtractaturo aut ſuſcepturo neceſſe eſt ad minus lamenta pniæ contritionis aſſumere.Oīa enim ſacramenta obſunt indigne tractantibus,licet proſint ꝑ eos digne ſumentibus.ſ.q.ſ.omnia ſacramēta.Quinta ꝓpoſitio,Certioratus vel reuelatione vel coniectura ꝓbabili ꝙ offenſam admiſſam in terris vindicare nec velit deus criminibus,nec flagello plagæ punire ī aliis monitus vt de iniuria dei ſatiſfaciat ꝑ dei vicariū:tenet̄ ſtatim poſt monitionē de pctō cōteri,& vere pœnitere.Et loquor in caſu quo non tenetur ad aliquā reſtitutionē ꝓpter læſionē diuini honoris,vel corruptionem ſuorum ſeruorū chriſtifidelium,vt plane differat à prima ꝓpoſitione & in materia peccati,& in genere actus adhibendi:quia hic de actu placante deum,ibi de actu ſolum intermiſſionem peccati inducente.Hāc propoſitionem probo.Præcepti eſt reddere omnibus debita:cui tributum,tributum:cui vectigal, vectigal:cui honorem,honorem:cui timorem,timorem:vt nulli quicquam debeamus,niſi vt inuicē diligamus.ad Ro. xiij.quod procedit quando vel dies interpellat ꝓ homine, vel homo ipſe creditor per ſe vel procuratorem legitimum ſolutionem reqrit & exigit.ſed prælati ſunt Chriſti vicarij

in terris,& eius ꝓcuratores legitimi.ergo ꝑ illos vt moni-
ti vt deo iniuriā illatā compenſemus(quod ſolū contritio-
nis placatione facere poſſumus)ſequit̃ ꝙ ſic moniti ad con
tritionē ſiue pn̄iam ſtatim obligamur.Pro quo vr̃ eſſe ſn̄ia
Greg.c.ſi is q̃ p̃latus eſt.xxiij.quæſt.iiij.Si is q̃ p̃latus eſt,de
bitori dn̄ico culpas impune dimittit:non mediocriter ꝓfe
cto offendit qui debita celeſtis regis dn̄i ſua p̃ſumptione re
ſoluit,quanto magis mouere tenet̃ & exigere ſatiſfactionē.
Huius ſimile eſt de procuratore terreni principis vel ciuita
tis,ſi noīe dn̄i ſui de iniuria illata etiā ſi nullū dānū ſequutū
eſt,requirit ſatiſfactionē.Aduertendū tamen eſt ꝙ aliud eſt
monere creditorē remōſtrando ei obligationē,ſiue illud ad
quod tenetur,& exigere vel requirere monendo ſolutionē.
nam primum non obligat in vim præcepti,ſed ſcd'o modo
factum monitionis adhibēs currere facit præceptū,ita ꝙ
non ſtatim ſatiſfaciens cōſtituitur in mora.Sexta ꝓpoſito.
Etſi ſpecialiter monendo poſſit eccleſia cōſtringere hoīem
vt deum de offenſis commiſſis placet,non tamen ꝑ ſabba-
ti ſanctificationē.Pro huius ꝓbatione eſt aduertendum ꝙ
Alexāder de hales & plures alij doctores ꝓbatiſſimi in hac
ſn̄ia fuerunt,ꝙ maximum p̃ceptū legis.quod eſt de diligen
do deū ſuꝑ omnia,ſiue ex toto corde,tota anima &c.ꝓpter
indeterminationē tēporis à paucis recte obſeruaretur.Ideo
eccleſia propter confuſionem quæ fomentum dilationis &
ex cōſequenti tranſgreſſionis parere videbat̃,limitauit ip̄m
ad certum & determinatum tempus,videlicet ad diem do-
minicum.Et quoniam actus dilectionis dei ſuper omnia,
ad minus pro ſtatu naturæ corruptæ ſine charitate ſeu gra-
tia haberi non poteſt:dicūt quemlibet hominē obligari vt
ſemꝑ die dominica charitatē aut habeat,aut ſe ad ſtatū gra
tiæ reponat.Sed hæc opinio nec veritatē attingit,& multis
peccatoribus laqueum inijcit.Quòd veritatem nō attingit
probo.Præceptum ſanctificandi diē dominicā,ſuccedit p̃-
cepto ſanctificandi ſabbatū in lege veteri:vt oēs concedūt:
nec arctius ligat,imò multo minus q̄ꝫ p̃ceptū illud de ſab-
bato pro tempore veteris legis quo ad vacationem à ſerui-



opere,ſaltē ſeruitute corporis.Sed p̃cepto ſanctificandi ſab
batū non obligabant̃ Iudæi ad dilectionē dei ſuꝑ omnia ha
bendā:alias primū & maximū eius mādatū eſſet pars tertij
p̃cepti decalogi,& incōparabiliter maius & difficilius erit
in lege illa ſanctificādi ſabbatū implicatū quā expꝛ̃ſſum,cō-
tra rationē & naturā legis,q̃ lucida & clara eſſe debet,ſecū-
dū Iſidorū.c.erit aūt lex.iiij.diſt.Cōfirmat̃,q̃a poteſtas data
eſt eccleſiæ à deo in ædificationē,non in deſtructionem.ij.ad
Cor.vlt.Sed p̃cepto ſanctificandi diem dominicum nō poſ-
ſet p̃cipere chriſtifidelibus omnibus actum dilectionis dei
ſuper omnia ſine graui diſpendio & iactura ſalutis animarū,
quia plures ex illo præcepto conſtituerentur tranſgreſſores,
cum pauciſſimi aut nulli ad cauſam illius præcepti ſe diſpo
nant ad eliciendum actum dilectionis dei ſuper omnia. ergo
in deſtructionem fuiſſet ſua poteſtate abuſa eccleſia, quod
nephas eſt ſentire:nec valet eorum motiuū : quia licet inde-
terminatio quibuſdam poſſit eſſe tranſgreſſionis accepta oc
caſio,non tamen data.Item reſtrictio ad certum & frequen-
ter occurrens tempus,multo magis eſſet occaſio tranſgreſ-
ſionis.Ideo magis eſſet in laqueum quàm in remedium.Præ
terea præceptum confitendi ſemel in anno omnia ſua pec-
cata ſacerdoti,non adſtringit eos qui poſt nouiſſimam con
feſſionem nullum mortale admiſerunt.Illis enim(vt eſt com
munis doctorum ſententia,præſertim theologorum)ſufficit
in hoc paſtori vultum agnoſcendum offerre,dicendo a no-
uiſſima cōfeſſione nullius mortalis peccati ſe eſſe conſcios.
ergo p̃ceptū ſanctificandi ſabbatū non obligat hominē do-
minico die ad dei amorem ſuper omnia, quando alias diui-
no præcepto dilectionem illam elicere minime obligat̃.Cō-
ſequentia tenet,quia minus difficultatis habet & oneris ſe-
cundo eadem peccata confiteri in fine vnius anni,quā ſingu
lis diebus dn̄icis ad actū eminentiſſimę bonitatis adſtringi,
qui eſt deū ſuper omnia amare.In huius cōfirmationē acce-
dit declaratio Benedicti in decretali extrauaganti q̃ incipit
inter cūctas,ꝙ abſurditas eſt dicere cōfeſſum rite fr̃ibus ꝓ-
pter decretalē omnis vtriuſqꝫ ſexus,ſi alia peccata nō habet,

eadē debere confiteri proprio ſacerdoti.imò mandat papa
Sixtus vt contra illos procedat de hæreſi.Ex quo infero ꝙ
hæreſis eſt & contra fidē dicere ꝙ eccleſia hoc poſſit ꝑ ſuū
p̃ceptum inducere.Cōſequētiā probo:quia error circa di=
ſpoſitionē actualem eccleſiæ,in quibus tñ poteſtatē habet
à deo,non eſt hæreſis,ex quo nihil ad fidē catholicā vtrum
eccleſia fecerit an non fecerit qđ faciendi habet poteſtatem.
Ex quo vlterius ſequitur:ſi hoc non pōt p̃cipere,vt qs ea=
dē pc̄tā q̃ ſemel rite confeſſus eſt,& ab illis abſolutus,iterū
confiteatur,vtputa ꝙ iteret in mortis articulo in quorum
memoriā deuenire pōt,vel ſemel in generali confeſſione,aut
dum alia nō habet:ꝙ etiā non pōt hoīem obligare ad illud
quod incomparabiliter eſt difficilius,videlicet quolibet do
minico die diligere deum ſuper omnia.Fortaſſis obijciet ali
quis:Summus pontifex eſt vicarius Chriſti cum plenitudi
ne poteſtatis:aliàs non reliquiſſet Chriſtus eccleſiā ſufficiē
ter ordinatam & prouiſam in neceſſarijs.ergo pōt p̃cepta
dei ampliare,interpretari,& reſtringere:& per conſequens
p̃ceptum diligendi deum ſuꝑ oīa,quod indeterminate & cō
fuſe obligat:vt aliquo tp̄e illud faciamus,ad certa tp̄a re=
ſtringere & limitare:vt puta quoq; die dominico &c.Con
firmatur:quia ſic limitauit p̃ceptum confitendi,& p̃ceptū
ſumendi corpus Chriſti:q̃ indeterminate & abſq; certi tp̄is
p̃fixione obligabāt:vt circa feſtū Paſchæ illa explere tenea=
mur.Ex quo ſic argumentor.Qui circa feſtū Paſchæ nō cō
fitetur neq; ſumit Euchariſtiā,eſt tranſgreſſor diuini p̃ce=
pti.ergo eccleſiæ limitatio circa dei præcepta eandē vim ha
bet cum diuina ordinatione.Tenet cōſequentia,quia aliàs
talis non diceretur p̃uaricator diuini mandati,ſed poſitiui
præcepti humani.quod valde confirmare videtur.c.ſic oēs
xix.di.Sic oēs ſanctiones apoſtolicæ ſedis accipiēdæ ſunt,tā
quā ipſius diuina voce Petri firmatæ.Præterea nemo dubi
tat qn diebus feſtis teneamur deo cultū latriæ exhibere,vt
ip̄m deū creatorē & dominū oīm agnoſcamus:ad qđ dei
lege ſolū indeterminate & abſq; omni tp̄is præfixione obli
gamur.ſed cultꝰ latriæ cōſiſtit in recognitione affectꝰ quo



nos deo ſubdimus vt patri creatori & dño omniū:qđ ſolū
fit per amorē dei ſuper omnia.ergo ad illū obligamur quo=
libet die dominico &c.❡Pro clara iſtorum ſolutione præ
mitto ꝙ ſicut ab obligatione diuini præcepti eccleſia nemi
nem eximere pōt:ita nec obligationē diuini p̃cepti ſtrictio
rē vel largiorē facere poteſt.Sed ex cauſa illud qđ de præce=
pto diuino eſt in obligatiōe indeterminata,poteſt ſub obli=
gatione limitata & determinata ponere.ſed illius determina
tionis tranſgreſſor nō ex hoc dicitur diuini mandati viola=
tor.hoc patet in exēplis de confeſſione facienda,de ſacramē=
to euchariſtiæ ſumēdo.Primo,quia poteſt papa ab illa lege
hoīem eximere,& ꝙ teneat ſolū quantū ius diuinū ip̄m ad
ſtringit.Scd'o qa princeps legibꝰ ſolutꝰ eſt.l.princeps.ff.de
legibus.ergo papa illo iure ſuo nō ligatur:ligaret autē ſi eſ=
ſet iuris diuini,cum nullo diuino iure ſolutus habeatur.Ex
hoc patet verus intellectus ſententiæ doſtorū dicentiū prin
cipē imò & conſuetudinem poſſe ius diuinū limitare.Non
enim fieri pōt vt limitatio illa diuini iuris fiat:aliàs papa nō
maneret exemptus,ſed peccaret ſicut quis alius trāſgredien=
do:ſed ponitur aliquid ſub obligatione humana circa diui=
num præceptum,qđ alias & de iure diuino non ligat.Hoc
exemplariter declarari poteſt in præceptis legis naturæ.Nā
multa illorum iure ciuili reperiuntur limitata:cuius limita=
tionis tranſgreſſio non eſt ex hoc naturalis iuris præuarica=
tio.aliter etiā princeps ſua cōſtitutione teneretur.Hoc p̃miſ=
ſo rñdeo ad obiectiones.Ad primam,licet papa ſit vicarius
Chriſti in terris cū plenitudine poteſtatis circa neceſſarium
ſtabile qđ humana traditione obligationis vim habet:in ne
ceſſario tamen inuiolabili qđ diuina inſtitutione eſt poſitū,
immutare nihil poteſt:quemadmodū nec deus ipſe circa ne
ceſſarium incommutabile,vt prolixe declarat Bernardus
lib de præcepto & diſpenſatione in prin.& ideo non poteſt
papa facere vt aliquid ſit diuini iuris quòd deus non inſti=
tuit:nec efficere quod à deo inſtitū fuit,hominē vel ſemet=
ipſum non obliget.Ad ſecundū patet ex nunc dictis.qui cir
ca feſtū paſchæ nō confitetur,non poteſt ex hoc dici diuini

ſed tantũ humani iuris trãſgreſſor:aliter papa illa conſtitu-
tione quaſi diuino iure ligaretur.poſſet tñ accidere ꝙ tunc
humanũ ius trãſgrediẽs etiã diuini iuris eſſet transſgreſſor,
vt ſi illo tp̃e curreret caſus ſecundæ aut tertiæ vel quartæ ꝓ
poſitionis prius poſitæ.ſed de hoc nihil ad ꝓpoſitũ.Ad ter-
tiũ dico ꝙ cultus latrię non ſolũ cõſiſtit in exhibitione ſum
mi amoris.ſed in oĩbus quibus deus vt deus agnoſcit:om-
niſcius,opſ,& ſic de alijs.Vnde iuramẽtũ eſt cultus latrię,
ſimiliter ſacrificatio,imò proteſtatio oĩpotentiæ &c.q̃ tñ
deo frequenter fiunt ſine illa ſummi amoris exhibitione &
ſacrificio.Si quis replicet,ſaltẽ poſſet eccleſia limitãdo ſcd̃m
intellectũ doctorũ obligare hoĩes vt quolibet die dñico te-
neant elicere actum dilectionis dei ſup oĩa:Dico primo ꝙ
hoc non fecit,ſed tantũ ad cultũ & recognitionẽ oĩpoten-
tis dei nos adſtrinxit.Scd̃o dico ꝙ:hoc non poſſet,ſicut nec
virginitatẽ hoĩbus indicere.xxxij.q̃ne.ſ.integritas.& erit
poteſtate ad deſtructionem abuti,laqueũ pc̃ti infinitis ho-
minibus inijciendo:quod ſumme cauere oportet.ad Rom.
xiiij.Hoc iudicate magis,ne ponatis offendiculũ fratri ,vel
ſcandalũ.& infra.Quæ pacis ſunt ſectemur:& q̃ ædificatio-
nis ſunt,inuicem cuſtodiamus.Ad rationes ante oppoſitũ,
ad antecedens primæ rationis dico ꝙ præcepto affirmati-
uo prohibetur cõtrarium poſitiuũ eidẽ quod cadit ſub ob-
ligatione illius præcepti:non autẽ contrarium negatiuum.
& ꝑ hoc ad improbationẽ ſolutionis dicendũ,quantis te-
neamur deũ diligere ea qualitate & eo gradu dilectionis vt
ſimul ab eo diligamur:ad illã tñ qualitatẽ ſiue diſpoſitionẽ
habẽdam ſolũ obligamur præcepto affirmatiuo,videlicet
ꝓ tp̃e quo ad actũ dilectionis ſumus obligati:& ideo nega
tio illius nõ eſt ſimpliciter in prohibitione,ſed actus tantũ
illi repugnans,per quem illa diſpoſitio perditur.Ad ſcd̃am
rationem dico ꝙ aliud eſt mortem corporalem vel ſpiritua-
lem à ſe vel à proximo excludere,ne adueniat,aut inſit:aliud
poſtquã ineſt,ſe vel proximum ab ea reſuſcitare.nã primũ
eſt neceſſitatis,quia ſemper affert proximo vel ſibi damnũ
niſi ſtatim repellatur.Secundum vero non ſemper affert no-



uum damnum corporale aut ſpiritnale.Sicut ſi medicus ha
beret poteſtatem reſuſcitandi mortuum corporaliter,non
obligaretur ſtatim illũ reſuſcitare,ſed poſſet ad tempus dif
ferre:obligatur aũt mortem ab ægroto repellere quantum
poteſt ſi immineat:ita ſimiliter licet viuentem ſpiritualiter
teneamur à ſpirituali morte(quam adducit peccatum)præ-
ſeruare:à nobis tamen iam ſpiritualiter mortuis nõ obliga
mur ſtatim illam expellere ſub pœna noui peccati,ſicut nec
à proximo,præſertim cum maiorem opportunitatem id fa
ciendi expectamus.Hinc Aug.ſ.de ciui.c.ix.ait:Si propterea
quiſquis obiurgandis & corripiendis male agentibus par-
cit,quia opportunius tempus inquirit,vel eiſdẽ ipſis me-
tuit ne ex hoc deteriores efficiantur,& ad bonam vitam &
piam erudiendos impediant infirmos alios,& p̃mant,atq;
auertant à fide:non videtur eſſe cupiditatis occaſio,ſed cõ-
ſiliũ charitatis.Verba autem Exodi ſimiliter & Deutero.al-
legata intelliguntur in caſu in quo proximo imminet dam
nũ niſi eius aſinus ſubleuetur,aut eius bos vel ouis errãs ei
reducatur.ſed pc̃tõri nõ ſemp imminet damnũ noui pecca-
ti ſi non ſtatim pœniteat.Ad tertiã rationẽ negatur minor:
& ad eius ꝓbationẽ dico verbũ Gre.eſſe intelligendũ in ca-
ſu.ſ.partis ſecũdę ꝓpoſitionis:vt ibidẽ dixi.Vel itẽ dici põt
ꝙ verbũ Grego.veritatẽ habet de eo q expectatus à deo vt
pœniteat,contẽnit pœnitere,ſcd̃m illud Apoſt.ad Rom.ij.
An diuitias bonitatis eius & patientię & lõganimitatis cõ
tẽnis?Ignoras quoniã benignitas dei ad pœnitentiã te addu
cit?ſecundũ aũt duritiã tuã & impœnitens cor theſaurizas
tibi irã &c.Vnde Ezechie.iij.in verbo,Si cõuerſus iuſtꝰ fe-
cerit iniquitatẽ.ſoluens quæſtionem cur deus opſ offendi-
culũ ponit ei quẽ cecidiſſe iam cõſpicit,&feciſſe iniquitatẽ
ſic inquit:Diſtricta ſunt oĩpotẽtis dei iudicia.qui pc̃tõrem
diu expectat vt redeat:non redeunti & contemnenti ponit
offendiculũ,vbi grauius impingat.¶Secũdꝰ articulꝰ:An
voluntariæ occaſiones per quas in peccatũ quis lapſus eſt,
ſint neceſſario cõfitẽdæ,ita ꝙ ꝓpter earũ omiſſionẽ opor-
teat confeſſionẽ iterare?Et primũ oſtẽdo nullas pc̃tõrũ oc-

caſiones eſſe cõfitẽdas neceſſario.nulla occaſio peccati eſt pctm̃ mortale.ſed ſolũ mortale pctm̃ eſt materia confeſſionis:vt patet ex.c.oĩs vtriuſq; ſex9.de pœ.& re.vbi iubemur ſemel in anno oĩa noſtra pctã cõfiteri.qđ intelligi debet de mortalibus,ſcđm communem doctorũ ſniam.Nam venialia p oratione dñicã delent,& per aquã benedictã de pœni.diſt.iij.de quotidianis.& diſt.vj.qui vult ergo nullas pctõrũ occaſiones neceſſe eſt cõfiteri:& ita ꝓpter earũ omiſſionẽ nõ oportet &c.Maiorẽ probo,quia ſicut volũtas & hõ non ſunt peccatũ,ſed ſolũ cauſa pcti:multo minus videt̃ occaſio pcti eſſe pctm̃:ſed eſt illud vnde hõ impingit & labit̃ in peccatũ.Sed quia turpe eſt dialectico inſtare ad nomen.ſ.Topi.ideo ad rem ſeu intellectum doctorum oſtẽdo q̃ nõ oportet confiteri hoc q̃ occaſiones pctõrũ non vitauimus,ſeu q̃illis nos immiſcuimus ſeu volũtarie ſubmiſimus.Primo ſic.Nemo peccat occaſionibus peccatorũ ſe immiſcẽs:ergo non oportet hoc confiteri.Antecedẽs probo,ad impoſſibile nemo obligari poteſt,vt patet per Hierony.de expoſitione fidei ad Damaſum papam dicentem:Execramus eorũ blaſphemiã qui dicunt homini impoſſibile aliquid à deo p̃ceptum.ſed impoſſibile eſt vt omnes peccatorũ occaſiones vitemus.ergo nemo peccat illorũ occaſionibus ſe immiſcens.Minor patet:primo quia illæ ſunt neceſſitates huius erumnoſæ vitæ,a quibus propheta petit liberari dicẽs,A neceſſitatibus meis erue me domine.pſal.xxiiij.& heu mihi quia incolatus meus prolongatus eſt.pſal.cxix.Confirmo per illud apoſt.j.ad Corint.v.Scripſi vobis in epiſtola,non commiſceri fornicarijs.additur,non vtique fornicarijs huius mundi:alioqui debuiſſetis de hoc mundo exiſſe.Multo magis de hoc mundo exire oporteret ſi omnes peccati occaſiones deberemus vitare.Etiam ſecundum apoſto.ad Ro.vij.quiſque ex corpore ſuo habet incitamenta & occaſiones quæ ipſum inuoluunt & implicant ad peccatũ.Scio inquit quia non habitat in me(hoc eſt in carne mea)bonũ.Nam velle adiacet mihi:perficere autem bonũ nõ inuenio.Non enim quod volo bonum hoc ago,ſed quod odi malũ



illud facio &c.Sed quia hæc omnia ſolui poſſent dicẽdo q̃ procedũt de occaſionibus venialiũ pctõrum,de quibus nihil ad ꝓpoſitũ,cum venialia non ſint neceſſario cõfitenda,vt ſtatim dictũ eſt,& p cõſequens nec illud quod eſt volũtarie ſe occaſionibus illorũ immiſcere:qm̃ exponere ſe periculo pcti,non excedit in grauitate pctm̃ cuius periculo ſe quis exponit:ideo ſcđo probo ꝓpoſitum de occaſionibus pctõrum mortaliũ:nõ tenemur occaſiones mortaliũ:pctõrũ vitare,ergo nec confiteri ſi voluntarie illis nos immiſcuimus.Antecedẽs ꝓbo,quia ſi ſic.nõ liceret militare vel negociari.non liceret prælaturã aſſumere,non miniſteriũ curæ animarũ vel audiendi cõfeſſionẽ petere vel exercere,non ad doctrinæ ſiue ſciæ gradũ eminentẽ tendere.ſed hæc videtur falſa & abſurda:ergo & illud ex quo ſequũtur,Sequela quo ad militiã patet,quia ad recte militandũ oportet neminem concutere.vltra ſtipendiũ non q̃rere.Lucæ.iij.deinde ꝓpter ſalutẽ reipu.nõ ꝓ gloria triumphi,non ꝓ p̃da pugnare,aut pro hmõi periculo mortis ſe exponere:q̃ ſupra hoĩem eſſe videntur,& longe à militãtibus noſtri tpis:& ideo qui militãt,multis pctõrum occaſionibus ſe ſubdunt.hinc de pœni.diſt.v.c.contrariũ.dicit Leo papa.Nõ eſt liber a laqueis diaboli qui ſe militiæ mũdanæ obtulerit implicare.De negociatione patet idẽ.c.qualitas.eadẽ diſt.vbi dicit̃ difficile eſſe inter emẽtis vendẽtiſq; commerciũ non interuenire pctm̃.Quod ſi gloſſet̃ de veniali pctõ, adduco verbũ prophetæ Pſal.xvij.Qm̃ nõ cognoui literaturam)alia trãſlatio habet negociationẽ)introibo in potentias dñi.ergo q̃ nouit,id eſt negociationẽ facit,non introibit.& pro hoc eſt ſnia Chryſoſtomi in.c.eijciens.lxxxviij.diſt.De p̃latura patet p illud Prouerb.xvij,Qui altã facit domũ ſuã,q̃rit ruinã.De miniſterio curæ animarũ & audientia cõfeſſionum probo idem per Auguſtinum ad Valerium.& ponitur.xl.diſt.ante oĩa.dicẽtem.Nihil eſt in hac vita & maxime in hoc tpe difficilius & laborioſius & periculoſius epiſcopi præſbyteri aut diaconi officio.Hinc Chryſoſtomus.c.multi.eadẽ diſt.Qui primatum deſiderat,confuſionem inueniet in cælo.De emi

nentia ſciæ idē patet.j.ad Corin.viij.Scia inflat,charitas ædificat.ſi qs exiſtimat ſe ſcire aliquid,nōdum cognouit quēadmodū oporteat eū ſcire.ergo q̄rēs ſciam regulariter peccat vel de ea ſuperbiendo,vel in modo ſciendi:vt verificet̄ illud Eccl'ſ.j.In multa ſapientia multa indignatio.De eminentia virtutū idē oſtēdo p̱ Aug.in expoſitione Pſal.lxiij.tractatu.ij.Oīa vitia in malefactis timēda ſunt:ſup̱bia in bn̄factis plus metuēda eſt.Falſitas ſequelæ patet:q̄a hoc eſſet vniuerſum mundū damnare,ſeu dānabilē p̄dicare.Tertio adduco fortiorē rōnem.Freq̄ uēter ad vtrunq; contradictoriorū occurrūt hoī æqualiter laquei occaſionū trahentiū ad pctm̄. ergo non tenemur illas occaſiones veriſimiles etiā mortaliū pctōrū vitare.tenet cōſequentia,quia ſic eſſemus ad impoſſibile obligati,cū neceſſario nos habeamus committere alteri parti cōtradictoriorū.Antecedēs ,pbo de contrahendo matrimoniū.nam ex nō contrahēdo imminet hoī fornicationis occaſio & adulterij.ex contrahendo occaſio cognoſcēdi vxorē tp̱e menſtruorum.itē zelotypiæ ad vxorem,ac etiā immoderatæ libidinis,& nōnunq̄; extinctionis fœtus. Itē quibuſdā ex ſolitudine eſt malæ voluntatis & prauorū deſideriorū occaſio.Hinc apud Senecā epiſto.x.ad Luciliū Crates Stilbonis auditor cū vidiſſet adoleſcētē ſecreto ambulantē,interrogauit q̄d illic ſol9 faceret:cui rn̄denti,Mecū loquor:dixit Crates,Caue rogo & diligēter attēde ne cum hoīe malo loquaris.Et ex ſocietate hoīm ſeductionis occaſio.Pro parte oppoſita adduco hāc rōnē efficacē & vnicā. Qui ſe exponit occaſioni mortis corporalis,niſi ex iuſta cā qua aliquid præfert corpori quod licite plus amat q̄; corp9 peccat.ergo exponens animam occaſioni & periculo interitus ſpiritualis peccat.Tenet conſequentia:quia nihil licite præferri poteſt ſpūali vitæ animæ,quæ eſt ex coniunctione ad deum.¶ Pro reſponſione ad hunc articulum præmitto primo q̄ vt dicit Cancellarius Pariſieñ.Gerſon in compendio ſuo theologiæ tractatu de tertia parte pœnitentiæ :Occaſiones peccatorum ſunt duplices,quædā ſunt propinquę: & hæ ſunt in noſtra poteſtate : & eas poſſumus amouere



ſiue repellere quemadmodum cœna ſiue refectio delicata & exceſſiua eſt cauſa ,ppinqua luxuriæ,ſecūdū illud Prouerb. xx.Luxurioſa res vinū,& tumultuoſa ebrietas. q̄cunq; his delectat̄,nō erit ſapiens.& xliiij.diſtinctione,in ſumma.Ventris nanq; ingluuies ad luxuriā ,puocat facile:& omne opus bonū diſſoluit. Aliæ ſunt occaſiones peccatorum remotæ, quæ in noſtra ptāte non ſunt,vt ſuggeſtio diabolica,vel alicuius rei delectabilis oculis noſtris facta oblatio: nec in noſtra poteſtate arcere diabolum quin talia noſtræ menti offerat:ab illis tamen auertere intellectum quantū poſſumus tenemur.Secūdo præmitto q̄ occaſiones ,ppinquæ peccatorū ſunt in duplici differentia:quædā acceptæ:quædā datæ.Occaſio accepta eſt quum factū vel res ex ſua natura non inducit ad illud cuius occaſio dicitur:quomodo dicit apoſtolus ad Ro.vij.Occaſione accepta peccatum p̱ mādatū operatū eſt in me omnem concupiſcentiam Lex nanq; de ſui natura cohibet appetitū à peccato,ſed ea eſt noſtræ carnalitis cōditio,vt ardentius deſideret prohibita, q̄bus nō memoratis iaceret quaſi ſopita,vt dicit gl.ſup̱ verbo apoſtoli nunc allegato, ſimiliter ratio de ſui natura ſedatiua eſt iræ, ſed ea eſt maleuoli cōditio,vt ratione magis irritet̄,inquit Chryſoſto. ſup̱ Mat.Sicut fieri nō pōt vt ligna mittēdo ignē extinguas; ita fieri nequit vt rationē reddēdo places hominē malū.Occaſio data dicit̄ quæ de ſui natura inductiua eſt ad illud cui9 occaſio dicit̄,licet nō ſit eius cauſa efficax, id eſt neceſſaria illud ponēs in eſſe.hoc modo ventris ingluuies aut vēter mero æſtuās eſt occaſio peccati luxurię His p̄miſſis pono aliquas ,ppoſitiones.Prima,De neceſſitate ſalutis obligamur vitare omnē occaſionē ,pximam mortalis culpę quę p̱ ſe īductiua & implicatiua eſt ad peccatum.,pbo p̱ illud Mat.v.& .xviij. Si ocul9 tuus ſcandalizat te:erue eum,et ,pijce abs te. bonū eſt tibi vnū oculū habentē vitā intrare,q̄; duos oculos habētem mitti in gehennā ignis.Et Eccleſiaſtici.vij.Noli quęrere fieri iudex, niſi virtute potens ſis irrumpere iniquitatés : ne forte extimeſcas faciem potētis, & ponas ſcandalū in agilitate tua.i. in leuitate affectus ſiue actus tui, ſecundum gloſſ.

Secũnda propoſitio, Idem cenſendũ eſt de occaſionibus acceptis qñ veriſimiliter ex illis aduertimus nos declinaturos in peccatũ. Probo primo p.c. falſas. de pœni. diſti. vj. vbi dicit textus Gregorij: Miles, negociator, vel alicui officio deditus qđ ſine peccato exerceri nõ poſſit (ꝑ qđ denotat̃ difficultas nõ impoſſibilitas ſecundũ gl.) recognoſcat ſeverã pœnitẽtiã agere nõ poſſe, ꝑ quã ad æternã vitã ꝑuenire valeat, niſi negociũ relinquat, vel officiũ deſerat. & eadẽ ſentẽtia habet̃ ꝑ plura capitula ibi poſita. Præterea q amat ꝑiculũ, peribit in illo. Eccli. iij. Sed q nõ fugit quantũ põt huiuſmodi occaſione, exponit ſe periculo mortalis culpæ: ergo peccat, & ꝑ cõſequens obligat̃ eas vitare. Tertio probo idem. Qui adminiſtrat gladiũ ei q ꝑ occaſionẽ acceptã pręnoſcit̃ illo abuſurus, peccat: ergo nõ minus peccat cũ ſibi exhibet quo veriſimiliter ꝑuidet, ſe abuſurũ. Itẽ perinde eſt hominẽ occidere ꝑ occaſionẽ datã, vel acceptã: ergo perinde eſt occaſioni occidendi ſe ingerere datæ, vel acceptæ. Quarto ꝓbo idẽ ſic. Scãdalũ paſſiuũ nõ minus vitãdũ eſt ꝗ̃ actiuũ. ſed qſq; quãtũ põt obligat̃ ſcandalũ actiuũ vitare: vt patet ex verbo Saluatoris Mat. xviij. Vę homini ꝑ quem ſcandalum venit &c. ergo & ſcandalũ paſſiuũ obligamur vitare. Maior patet. xvj. q. j. vbi dicit texrus Hieronymi capit. Si cupis. Non multum diſtat in vitio, aut decipere poſſe, vel decipi Chriſtianũ. qđ etiã dicit gloſ. Mat. xviij. propter quod Saluator Mat. x. præcipit nobis habere ſimplicitatẽ columbinam, & ſerpentis aſtutiã. ſimplicitatẽ, ne cuiq; machinemur dolos. ſerpentis aſtutiã, ne aliorũ ſupplantemur inſidijs: ſecundum Auguſtinũ exponentẽ illud Pſal. lvij. Furor illis ſecundum ſimilitudinem ſerpentis &c. Aſtutia ſerpentis eſt vt cũ cœperit pati incantatorem ſuum marſum, qui eam quibuſdam carminibus ꝓprijs euocat, ſicut ſunt mlta magica: illa amãdo tenebras ſuas quibus ſe inuolutã occultare dicitur: cum exire latebras noluerit, recuſans audire illas voces quibus ſe cogi ſentit, allidit vnam aurem terræ, & de cauda obturat alterã: atq; illas voces quantũ poteſt euitans non exit ad incãtantem. ſimiles nos eſſe oportet cõtra diaboli inſidias, id eſt



peccatorũ occaſiões. Hinc Philoſophꝰ circa finẽ. ij. Ethi, tria documẽta aſſequendi virtutẽ tradens, primũ dicit eſſe ante oĩa abire longius à magis cõtrario: vt Calyplo monebat dicens: Extra fumũ & vndã cuſtodi nauem. Secundũ cõſiderandũ eſſe ad quæ nos ꝓniores ſumus, nã alij ad alia natura ferunt̃. in cõtrariũ autẽ noſmetipſos retrahere ac reniti oportet. Tertium, in oĩbus cauẽdum eſſe à voluptate. non eñ interrupti de illa iudicamus. Quod igit̃ ſeniores populi paſſi ſunt erga Helenam, hoc pati nos conuenit erga voluptatem & illorũ ꝑ omnia dicere vocẽ. Tertia ꝓpoſitio. Non cenſet̃ peccare q neceſſitate ſiue inuolũtarie in diſcrimine etiã mortalis peccati eſt: ſed q volũtarie tali diſcrimini ſe ſubdit. Primam partem ꝓbo per Augu. in de vera religionę. Vſq; adeò peccatũ voluntariũ malum eſt, vt niſi ſit voluntariũ, nullo modo peccatũ ſit: & hoc quidẽ adeò manifeſtũ eſt, vt nulla huic doctorũ paucitas, nulla ĩdoctorũ turba diſſentiat. quare aut negandum eſt peccatum cõmitti, aut fatẽdũ eſt cum volũtate committi. Ex qua ꝓpoſitione ſequit̃ alia. Cum ad vtrãq; partem æquales ſiue æquè fortes peccati occaſiones imminent, nõ peccat in alterã partem occaſioni etiã multum forti ſe cõmittens. Ex his propoſitionibus infero hoc corollariũ. Confiteri oportet quoties ſponte occaſioni mortalis culpæ qs ſe ſubmiſit, etiã ſi ex ea deductus nõ fuerit in aliud peccatũ. Et ideo hoc omittens cõfiteri, obligatur cõfeſſionẽ reiterare. Probo hoc corollariũ. Sponte ſe cõmittere ſiue ingerere occaſiõi mortalis culpæ eſt mortale peccatũ, vt patet ex ratione poſt oppoſitũ adducta, & ex ijs quæ adducta ſunt ꝓ ꝓbationibus primæ & ſecundę ꝓpoſitionum. ſed oĩa peccata mortalia ſunt neceſſario confitenda. ergo ſi quis omittat cõfiteri quoties occaſioni mortalis culpæ ſe cõmiſit obligatur cõfeſſionem reiterare. Minorem ꝓbo: q a cõfeſſio oris correſpõdere debet cõtritioni: vt patet ex. c. j. agite pœnitentiã, de pœni. diſt. j. ſed cõtritio eſſe debet de oĩbus peccatis ſaltẽ mortalibꝰ, ergo & cõfeſſio, & ꝑ cõſequens &c. Minorem probo per Augu. in lib. de vera & falſa pœni. & ponitur de pœnitentia diſt. iij. ſunt plures. dicentem, Nunq; aliquem ſa

nauit dñs quē oĩno non liberauit.totũ enĩ hoĩem ſanauit in ſabbato: qa & corpus ab infirmitate,& aĩam ab oĩ contagione liberauit: indicans pœnitẽtes oportere ſimul dolere de omni crimine orto ĩ aĩa & corpore. Quædã enim impietas infidelitatis eſt, ab illo qui iuſtus & iuſtitia eſt, dimidiã ſperare veniã. Cũ igiť ſcđm Aug. cõfeſſio ſit ꝑ quã aperitur morbus in ſpe veniæ, ſequitur ꝙ oportet cõfitentẽ oĩa mortalia ſua pctã in confeſſione detegere, & nullũ ꝑtermittere: quod etiã expſſe præcipiť in.c.omnis vtriuſq; ſexus.de pœ. & re. Ex hoc corollario ſequitur alia ꝓpoſitio. Quãdo aliqs cõfitens inferiori, ab eo remittiť ad ſuperiorẽ, ꝓpter caſus reſeruatos: ſi cõfitetur ſuperiori ſolũ pctã reſeruata, non abſoluiť ab eo ſacramentaliter: ſed ſolũ à vinculo eccleſiæ, qđ reſeruationis dicimus: poſt quod inferior auditis oĩbus pctĩs etiã reſeruatis, ſacramentalẽ abſolutionẽ de oĩbus põt impẽdere. Probo, nõ põt qs abſolui ſacramẽtaliter niſi ab oĩbus pctĩs ſuis ſaltẽ mortalibus abſoluať. ſed nõ põt ſacerdos qcunq; ſacramentaliter abſoluere à pctĩs ei ꝑ cõfeſſionẽ ſciẽter aut ex negligẽtia nõ detectis. ergo vbi ſuperior ſolũ audit pctã reſeruata: ſi cõfitens habet alia mortalia cõfitẽda, non põt eũ ſacramẽtaliter abſoluere. Maiorẽ ꝓbo: Abſolutio ſacramẽtalis à dei miniſtro impertita, conformis eſſe debet dei abſolutioni: vt patet ex dicto magiſtri diſt.xviij.iiij. ſed deus neminẽ abſoluit niſi ab oĩbus pctĩs abſoluat ſimul vt declaratũ eſt ĩ ꝓbatione ꝑcedentis corollarij. Minor ab oĩbus cõcediť, & patet ex ijs q̃ adducũť à Gratiano de pœ. diſt.vj.c.q vult. Iudiciaria enĩ ptãs hoc poſtulat, vt qđ debet iudicare diſcernat. diligẽs igiť inqſitor ſapiẽter & quam aſtute interroget à pctõre qđ forſan ignorat, vel verecũdia velit occultare. Sequiť alia ꝓpoſitio. Sine ſufficiẽti cõſciẽtię examine ꝑuio cõfitens, etiã ſi oĩa priora pctã cõfiteať, non abſoluitur ſacramẽtaliter: & tenetur confeſſionẽ iterare. Idẽ eſt ſi de aliquo mortali nõ atteriť, vel ſi cõfitetur nõ habens actuale ꝓpoſitũ vitãdi oĩa mortalia peccata. Primã partẽ ꝓbo: quia talis ſe cõmittit diſcrimini diuidẽdæ cõfeſſionis, ſiue nõ faciendi integrã confeſſionẽ. Vñ ſcđm doctorẽ ſub-



tilem in.iiij. volens rite cõfiteri, & ſacramẽtaliter abſolui, adhibere debet tãtã diligentiã examinãdi ſuã cõſcientiã quãtã adhiberet circa aliud multũ arduũ & difficile qđ ſibi eſſet cordi. Scđam partẽ ꝓbo. ad verã cõfeſſionẽ reqriť dolor de pctĩs cũ actuali ꝓpoſito vitandi oĩa mortalia pctã. ergo q hęc nõ habet, teneť confeſſionẽ iterare. Antecedẽs patet ꝑ Bernardũ de mõ viuẽdi, ad ſororẽ, ca.xxvij. Nihil aũt peius q̃ culpã cognoſcere nec deflere. Idẽ ꝓbo. nõ eſt vera cõfeſſio ſine pnĩa, vt patet ex.c.qđ qdã.&.c.deus q eccleſiã.de pœn. & re. ſed pnĩa (vt dicit magiſter in.iiij.diſtin.xiiij.) eſt virtus qua cõmiſſa mala cũ emẽdationis ꝓpoſito plãgimus & odimus &c. Tertio fundo illud efficacius in ſcriptura ſacra. Ad hoc ꝙ quis reſtituať ad ſtatũ ſalutis, nõ ſufficit malum deteſtari, ſed oportet etiã adhærere bono, vt patet ꝑ ꝓphetã Pſal.xxxiij. Declina à malo, & fac bonũ. inquire pacẽ, & ꝑſequere eã. Quæ verba allegãtur.j. Petri.iij. & ꝑ aplm ad Ro.xij. Odiẽtes malũ, adhærẽtes bono. & Eſa.i. Quieſcite agere ꝑuerſe, diſcite bñ facere. Sed nemo adhæret bono, niſi ꝓponat bñ agere. nõ ꝓponit aũt qs efficaciter bñ agere, niſi velit vitare omne impediẽs, quod eſt mortale pcĩm. ergo &c. De alijs caſibus qb9 eſt iterãda cõfeſſio, remitto ad doctores in.iiij. nõ tñ credo verũ (qđ à multis diciť) iterandã cõfeſſionẽ qñ pnĩa ꝓ pctĩs iniũcta omittiť impleri: vt ſatis haberi põt ex prius dictis: qa rite cõfeſſus & abſolutus nõ teneť eadẽ pctã iterũ confiteri. Ad rõnes ante oppoſitũ. Ad primã, ſolũ procedit de occaſionibus venialiũ pctõrũ: & cõcedo nõ eſſe nos obligatos illas cõfiteri, neq; quoties voluntarie illis nos ingeſſim9. aut volũtarie ſubmiſimus: quãuis volũtarie illis ſe ſubmittẽs venialiter peccet, & cogetur hic vel in futuro de hoc ſatiſfacere pœnã ſuſtinẽdo. Ad ſecũdã, ꝓcedit de occaſionibus acceptis: & illas qſq; vitare teneť, q ſuæ fragilitatis cõſcius ꝓ qualitate perſonæ aduertit ſiue probabiliter credit ſe in peccatũ declinaturũ ex ipſis. ſi autẽ poſſit & velit à prædictis amputare quod ſibi erat occaſio pertrahens ad peccatum, vel ſi conſtantior & firmior factus propoſuerit & ſe cõſeruaturum credat ꝙ occaſione

taliū amplius non ruet in pctm̄:non peccat ſe talibus miſcēdo,cū nō ſint de ſe pctā:vel ſi etiā aduertat veriſimiliter hęc vitādo maiores & periculoſiores pcti occaſiones ſibi imminere,non peccat his ſe immiſcēdo:cū oēs pcti occaſiones vitare non poſſit,ſequēs doctrinā Toletani cōcilij.in.c.duo mala.poſitā.xiij.diſt.Duo mala licet oīno cautiſſime ſint p̄cauenda,tn̄ ſi periculi neceſſitas vnū ex his ꝑpetrare cōpulerit:id debemus reſoluere,quod minori nexu noſcit̄ obligari. Ad tertiā rationem,ſolum cōcludit qn̄ ad vtrāq; partē contradictionis quis aduertit æqualiter imminere peccati occaſiones:alias ſi voluntarie qs ſe cōmittit vnius partis occaſionibus nō cōſiderato alterius partis periculo:peccat quantum ad animum periculo peccati ſponte ſe exponens

## Argumenta Quodlibetarij.

¶Cōtra duas primas ꝓpoſitiones argumētor. Nemo tenetur vitare aliquod opus ſupererogationis,ſeu cōſilij euāgelici:ergo non tenemur vitare oēs pcti occaſiones. Añcedēs ꝓbat̄ ſcd'm Bernar.in lib.de diſpēſa.& præ.circa principiū.Oīa ꝑ dn̄m tradita in ſermone dn̄i in mōte(q incipit Mat.v.& ꝓtendit vſq; in finē.vij.ca.)nunq̄ niſi innocēter nūq̄ niſi ſalubriter aut imperātur aut obſeruant̄.In qbus capitulis dn̄s ſuadet opa conſilij & ꝑfectionis,Si quis te angariauerit,& voluerit tunicā tollere:dimitte ei & pallium &c.Conſequentia tenet,qa illa opa conſilij multis ſunt occaſio ſcādali ſiue pcti:vt ſi dimiſerint ſua raptoribus,paupertate compulſi furantur,& alia crimina fornicationis & adulterij ꝓ ſubleuāda paupertate & tollēda fame cōmittūt. ¶Rn̄deo. Ad ꝓbationē añcedētis dico ꝙ Bernardus intendit ꝙ illa opa cōſilij vt ſunt actus virtutū nunq̄ niſi innocēter aut ſalubriter p̄cipiunt̄ aut fiunt:ſed vt ſint actus virtutū,nō ſatis eſt vt ꝓpter deum fiāt,quod eſt recte offerre: ſed etiā oportet congruentes circunſtantias adhibere,iuxta illud Gen.iiij.ſecundum tranſlationē.lxx.Si recte offers,recte autem nō diuidis:peccaſti.Sic eſt in propoſito quando præſcius ſuæ fragilitatis veriſimiliter aduertit ꝙ tale erit ei

peccati



peccati occaſio. ¶Cōtra. Laudabile videtur & fortitudinis actus ob pericula ſeu diſcrimina deficiēdi a ꝓſecutiōe cōſiliorū Chriſti minime deterreri.ergo nō eſt pctm̄ ſpōte ingerere ſe occaſionib9 pctōrū in ſpe ſaltē euitandi pctm̄. Antecedens patet:qa niſi ſic,nulli liceret penitus abdicare ꝓprietatē,vt faciunt fratres minores,cū hoc ſit exponere corpus diſcrimini,& animā multis periculis,ad q̄ mēdicitas ſeu extrema illa paupertas inducit,ꝓpter qd' orauit Sapiēs. Mēdicitatē & diuitias ne dederis mihi:ne egeſtate cōpulſus furer &c.Prouerb.iij.ſed hoc eſt falſum,vt patet ex determinatione eccleſiæ ca.exijt qui ſeminat.& in cle.exiui.de verbo.ſig. Rn̄deo ad antecedens:Qn̄ homini veriſimile eſt vel ꝓbabile dubiū ꝙ ex ſtatu cōſilij pctā incurret,temeritatis eſt non fortitudinis illū ſtatū aſſumere vel ſubire cū periculo aīę:& tūc ꝓcedit illud Sapiētis:Qui altā facit domū ſuā,petit ruinā.ſecus qn̄ de dn̄i adiutorio cōfiſus ſperat immaculato calle iter cōſilij tranſire.Et ad confirmationē,ſtatus ille perfectionis ex ſe nō eſt implicans ad pctm̄,tamē ab imperfectis poſſet aliqn̄ temere aſſumi:ſicut ſi p̄ter neceſſitatē offerrent ſe martyrio præſcientes veriſimiliter aut dubitantes ꝙ ſub tormētis a Chriſto deficerent. ¶Cōtra corollariū reſponſiuum argumentor:ſi oporteret cōfiteri quoties ſpōte nos ſubmiſimus occaſionibus mortaliū peccatorū,ſequeret̄ ꝙ aliquādo oporteret nos confiteri de neceſſitate venialia peccata.hoc falſum eſt,vt tenet communis doctorum ſentētia. ergo &c.Sequela patet, quia cum venialia peccata ſaltem multiplicata ſint occaſio lapſus in mortalia,vt colligi pōt ex ijs quæ adducit Gratianus de pœni.diſt.j.c.tres actiones. oporteret cōfiteri ꝙ illa non vitauimus.ſed hoc non eſt niſi veniale peccatum.ergo &c.Dico ꝙ quando aliquis aduertit ex peccatis quę de genere nō ſunt niſi venialia,imminere ſibi periculū mortalis peccati:niſi ab illis tūc abſtineat,peccat mortaliter,quare tunc cōfiteri habet ꝙ illa non vitauit. nec eſt hoc magis abſurdū q̄ ꝙ confiteri habeat ſe nō vitaſſe res in ſe licitas,vtputa militiam,aut negociationem quando ex illis aduertit ſibi imminere mortalis peccati periculū.

¶ Cõtra. Ex quolibet veniali imminet mortalis peccati pe=
riculũ ſiue occaſio. ſi ergo ꝓpter hoc nõ vitaret veniale pec=
catũ eſſet mortale, ſequeret̃ ꝙ de quolibet veniali oporteret
cõfiteri ꝙ illud non vitauimus. Antecedẽs patet Eccli. xix.
Qui ſpernit modica, paulatim decidit. Dico negãdo añs. ad
ꝓbationẽ dico ꝙ verbũ ſapiẽtis ſolũ cõcludit pctm̃ venia=
le diſponere quodãmodo ad mortale, non quidẽ de directo,
ſed per quandã conſequentiã, aut ſicut remouens prohibẽs:
vt declarat doctor ſanctus. ſ. ij. q. lxxxviij. arti. iij. ex quo non
ſequit̃ quodlibet eſſe occaſio mortalis, cũ occaſio peccati
(vt in ꝓpoſito de ea loquor) habeat periculũ annexũ. Peri=
culũ, vt dicit Philoſophus. ij. Rethoricæ, eſt timẽdæ rei ap=
propinquatio. Quod nõ conuenit cuilibet peccato veniali.

## Prior quæſtio ſine argumentis.

PROPTER quid Saluator Mat. vij. dicit, Angusta porta & arcta via eſt quæ ducit ad vitã:
cũ ꝓpheta de hac via ſermonem faciẽs Pſalm.
cxviij. dicat: Ambulaui in latitudine, qa mãda=
ta tua exquiſiui. ¶ Pro ſolutiõe huius q̃ſtiũcu=
læ p̃mitto ꝙ virtutes tã morales q̃ theologicæ ſunt via
ſiue iter ꝑducẽs rationalẽ creaturã ad vitã æternã: quæ iu=
xta certiſſimũ Saluatoris teſtimoniũ cõſiſtit in clara dei vi=
ſione, Hæc ẽ aũt vita æterna, vt cognoſcãt te ſolũ verũ deũ,
& quẽ miſiſti Ieſum Chriſtũ. Ioan. xvij. Prima pars huius
præãbuli probat̃ Pſal. lxxxiij. Ibi de virtute in virtutẽ: vide
bitur deus deorũ in Sion. quod verbũ pertractans Auguſt.
inquit, Virtutes agendæ vitæ noſtræ quatuor deſcribuntur
à multis, & in ſcriptura inueniuntur. Prudentia, qua digno=
ſcimus inter bonum & malum. Iuſtitia, qua ſua cuiq; tribui
mus, nemini quicquã debẽtes, ſed omnes diligentes. Tempe
rãtia, qua libidines refrenamus. Fortitudo: qua oĩa moleſta
toleramus. Iſtæ virtutes nunc in cõualle plorationis ꝑ gra=
tiam dei donantur nobis: à quibus imus in illam virtutem
quæ eſt ſolius contemplationis dei. Idem ſentit Ambroſius
in vno ſermone de martyribus, exponens illud Pſal. xv. No=



tas mihi feciſti vias vitæ. Ipſe dñs notas fecit mihi vias vi=
tæ, cũ me docuit fidẽ, miam, iuſtitiã, caſtitatẽ. His enim iti=
neribus ꝑuenit̃ ad ſalutẽ. Hic Aug. libro de beata vita circa
finẽ tertiæ diſputationis approbat ſñiam matris dicẽtis, Ad
beatã vitã, q̃ vita ꝑfecta eſt, nos feſtinanter poſſe ꝑduci ſo
lida fide, alacri ſpe, flagrante charitate, ꝓſumendũ eſt. Scd'o
præmitto ꝙ carentibus habitu virtutis, via virtutũ diffici
lis & anguſta apparet, propter tres cãs, quas pulchre ptra=
ctat Buridanus. ij. Ethic. q. xiij. Prima ſe tenet ex parte intel
lectus: qñ ſcilicet notitiam agendorũ non habet. Cũ enim ſe
cũdum Dionyſiũ bonũ ſit ex integra cauſa, malũ aũt ex de=
fectu cuiuſlibet: & vt ait Philoſophus. ij. Ethico. delinque=
re multipharia ẽſt: (nam malũ quidẽ infiniti eſt, vt Pytha=
gorici putãt, bonũ aũt finiti) ſequitur (vt ibidẽ cõcludit) fa
cile quidẽ non contingere ſignũ, id eſt opus virtutis, quod
in medio conſiſtit. Difficile aũt contingere, præſertim non
habentem illius notitiã: de quo. vij. Ethicorum dicit̃: Quẽ=
admodum corpori forti ſine viſione moto accidit fallit for
tius propter non habere viſum, ſic & hic. Si aũt accipiat in=
tellectũ in operari, differt. Scd'a cauſa eſt ex parte appetitus
hoĩs, quæ vel ratione fomitis peccati, vel vitioſi habitus ex
prauis actibus acquiſiti fortiter inclinatur & impellitur ad
operationes contrarias actionibus virtutũ. de primo ſcribi
tur Gen. viij. Senſus & cogitatio humani cordis in malum
prona ſunt ab adoleſcẽtia. ꝓpter quã pronitatẽ difficile eſt
hoĩ recte operari. Hinc apoſt. ad Rom. vij. Video aliã legẽ ĩ
mẽbris meis repugnantẽ legi mẽtis meæ. Et Philoſophꝰ cir
ca fi. ſ. Ethi. Vt reſolutæ corporis partes ſi ad dextrã mouere
velis: in ſiniſtrã feruntur: ſic & in animo ferunt̃ incontinen
tium appetitus. De difficultate operãdi bonũ ꝓueniente ex
vitioſo habitu ſiue ex praua cõſuetudine dicit̃ Hiere. xiij. Si
mutare põt æthiops pellẽ ſuam, aut pardus varietates ſuas:
& vos poteritis benefacere, cũ didiceritis malũ. Tertia cau
ſa prouenit aliquando ex parte corporis aut membrorum
corporis: quæ quia non ſunt aſſueta ad exteriores actiones
virtutum, ſæpenumero in illis laſſantur, & eas difficultes

exercent: quēadmodū ad voluptuoſam vitā aſſueto difficile
le eſt dura pœnitentiæ opera aſſumere. His p̄miſſis ad q̄ſtio
nē r̄ndeo. Amatoribus ſeculi & voluptatū carnaliū via per
ducens ad vitam anguſta & arcta videt̃, q̄ tñ virtutes & dei
dilectionē habentibus latiſſima & facillima patet. Pr̄ia pars
huius q̄ſtiōis euidēter ſequit̃ ex ijs quę nūc in ſecūdo p̄ama
bulo dicta ſunt. Hinc Chriſtus Matth. xix. ait: Facili9 eſt ca
melū per foramen acus tranſire, q̄ꝫ diuitem intrare in regnū
cœlorū, .d eſt diuitias amantē, vt vult glo. Luc. xviij. Omnia
bus enim malis lapis offenſiōis eſt Chriſtus. quicquid dicit
Chriſtus, amarū eſt illis teſte Auguſt. in epiſtolā Ioānis tra
ctatu. iij. Nō pōt q̄s deo ſeruire, & mammonæ. Math. vj. Co
anguſtatū eſt em̄ ſtratū, ita vt alter decidat: & palliū breue
vtrūqꝫ operire nō pōt. Eſaiæ. xxviij. Coanguſtatū ſtratū di
cit̃ cor hominis. qđ amorem dei cū amore mundi ſimul caa
pere nō pōt. Vnde Chryſoſto. ſuper Matth. Omnis iuſtitiæ
introitus ad vitā æternā anguſtus eſt viuēti in carne, ꝑpter
aduerſitatē naturæ carnalis, cui graue eſt & difficile ā ſua na
tura carnales paſſiones p̄cidere, p̄ſertim q̄ ſunt circa delecta
tiones guſtus & tactus, aſſumēdo laborioſa pœnitētia ope=
ra. Secunda pars cōcluſionis ꝓbat̃ per Auguſtinū tractantē
illud Pſalm̄. xxx. Statuiſti in loco ſpatioſo pedes meos &c.
id eſt facilem mihi feciſti iuſtitiā, quæ mihi aliqñ erat diffici
lis. Via iuſtitiæ laboranti anguſta eſt, amanti lata & facilis.
& ad Ianuarium, Sicut corpus ſuo pōdere facile nititur vel
deorſum, ſi graue: vel ſurſum, ſi leue: ita aīæ in id qđ amāt, fa
cile ferunt̃ amore. ſicut enim ſunt pondera & collocationes
corporum, ſic amores & delectationes animarum. vj. de tria
nitate. c. vlti. Hinc in ſermone de charitate ait idem Auguſt.
Diuinarum ſcripturarū multiplicē abundantiā latiſſimāqꝫ
doctrinam fratres chariſſimi ſine vllo errore cōprehendit,
& ſine vllo labore cuſtodit, cuius cor plenū eſt charitate: di=
cente apoſtolo: Plenitudo legis eſt dilectio. ad Roma. xiij.

## Secunda quæſtio ſine argumentis.



PROPTER q̄d Sapiens Prouerbiorum. xvij.
dicit, Qui euitat diſcere, incidit in malū: cū idē
Eccl̄es. j. dicat, Qui apponit ſcientiā, apponit &
dolorē c̄. ¶ Partes huius quęſtiūculę repugnare
ideò vident̃, q̄a primæ partis v̄ba innuunt eum
q̄ diſcit, vitare malū: in quòd eundē incidere affirmant v̄ba
ſecundæ partis dicendo apponentem ſciētiā apponere dolo=
rem, q̄ eſt quoddā malū. Pro huius quæſtionis ſolutione, &
eius partiū apparēter repugnātiū cōcordia, præmitto quòd
ſecūdū Auguſtinū Sapiens ꝑ ſcientiam hic ītelligit notitiā
qua q̄s ſuam infirmitatem & imperfectionē attendit & co=
gnoſcit: quā cuius alij præponendā dicit Augu. in ꝓlog. iiij.
lib. de trini. ſic inquiens. Scientiā terreſtriū celeſtiumqꝫ rerū
magni æſtimare ſolet genus humanū: in quo ꝑfecto melio=
res ſunt q̄ huic ſcientiæ præponūt noſcere ſemetipſos: lauda
biliorqꝫ eſt animus cui nota eſt vl̄ infirmitas ſua, quàm q̄ ea
non reſpecta vias ſyderū ſcrutat̃ etiā cogniturus, aut q̄ iam
cognitas tenet, ignorās ipſe viam qua ingrediatur ad ſalutē,
ac infirmitatem ſuā. hanc ſcientiā q̄ apponit, apponit & do
lorem, dolorē ſcilicet peregrinatiōis ſuæ ex deſiderio patriæ
ſuæ, & cōditoris eius beati dei. Vnde Bernardus ſup Canti
ca ſermone. xxxvj. Quomodo nō vere cōtriſtabit̃ homo ex
vera ſui cognitione, cum ſe perceperit oneratum peccatis,
mole huius mortalis corporis aggrauatum, terrenis intrica=
tum curis, carnalium deſideriorem fece infectum, cæcum,
curuum, infirmum, implicitum multis erroribꝰ, expoſitum
mille periculis, mille timoribus trepidum, mille difficultati=
bus anxium, mille ſuſpicionibus obnoxium, mille neceſſita=
tibus erumnoſum, procliuem ad vitia, inualidum ad virtu=
tes? propter quorū conſiderationem cogitur cum prophe=
ta exclamare: Quare miſero data eſt lux, & vita ijs qui in
amaritudine animæ ſunt? Hanc ſententiam qui euitat diſce=
re, incidet in malum. Eſaiæ. v. Propterea captiuus ductus
eſt populus meus, quia non habuit ſcientiā. nobiles eius in=
terierunt fame: & multitudo eius ſiti exaruit. In captiuita=
tem videlicet carceris infernalis. ideò ibidem ſubditur, Pro=

pter hoc dilatauit infernus animam ſuam,& aperuit os ſuū
abſq; vllo termino.In malum hoc incidunt qui ſe ignorāt;
primo quia in deteſtabile præſumptionis vitiū facile labū-
tur,teſte Lactantio.Hæc enim prauitatis eſt cauſa,ignora-
tio ſui:quo fit vt tales cæteros quoſque leuiter deſpiciāt,ni
hil rectum putantes niſi quod ipſi fecerint.feſtucam quæ in
oculo fratris eſt,cōſiderant:ſed trabem in oculo non vident
proprio.Contra quos in perſona iuſtorum dicit ſcriptura
Neemiæ.iiij.Audi deus noſter,quia facti ſumus deſpectui.
Conuerte opprobrium ſuper caput eorum,& da eos in de
ſpectionem in terra captiuitatis.Secundo in malū incidūt,
quia volentes plus ſapere quàm oportet,atque naturalem
imperfectionem noſtri intellectus non attendentes,omniū
cognoſcibiliū ab homine notitiam virtute naturalis lumi-
nis intellectus poſſe attingere contendunt:& ideo diuinam
ſapientiam(in cuius obſequium oportet captiuare intelle-
ctum) ſtultitiam arbitrantur,ab eius ſtudio ſe & alios auer
tētes:& hoc eſt vnum genus peccati quod deus ſtatim alijs
criminibus vindicat.ad Rom.j.Sicut non probauerunt deū
habere in notitia,tradidit eos in reprobū ſenſum,vt faciant
ea quæ non conueniunt,repletos omni iniquitate,malitia,
&c.propter quod etiam deus populum percutit.Eſaiæ.v.
Abiecerunt legem domini exercituum,& eloquium ſancti
Iſrael blaſphemauerunt:ideo iratus eſt furor domini in po-
pulum ſuum,& extendit manum ſuam ſuper eum,& per-
cuſſit eum.Tertio ſuam perfectionem non conſiderantes,
in malum incidūt:quia nunquam vere ſe humiliāt;& ideo
de ſuis peccatis perfecte non pœnitent;cum teſte Chryſo-
ſtomo perfecta pœnitentia cogit peccatorem omnia liben-
ter ſufferre.in corde contritio;in ore confeſſio:in opere tota
humilitas.quibus hoc malum Saluator prædixit futurum,
quòd omnes ſimul peribunt,ſicut illi decem & octo ſuper
quos cecidit turris in Siloa,& occidit eos Lucæ.xiij.

## Secunda quodlibetica qō eiuſdē anno M.D.X.diſputata.



VTRVM DAMNABILIVS
ſit curam animarū appetere,illam vt ī
ſtatu mortalis peccati ſeruare: an pro
pter religionē vel maiꝰ bonū deſerere
et reſignare? ¶ Pro deciſione huius
quæſtionis iuxta quatuor quæ in ea
tāgūtur,erūt quatuor articuli.Primꝰ
vtrum appetere curam animarum,ſit
damnabile.Secūdus,vtrum exercere miniſteriū curę in ſtatu
mortalis culpę, preſertim quo ad orationes et ſuffragia ( ſi-
ne quibus à nullo animarum cura licite tenetur) ſit etiam
damnabile. Tertius, an damnabile ſit ob frugem melioris
vitę ſeu propter religionis ingreſſum eam deſerere & reſi-
gnare, intellige cum digne adminiſtrauerit, & gregi aliun-
de ꝓuiſum nō erit.Quartus, horū quodnā damnabilius eſ-
ſe videatur. ¶ Quo ad primum videtur in primis illicitum
& damnabile curam animarum appetere, primo ex verbo
apoſto.ad Hebr.v. Nec quiſq; ſumit ſibi honorem, ſed qui
vocatur à deo tanquam Aaron ſicut nec Chriſtus ſemetip-
ſum clarificauit vt pontifex fieret, ſed qui locutus eſt ad
eum, Filius meus es tu. Hinc Auguſt. xix. de ciui. dei. c.
xix. dicit, Locus ſuperior, ſine quo populus regi non po-
teſt, et ſi ita adminiſtretur atq; teneatur vt decet indecen-
ter tamen appetitur. Cōfirmatur ex verbo Saluatoris Matt.
xxiij.vbi ſcribas& phariſæos arguit dicens,Amant primos
recubitus in cœnis, & primas cathedras in ſynagogis &c.
Secundo non licet animarum curam niſi digniori cæteris
committere.c. licet. & alijs capit. viij.q.j.Sed nemo ſine te-
meritate poteſt exiſtimare et credere ſe alijs digniorem et ma
gis idoneū:ergo nullus poteſt licite curam animarum appe
tere.Minor patet ex verbo Saluatoris Luc.xviij.Omnis qui
ſe exaltat,humiliabitur:& qui ſe humiliat,exaltabitur.Ter-
tio ad idem arguitur ex.c.ſicut.j.q.vj. Sicut is qui inuitatus
renuit, quęſitus refugit, ſacris altaribus eſt admouendus:
ſic qui vltro ambit, vel importunum ſe ingerit, eſt procul-
dubio repellendus. Confirmatur ex.l.ſi quenq;.C.de epiſco-

pis & cleri,quæ ſic habet, Antiſtes tantũ ab ambitu debet
eſſe ſepoſitus,vt quærat cogẽdus,rogatus recitat, inuitato
effugiat.ſola ſibi ſuffraget neceſſitas excuſãdi. Profecto enĩ
indignus eſt ſacerdotio niſi fuerit ordinatus inuitus.In con-
trariũ eſt illud Eccleſiaſtici.vij.Noli quærere fieri iudex,niſi
virtute potẽs ſis irrũpere iniquitates.ergo ab exceptiua ad
partẽ exceptã argumentando,cõceſſum imò cõſultũ intel-
ligit vt dũ qs virtute potẽs eſt irrũpere iniquitates, quærat
fieri iudex.ſed idem iudiciũ videt de quærenda & appetẽda
animarũ cura:ergo nõ eſt illicitũ quærere animarũ curam &
appetere. Ad idem etiã eſt practica cãcellariæ apoſtolicæ q̃
in conceſſionibus gratiarũ etiã ad curas vtitur hac forma,
Precibus tuis inclinati &c.Pro ſolutione huius quæſtionis
præmitto ꝙ exigẽte ꝓximorũ neceſſitate,nõ ſolũ licet,imò
neceſſe eſt vt homo eruditus ſe ingerat ad fratrũ directionẽ:
& nõnunquã vt ſcientiã miniſtret,quãuis curatus eorũ non
ſit.Patet ex p̃cepto fraternæ correptiõis.Patet etiã,qa parũ
refert ad mortẽ animæ,eã inferre,vel amittere cũ poſſis pro
hibere.lxxxiij.diſtinctiõe in principio,& in diuina lege fun-
datum Exodi vigeſimoter.& Deuterono. vigeſimoſecun-
do de oue & boue proximi errantibus reducendis & ſer-
uandis donec proximus iam abſens redierit. Nam ſicut in
temporalibus eam curam adhibere tenemur,vt ꝓximi pro-
hibeamus damnũ,ita multo magis curare & occurrere tene-
mur,etiam ſi inuiti ſint,vt damnum animæ impediamus:
vt recte infert Auguſtinus ſcribens Bonifacio.xxiij.q.iiij.
ipſa pietas.Quo ad miniſtranda ſacramenta patet quòd di-
xi in arti.neceſſitatis,quando ſcilicet curatus abeſt,vel mini-
ſtrare recuſat,aut forte neſcit: pro quo videtur eſſe textus
xxvj.q.vj.ſi preſbyter.&.c. agnouimus. Secundo præmitto
aliud eſſe aliquem aſſumere ſibi honorem, aliud inſtare vt
ſecũdũ merita dignitatis honor ſibi tribuat.Vnde Matt.ix.
Saluator miſertus turbæ(quæ vero paſtore carebat)diſcipu
lis(qui paſtores deſtinãdi erant)inquit, Meſſis quidem mul
ta,operarij vero pauci:rogate ergo dominum meſſis vt mit
tat operarios in meſſem ſuam.Quid autem aliud in diſcipu



lis futurũ erat rogare dñm vt operarios mitteret,q̃ vt eos
paſtores deſignaret qui curã gregis habituri eſſent.Et qs
dubitat ſine pctõ fieri vt quis deũ roget vt ſibi de cura pro
uideat,in qua populũ verbo & exẽplo ſit ædificaturus:ſic
enim Eſaiã ſeſe obtuliſſe vt mitteret legimus dicentẽ,Ecce
ego,mitte me.Sed aſſumere honorẽ temeritatẽ notat:cũ vi-
delicet præter aut ſupra merita ſeu alijs vijs illicitis conten
dit qs ad honorẽ:de quo & ſimilibus Oſee.viij.ſcribit:Ipſi
regnauerũt,& non ex me:principes extirerũt,& nõ cogno
ui.Vnde Aug.(cuius verbis & nõ ſnia quidã moti iudicãt
illicitũ q̃tumlibet doctis & bonis viris appetere curã aĩa-
rum)Qui epãtũ inquit deſiderat,bonũ opus deſiderat.dedu
cens licitũ appetere,modo illũ quis vt proſit nõ ſolum vt
præſit deſideret.& Greg.Quiſquis ergo ſacerdotium nõ ad
elationis pompã,ſed ad vtilitatẽ adipiſci deſiderat:prius vi
res ſuas cũ eo quod eſt ſubiturus onere metiat.ſ.q.ſ.non eſt
putanda.Et Vrbanus papa.Ad preſbyterij faſtigiũ talis ac
cedat,vt & nomen ætas impleat,& meritũ probitatis ſti-
pendia anteacta teſtent.inde ſummi põtificis iure locũ ſpe-
rare debebit.lix.diſt.ſi officia.Idẽ habet in.lxxvij.diſt.in ſin-
gulis.imò & hoc ꝓbabiliter arguendo,quemadmodũ p̃la-
tus regimẽ aĩarũ cõmittẽs indignis,diſcrimẽ auget,& gra-
uiſſime peccat,ſubditorũ aĩas ſub tali paſtore ꝑditionis pe
riculo exponẽs;ita & is qui idoneũ ſe cognoſcens quantũ
humana fragilitas noſſe ſe permittit,ſi illud nõ ꝓhibet vbi
inſtando & preces fundendo ꝑ ſe prohibere poſſet:quãuis
pauci hoc tꝑe tam ſcrupuloſi ſint,vt petere metuentes locũ
cedant lupis.Ex quibus pro reſpõſione ad q̃ſtionem huius
articuli hanc cõcluſionem infero.Viro digno & ſufficiẽter
erudito appetere imò & ſolicitare curã animarum non eſt
damnabile,imò licitum & laudabile,quæ etiam ſatis patet
ex Amb.ſ.ad Ti.iij.ſuper illo verbo apoſtoli:Oportet epm̃
eſſe irreprehenſibilem &c.dicente,Qualis debeat eſſe epi-
ſcopus,deſcribit:vt nemo epiſcopatum,niſi qui fuerit fi-
dus,appetat,& qui ab omnibus contrarijs ſeſe abſtinere po
teſt.Ex quo ſequitur argumẽtando ab exceptiua ad partẽ

exceptã,ꝙ qui ſentit ſe fidum & idoneum,põt appetere.his
tamen hoc moderamẽ addi dicit,ne quis facile ac temere ſe
idoneũ vel ex ſola doctrina vel ex vitæ puritate credat,cũ
ad digne præeſſendum vtrũq; noſcat neceſſariũ. Præceptũ
enim legimus nõ plus ſapere q̃ꝫ oportet.ſed ad ſobrietatem,
& vnicuiq; ſicut deus diuiſit mẽſurã fidei.ad Ro.xij. ¶ Ad
rationes ad oppoſitũ,dico ad primã.Nemo aſſumit ſibi ho
norẽ cũ medijs oportunis & licitis ad honorẽ pertingit,vt
patet ex dictis in ſecundo præambulo:& ſatis vocat̃ à deo
qui non pompã appetit,nõ de prælatione gaudet,ſed neceſſi
tas aut vtilitas fratrũ trahit,fructũ quærit,eccleſiæ vtilitatẽ
expetit.Ad confirmationẽ ex Augu.ſolũ vult Auguſtinus
nõ eſſe appetendũ locũ ſuperiorẽ ad elatiõis pompã. ¶ Ad
ſecundã rationẽ dico.Licet quiſq; debet ex humilitate(con=
ſtat de ſtultitia vel improbitate)ſe alijs inferiorẽ putare vitę
conditione aut merito,nõ tamẽ quò ad directionẽ aliorum
verbo doctrinę,& exẽplaritate vitæ:& hoc principaliter at
tendi debet in cura animarũ.poteſt etiã ſine temeritate quis
iudicare,ꝙ magis idoneus nollet acceptari,aut ꝙ alteri mi=
nus idoneo prouidebit̃. ¶ Ad tertiã rationẽ dico ꝙ ambire
eſt ſupra dignitatis proportionẽ honorẽ quærere:non autẽ
ſi quis quærat iuxta ꝓportionẽ meritorũ & virtutum.hoc
enim licitũ eſt,modo referatur ad aliorũ ſalutem,& eccleſiæ
ædificationẽ procurandã.Ad confirmationẽ dico Leonem
imperatorem hoc cõſtituiſſe eo tempore quo magis idonei
exquirebãtur & compellebãtur ſuſcipere p̃lationes.ſed hoc
tpe calamitoſo cũ digni negliguntur,nec animabus proui=
detur,fratrũ neceſſitas exigit vt digni ſe ingerãt,& opportu
ne importune prælatiões petãt & animarũ curas. ¶ Secun=
dus articulꝰ eſt:An exercere miniſteriũ curæ animarũ in ſta
tu mortalis culpæ,p̃ſertim quò ad orationes & ſuffragia,
ſine q̃bus à nullo aĩarũ cura licite tenet̃,ſit etiã dãnabile,ita
ꝙ continuo q̃s peccet q ex officio vel aliàs obligatꝰ orare,
orat in ſtatu mortalis culpæ? Ad huiꝰ articuli veritatẽ inq=
rendã inducã ad vtrãq; ꝑtẽ argumẽta q̃ plus difficultatis af
ferre.vident̃.Ad partẽ affirmatiuam ſic argumẽtor. Nullus



ſoluendo pecuniã quę ſit nullius valoris aut põderis,ſatiſſa
cit.ſed oratio eius q eſt in ſtatu mortalis culpę,caret & põ=
dere & valore,cũ pondꝰ & valorẽ accipiat ex charitate. er=
go obligatꝰ orare,ſi ĩ ſtatu mortalis culpę oret,nõ ſatiſſacit.
Cõfirmat̃.Nullꝰ ſatiſfacit deo ea re qua illũ ꝓuocat & offen
dit.ſed q ĩ ſtatu mortalis culpę orat , oratione offendit deũ
irritat:ergo ſic orãs nõ ſatiſfacit.Minor patet ex v̄bo Grego.
iij.q.vij.c.i grauibꝰ,Cunctis liquet cũ is q diſplicet,ad inter
cedendũ mittitur,irati animus ad deteriora ꝓuocat̃.Scriptũ
q̃ppe eſt:Victimę impiorũ abominabiles ſunt deo.neq; em̃
omnipotẽtis dei iudicio q̃d ſed a q̃ dat̃ inſpicit̃.hinc ſcriptũ
eſt:Deus reſpexit ad Abel.& ad munera eius. ad Caim autẽ
& ad munera eiꝰ nõ reſpexit.Secũdo arguitur ad idẽ. Actus
redditur vitioſus ſeu moraliter malus nõ ex indebita circũ=
ſtãtia finis tãtũ,ſed etiã ꝑſonę quæ actũ facit,itẽ & modi &
qualitatis qua agit̃.ſed dũ orat peccator,eſt ĩdebita circũſtã=
tia ꝑſonę,ergo peccator ĩ ſtatu mortalis peccati orãs nõ ſa=
tiſfacit obligatiõi de orãdo.Antecedẽs patet ex philoſopho.
iij.Eth.Itẽ etiã ꝑ illud Gene.iiij.ſecũdũ trãſlationẽ.lxx.Si recte
offers,recte aũt nõ diuidis:peccaſti.qđ Aug.tractãs ĩ.xv.de
ciui.dei dicit eũ recte offerre , q videlicet vero domino(cui
vtiq; offerendũ dignoſcitur)offert.Sed recte nõ diuidit ſit nõ
omnẽ circũſtantiã debitã adiungit.cõcludẽs Caim peccaſſe
q̃a ĩ ſtatu mortalis culpę obtulit ſacrificiũ altiſſimo,nõ obſer
uãs circũſtãtiã debitã ꝑſonę.Minor patet,q̃a oratio eſt ſacri
ficiũ labiorũ,ſecũdũ illud pſal.cxl . Dirigat̃ oratio mea ſicut
ĩcenſum ĩ cõſpectu tuo.& ad Hebr.vlt.Offeramꝰ hoſtiã lau
dũ ſꝑ deo:id eſt fructũ labiorũ cõfitentiũ nomini eius.& idẽ
habet̃ ĩ cle.j.de celeb.miſſarũ circa principiũ . Eſt em̃ oratio
actꝰ latrię, vt cõmuniter doctores ſentiunt . Tertio arguit̃
ad idẽ ex v̄bo Sapientis Prouer.xxviij.dicẽtis,Qui declinat
aures ſuas ne audiat legẽ,oratio eius erit execrabilis.ſed pec=
cator a lege declinat aures, ergo &c. Confirmatur ꝑ Apo=
ſtolum.j.ad Corinthios. xiij . Si diſtribuero in cibos paupe=
rum omnes facultates meas , & ſi tradidero corpus me=
um ita vt ardeam , charitatem autem non habuero , nihil

mihi ꝓdeſt. In oppoſitũ arguit̃ ꝑ Aug. ſuper Ioan. tractatu. xliiij. pertractātē verbũ cæci Ioan. ix. Scimus ꝗ peccatores deus nõ exaudit. vbi dicit ꝙ cęcus hoc dicēs adhuc inũctus loquit̃. Nã & peccatores exaudit deus. Si enim peccatores deus nõ exaudiret, fruſtra ille publicanus oculos in terrã dimittens, & pectus ſuũ ꝑcutiens, diceret: Deus ꝓpitius eſto mihi peccatori. ¶ Pro deciſiõe huius articuli p̄mitto ꝙ nemo ſoluit ſeu ſatiſfacit obligationi orans cũ volũtaria vagatione, diſtrahēdo ſcilicet mentē à deo, ad terrena cõuertēdo. Probat̃, Oratio ſecundũ Damaſcenũ eſt aſcenſus mentis in deũ, & petitio decentiũ à deo. ſed huiuſmodi aſcenſus mentis ſtare nõ põt niſi orans deũ attenderit, quãtũcunqꝫ proferens verba labia mouerit. ergo ꝓpoſitũ. Hinc Hugo de ſancto Victore, Si cũ orationē fundimus, q̄dlibet aliud in corde verſamus: etiam ſi illud bonũ ſit, à culpa liberi nõ ſumus. Et Chryſoſtomus in homilia de oratione, q̃ incipit, Magnũ vero bonũ eſt oratio: inquit, Si corpore humi proſtrato, & ore incaſſum nugãte, mens totam domũ & forũ circumeat: quomodo dicere talis poterit ꝙ in conſpectu dei precatus ſit? Nã orat in dei conſpectu totã colligens animã ſuã, & nihil habens cũ terra cõmune. Nec enim tam voce opus eſt, ꝗ cogitatione: neqꝫ tã manuũ extentione, ꝗ animi intenſione: neqꝫ figura, ſed intellectu. Cõfirmat̃ ex, c. dolentes. de celebr. miſſ. vbi prælatus & minoribus clericis in virtute obedientiæ pręcipitur vt diuinũ officiũ nocturnũ pariter & diurnũ quantũ eis dominus dederit ſtudioſe celebrēt pariter & deuote. Ex ꝗbus patet ꝗ ſit p̄ter rationē & inopinabilis quorundam doctorũ opinio dicentium ꝙ legens horas canonicas aut intentione ſiniſtra, vt puta ad vanam gloriam, aut abſqꝫ attentione, abſoluit ſe à præcepto eccleſiæ de legendis horis: licet apud deum de negligentia & peruerſa intentione culpetur. cui opinioni Gerſon in ſuis concluſiõibus adhęrere videtur, ſimiliter & dominus Petrus de Palude in. iiij. diſt. xv. q. v. art. ij. concluſione. iiij. dicens ꝙ euagatio mentis deliberatiua ſine exteriori occupatione in oratione quæ eſt diuini pręcepti, eſt mortalis, & arguit præcepti tranſgreſſio



nem: nõ autē in illa oratione q̃ eſt humani p̄cepti ſeu eccleſiæ. innitens huic fundamento ꝙ actus interior nõ põt cadere ſub humano p̄cepto. cuius fundamēti falſitatē pulchre & admodũ erudite declarauit ſuperioribus annis dñs & pręceptor meus decanus ſancti Petri Louanieñ. in vna. q. q̄dlibetica. Pro intellectu tñ nũc dictorũ aduertendũ eſt ꝙ triplex eſt attentio q̃ vocali orationi adhiberi põt, vt dicit Tho. ſecunda ſecundæ q̃ſt. lxxxviij. art. xiij. Vna qua orans attendit ad verba, ne in illis erret: & hæc nõ eſt ſimpliciter neceſſaria quo ad oēs, licet fortaſſis ſit neceſſaria in miniſtris eccleſiæ quo ad oratiões quas tenent̃ ĩ eccleſia publice facere: vt patet ex. c. dolentes. ſuperius allegato. & cle. graui. eo. tit. Secũda attentio eſt ad ſenſum verborũ, & hæc nõ eſt neceſſaria niſi ꝓpter quandã refectionē mentis ſpiritualē ſeu delectationē quã ex ſententia verborũ mens orantis cõcipit: ſine qua tamen poteſt orans orationis effectum conſequi. Tertia eſt attentio ad finem orationis, videlicet ad deum & rē quæ petit̃ à deo, & hæc neceſſaria eſt cuilibet vtiliter volenti orare: q̃ aliqñ tanta eſt vt omniũ aliorum mens orãtis obliuiſcat̃: dicente Hugone de ſancto Victore, Pura eſt oratio qñ ex abũdantia intentionis mens ita accendit̃, vt cũ ad deũ ſe conuertit, etiam ſuæ petitionis obliuiſcat̃. Ad valorē tamen ſeu efficaciam orationis non requiritur de neceſſitate vt hæc attētio comitetur totam orationem, ſed ſufficit vis primæ intentionis, qua aliquis ad orandum accedit, modo per contrariã intentionem non interrumpatur. Interrumpitur autem per voluntariam mentis euagationem. Secundo præmitto ꝙ accedere peccatorem ad orationem imparatum, videlicet ſine diſplicentia peccatorum, & forte cum propoſito peccandi, vel pro opportunitate ſeu proſperitate impetrandi ad peccandum: eſt facto tentare deum, vtputa effectualiter velle experiri eius ſcientiam aut bonitatem ſeu virtutem, videlicet an etiam videat occulta noſtri dedecoris, & qualis mente in abſcondito ſumus, vel certe an etiam vitijs noſtris aliquando faueat, & mala ac damnabilia noſtra propoſita nõ execretur neqꝫ exhorreat. Hinc Eccli. xviij. præceptum legi-

mus, Ante orationē p̄para aīam tuam,& noli eſſe quaſi vir
tētās deū.Sed accedere in ſpū humili,aut ſaltē attrito,ſeu cū
pctōrū diſplicentia,ob id orans vt in verā contritionem &
pctōrū remiſſionē adducat:virtutis eſt opus,nec deū ꝓuo
cat,ſed mouet potius ad miſerandū.Tertio p̄mitto.oportet
recte orantē parati aī ſe exhibere vt diuinæ cedat volunta=
ti,neq̧ remurmurare velit aut reniti ſi cōtra ꝙ petimus ipſe
diſpoſuerit.Probat̄ ex verbo Cypriani in.c.ꝙ p̄poſterum.
xiij.q.ij.Quā p̄poſterū,quāꝙ ꝑuerſum,vt cū dei volunta=
tē fieri poſtulemus:qn̄ vocat nos & accerſit de hoc mūdo,
non ſtatim voluntatis eius imperio pareamus,obnitimur
& reluctamur,& pertinaciū more ſeruorū ad cōſpectū dñi
cū triſtitia & mœrore ꝑducimur,exeuntes hinc neceſſitatis
vinculo,nō voluntatis obſequio:& volumus ab eo p̄mijs
celeſtibus honorari,ad quē venimus inuiti.Quanuis igitur
nō ſumus obligati oīa velle q̄ ſcimus aut ſupponimus deū
velle,nequaquam tn̄ repugnare licet,neq̧ contrarium eius
velle aut petere quod ipſum velle ſcimus aut credimus,niſi
præcepto & ſua volūtate ad hoc obligemur.Itaq̧ in omni
oratione oportet totū diuino arbitrio actu virtute vel ha=
bitu cōmittere:nec vltra aut citra qcquā orare,aut abſolu=
te petere.Ideo ſaluator inter orationes cōtentas in oratione
dñica hanc appoſuit:Fiat volūtas tua ſicut in celo & in ter=
ra.His p̄miſſis pono aliquas ꝓpoſitiones.Prima.Inficiens
orationē ſuā ꝑ ſubtractionē attētionis,vel cōmixtionē pra=
uæ intentionis.nō ſatiſfacit p̄cepto eccleſiæ ſeu obligationi
aliunde contractæ de orando.Probatur,p̄cepta tam dei ꝙ
eccleſiæ ſunt de actibus moraliter bonis:propter quod au=
diens miſſam die dominica propter vanam gloriam,nō ſa=
tiſfacit præcepto eccleſiæ de audiendo miſſam.Et ideo Au=
guſt.in regula iuris dicit:Qui ex timore implet præceptū.
aliter ꝙ debet facit:& ideo iam non implet:quia talis ora=
tio non eſt moraliter bona,ſed vitioſa:vt patet ex primo
præambulo.ergo ſic orans non ſatiſfacit.Sed contra hāc ar=
guitur,deus ſic oranti ſæpe concedit quod petit:ergo talis
oratio videtur licita,& per cōſequens ſatiſfactoria.Antece=



dens patet:quia ſic habetur Iob primo & ſecūdo,ſatanæ pe
tenti facultatē Iob flagellandi & affligendi deus petitum cō
ceſſit.Similiter legioni dæmonū petenti introire in porcos,
id eis annuit:vt habetur Matt.viij.& Matt.v.Item populo
Iſrael petenti regē cōtra Samuelē & dei voluntatē,etiam ad
votū annuit:vt ſcribitur.j.Regū.viij.Secundo arguitur con
tra probationē cōcluſionis:Actu peccaminoſo ſeu morali=
ter malo aliquis ſatiſfacit p̄cepto legis naturæ & diuinæ:er=
go ſimili actu cōtingit ſatiſfieri præcepto eccleſiæ. Antece=
dens patet:in caſu quo quis obligatur & pōt innocentē libe=
rare à morte:ſi mendacio eū liberet,videtur ſatiſfeciſſe huic
præcepto,Erue eos qui ducunt ad mortē:& qui trahuntur
ad interitū,liberare ne ceſſes.Ad primū dico cū gloſſa Ioan
nis decimoquarto,Sicut deus quædam concedit propitius,
quæ nō cōcederet iratus:ita quædā concedit iratus,quæ nō
concederet propitius,in malū ipſius petentis.Hoc modo ſa
tanæ petenti poteſtatē flagellandi ſanctū Iob,& legioni dæ=
monum petenti introire in porcos,conceſſit petita in eorū
malum,& horribilis damnationis pœnam.Et ſimile accidit
populo Iſrael petenti regem.Vnde ibidē ſubditur,Hoc erit
ius regis qui imperabit vobis:filios veſtros tollet,& ponet
in curribus ſuis,facietque ſibi equites & p̄curſores &c. Ad
ſecundū nego antecedens.Ad probationē nego talem ſatiſ=
feciſſe huic præcepto:Erue eos &c. Nec valet conſequen=
tia, Ammodo non manet obligatus illum eruere , ergo ad=
impleuit præceptum:quia obligatio ad factum ex recta vo
luntate extinguitur facti exhibitione , quanquam in hoc
obligationi non ſatiſfiat:vt qui iurauit vel vouit deo dona=
re centum florenos:ſi dederit mala intentione.vt.ſ.in nequi=
tia proſperetur,vel ſolo metu pœnæ,non manet obligatus
alios centum donare,& tamen præcepto reddendi votū vel
iuramentum deo non ſatiſfecit. Vnde in multis poſſumus
obligationem præcepti extinguere , præcptis non ſatiſfa=
ciendo:vt ſi occido illum quem tenebar docere vel alere,di=
rimo obligationem : tamen præcepto non ſatiſfacio.Item
quādocūque reddo id mihi impoſsibile ad quod erā obli=

gatus,Fortaſſis obijcies.præceptū obligat tranſgreſſorē ad
mortale pctm̄.ſed qui per actū venialiter culpabilē implet
actū p̄cepti,peccat ſolū venialiter:vt patet ſi qs mendacio
officioſo liberet innocentē à morte:ergo talis videt̄ ſatiſfe=
ciſſe p̄cepto.Rñdeo.Præceptū obligat ad actum moraliter
bonū,& recte ſeu debito modo faciendum:tñ qui paulo re=
miſſius q̃ couenit,vel paulo feruentius,aut cū aliquali in=
diſcretione facit,nō ſtatim mortaliter peccat:ſicut etiā ſur=
reptio à mortali trāſgreſſione excuſat.Sed qui illud omittit
qđ principale eſt in præcepto,vel qđ principale eſt in ꝓhi
bitione,mortaliter peccat:& ideo qui ſciēter orationem ad
quā obligatur,inficit veniali culpa:peccat mortaliter pro=
pter omiſſionem orationis debitæ:licet cōmiſſiue ſeu pec=
cato cōmiſſionis ſolū venialiter peccat. Aduertit enim vel
aduertere debet ſic orās talē orationē quantū in ſe eſt ꝓdeſ=
ſe nō poſſe.Ex his infero ſecundā ꝓpoſitionē.Qui ratiōe be=
neficij aut eleemoſynæ acceptæ obligatur orare, mortaliter
peccat nō minus q̃ ſi orationem omitteret,ſi oret aut horas
canonicas legat cū propoſito peccandi ſeu perſeuerandi in
peccato.Probat̄.talis tenetur quantū in ſe eſt ſua oratione
ꝓdeſſe,& deū laudare.Pricipale em̄ de quo præceptū oran
di fertur,ſeu qđ eſt materia p̄cepti,eſt ꝓdeſſe quantū in ho
mine eſt:ſicut in correptione fraterna:ſed qui ſic orat,de di=
recto ponit impedimentū ne ſua oratio proſit.ergo nō im=
plet præceptū de orādo.Minor patet:qa iuxta verbū Iſido
ri quē allegat magiſter diſtinctiōe decimaquarta quarti ſen
tētiarū,talis videt̄ deū nō poſcere ſubdit9,ſed ſubſannare ſu
perb9.Hinc Eſaie primo ad tales dicit dn̄s:Cū multiplicaue
ritis oratiōes veſtras,non exaudiā.Manus em̄ veſtræ plenæ
ſanguine ſunt.vbi dicit gloſſ.Hoc teſtimonio vtendū eſt cō
tra eos qui cū quotidianis operibus ſanguineas manus ha=
beant,in oratione noctes dieſq; inuigilant.& Threnorū.iij.
ſuper illud,Oppoſuiſti nubē(ſcilicet peccati)ne tranſeat ora
tio:dicit gloſſa:Qui enim præterita peccata non plangunt,
& nouis peccatis prouocāt deum:quotidie delinquēdo,deū
reddunt inexorabilem.Ideoq; in commentarijs Amos pro=
pheta



phetæ à beato Hieronymo credo dictū,Odit deus ſacrificia
hæreticorū,& à ſe proijcit:& quotieſcūq; congregati ſunt
in noīe eius,deteſtatur fœtorē eorū,& à ſe proijcit.ſ.q.ſ.odi t
deus.opinor em̄ de talibus regulariter accidere ꝗ eorū ope
ra non ſolū mala ſed etiā ex genere bona deus deteſtatur re=
ſpuit,& frequēter in eorū malū vertit:ſecundū illud Aggei.
ij.Sic populus iſte & ſic gens iſta añ faciē meā,dicit dn̄s,&
omne opus manuū eorū,& omnia quæ obtulerunt,conta=
minata erunt.vbi dicit Hieronymus: Omne quòd fecerint,
oē qđ mihi obtulerint vel vota ꝓ ſalute vel pacifica vel ꝓ
pctō vel holocauſta vel eleemoſynas ſiue ieiunia vel corpo=
ris caſtitatē,contaminata erunt,Tertia ꝓpoſitio. Pctōr ſi
oret cū reuerētia debita,& peccatorum diſplicētia,quāuis
nō ſit tāta ꝗ eū ad ſtatū gratiæ reſtituat:licite orat.et ſatiſfa
cit obligatiōi de orando,ſi ſolū ſit obligatus orare vt ꝓſit
quantū eſt in ſe:ſecus ſi obligatur orando & aliās ſatiſface=
re pro alijs:vt in obligatis ad orandum ex beneficio ſeu elee=
moſyna:hi ſecundū communem & veriorē doctorū ſenten=
tiam ꝗ ſatiſfactio nō ſit extra ſtatū gratiæ,& hoc maxime
pro alio,omittūt orare quēadmodū tenentur.& ideo obliga
tioni nō ſatiſficiūt:& ideo executores teſtamētorū volentes
(vt tenent̄)ſuffragijs aliorū animas defunctorū à penis pur
gatorij,redimi maxīe curare debēt illa ꝑ ſanctiſſimos hoīes
fieri.Illi vero de quibus loquitur prima huius ꝓpoſitionis,
ſatiſfaciūt obligationi quādo orationē nō inficiūt,ſeu mora
liter malam non reddūt.Pie em̄ credendū eſt ꝗ talis pecca=
toris oratio per viam gratiæ ſœpe impetrat a deo qđ petit,
etiā pro defunctis purgatoriæ pœnæ relaxationē,licet nō ꝑ
viā ſatiſfactionis.Huius etiā veritas clare patet ex ſnīa Au=
gu.adducta in ratione poſt oppoſitū.Quarta ꝓpoſitio : Si=
cut multis laborātibus in edia non ſatis eſt homini vt ſecun
dum facultates quas habet,eleemoſynā diſtribuat:ſed pro=
curare tenetur ac manuum labore quærere vt eorū releuet
neceſſitas: ſic deſęuiente in populum maxime chriſtianum
ira dei, neceſſe eſt eos maxime qui propūgnatores & me=
dij inter deum & populum dati ſunt,vehemētius feruorem

deuotionis intendere,& p̄clarā ac desideratā vim quādā
deo inferre,manus eius tenere,ne indignationē suam in po-
pulū effundat.Patet exēplo Moysi,q deo volenti pdere po
pulū eius directioni cōmissum,precibus se opposuit,& dei
irā placauit:vt habetur Exodi.xxxij.& Nume.xj.Probat.
Esaiæ.lix.Conuersum est retrorsum iudiciū:& iustitia lōge
stetit:quia corruit in platea veritas,& æquitas non potuit
ingredi,& facta est veritas in obliuione:& q recessit à ma-
lo,prædæ patuit:& vidit dn̄s,& malum apparuit in oculis
eius:quia non est iudiciū:& vidit deus quia non est vir:&
aporiatus est:qa non est qui occurrat.Quibus verbis notat
zelo diruptus & frustratim cōscissus dn̄s præ nimietate do
loris ac displicentiæ dū conspicit tantis malis nullū curare
vt remediū ferat.Hinc Ezechielis.xiij.dānātur à dn̄o pphe
tæ:qui non ascenderunt ex aduerso,nec opposuerunt se mu
rū p domo Israel vt starēt in p̄lio in die dn̄i.¶ Ad qōnem
igitur huius articuli,an tenere aīarū curam in statu morta-
lis culpæ,sit damnabile:respondeo sub distinctione,vel ad
momentū solum,& breuissimum tp̄s,intra quod nec mini-
strare tenet,nec p subditis satisfacere:& tunc nō peccat no
uo pctō tenens curam aīarū,seu beneficiū curatū.vel ad tā
tum tempus intra quod obligat vel ministrare vel satisface
re pro animabus subditorū qui vel in humanis adhuc de-
gunt,vel defuncti sunt:& tunc peccat:quemadmodū volū
tarie se impediēs à ministerio quod alijs tenetur impendere
ratione officij,villicatus,aut alterius quod tenet.Habendū
enim est pro regula quòd sacerdotes & alij ecclesiæ ministri
ea quæ sunt ordinis vel officij à Christo instituti exercen-
tes peccant si sint in statu mortalis culpæ.Probatur ex hoc
quod scribitur Leuitici vigesimoprimo:Omnis qui habue
rit maculam de semine sacerdotis,non accedet offerre ho-
stias domino,nec panes deo suo.vbi dicit gloss.Hoc secun-
dum literam accipere nimis videtur absurdum:quoniam
maculæ corporum non sunt in hominum potestate vel vo
luntate.Per maculas ergo corporum,vitia animorū descri
bit.cum enim causam populi præsul suscipit,quasi ad ægrū



medicus accedit:q si æger est,qua præsumptione vult mede
ri?Ille ergo ad exemplū vult pertrahi,q cunctis passionibus
mortuus spiritualiter viuit. Secundo ostendo principale ex
hoc quod habet Malachię.ij.Et nūc ad vos mandatum hoc
o sacerdotes si nolueritis audire,& si nolueritis ponere super
cor,vt detis gloriam nomini meo:mittam in vos egestatem
& maledicam benedictiōibus vestris:& maledicā illis,quo
niam nō posuistis super cor.Ecce ego projciam vobis bra-
chium,& disperdam super vultum vestrum stercus solenni
tatū vestrarū:& assumet vos secū.Recte igitur vobis sacer-
dotib9 illud pphetę dixerim:Intelligite hæc q obliuiscimini
deum nequādo rapiat,& nō sit q eripiat,psalmo.xlix.¶ Ad
rationes ante oppositū.Prima cū assumit q peccatoris ora-
tio caret valore & pōdere,veritatē habet quo ad satisfacien-
dum p redēptione animarū viuorū aut mortuorū,& p pœ
nis ad quas ppter peccata dimissa obligant:sed nō de valo-
re orationis quæ est ad impetrandum.Potest enim peccator
orās sibi aut alijs a deo īpetrare quod petit, saltē de cōgruo
modo oret secundū tenerē & sententiā tertię propositionis
nunc positę.Secūda ratio & verbū Sapientis adductū p ter
tia ratione pcedunt de peccatore orante secundū modū aut
tenorē primę aut secundę propositionis:de quo etiam debet
intelligi,verbū Gregorij adductum in confirmationem pri-
mę rationis. Similiter & illud prophetę:Peccatori autem di
xit.deus: Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testa-
mentum meum per os tuum? Item illud Gregorij. x.mora-
lium.Oratio fit execrabilis cū a censura auertitur legis : quia
dignū profecto est vt ab eius beneficijs sit quisq; extraneus.
qui nimirum passionibus nō vult esse subiectus.¶ Tertius
articulus est, an damnabile sit ob frugem melioris vitę seu.
propter religionis ingressum curam animarum relinquere.
Et primo ostendo hoc nunquā esse damnabile:quia nulla ra
tio exigit,qui priuata lege ducitur,vt publica restringatur
lege.xix.quęst.ij.duę sunt leges. sed speciali lege spiritussan-
cti ducitur quisquis ad eminentiora ac magis bona moue-
tus.ergo sequitur nunquā esse damnabile ob frugem melio-

ris vitæ curã animarũ relinquere. Cõfirmaẽ: qa hæc ſola eſt
cã quare profeſſus laxiorẽ regulã vel religione põt de ſola li
centia petita etiã nõ obtẽta ad religionẽ ſtrictiorẽ ſe trãſfer
re. c. licet. de regularibus. Secundo oſtendo idẽ. Inter cæteras
obligationes obligatio voti ex maximis videẽ eſſe. ſed non
obſtante obligatione voti ad illud qđ eſt minus, põt qs ab
illa obligatione ſe eximere vouẽdo qđ eſt maius: ꝑpter qđ
nõ põt dici voti tranſgreſſor qui tẽporale obſequiũ qđ vo
uit dignoſcit in perpetuã religiõis obſeruantiã cõmutaſſe.
c. ſcripturæ. de voto & voti redẽptione. ergo nunquã dãna=
bile eſt &c. Tertio arguitur ad idẽ. Cõſilia euangelica in oĩ
caſu ſunt honeſta & licita. ſed ingredi religionẽ eſt vnum de
cõſilijs euangelicis: vt patet Matthęi. xix. Si vis ꝑfectus eſſe,
vade & vende omnia q̃ habes: & da pauperibus. ergo nun=
quã dãnabile eſt &c. Maior patet ꝑ Bernardũ libro de diſpẽ
ſatione & p̃cepto, de huiuſmodi cõſilijs dicentẽ: Hęc quip=
pe talia ſunt, q̃ nec liceat nec expediat aliqñ nõ habere. Eo ſi=
quidẽ ĩmobiliter quo & naturaliter bona, nunquã niſi inno
center, nunquã niſi ſalubriter aut imperantur aut obſeruan=
tur: omni tempore omni perſonæ mortem contempta, ſalu=
tem cuſtodita operantur. Hinc Hieronymus in epiſtola ad
Heliodorum hortans eum ad religionis ingreſſum dicit: Li=
cet paruulus ex collo pẽdeat nepos: licet ſparſo crine & ſciſ=
ſis veſtibus vbera quibus te nutrierat oſtendat mater: licet
in limine pater iaceat: per calcatum perge patrem: ſiccis o=
culis ad vexillum crucis euola. Summum genus pietatis eſt
in hac re fuiſſe crudelem. ℭ Ad oppoſitum arguo ex textu
Gangreñ. concilij. xxx. diſtinctione poſito. Si qui filij paren=
tes maxime fideles deſeruerint occaſione dei cultus, hoc iu=
ſtum eſſe iudicantes, & non potius debitum honorem pa=
rentibus reddiderint, vt hoc ipſum in eis venerentur, quòd
fideles ſunt: anathema ſint. Et videtur fundari in eo quod
ſcribitur Matthęi. xv. & Marci. vij. vbi Chriſtus reprehen=
dens ſcribas & phariſęos dicit. Vos autem dicitis: Quicun=
que dixerit patri vel matri, munus quodcunque eſt ex me,
tibi proderit; & non honorificauerit patrem ſuum & matrẽ



ſuã: & irritũ feciſtis mandatũ dei propter traditione veſtrã.
Ibi dicit Hieronymus: Præceperat dñs vel ĩbecillitates vel
ætates vel penurias parentũ cõſiderans, vt filij honorarẽt ẽt
in vitæ neceſſarijs miniſtrandis parẽtes ſuos. Prouidentiſſi=
mã hãc dei legẽ volẽtes ſcribę & phariſęi ſubuertere: vt ĩpie
tatẽ ſub noĩe pietatis inducerẽt, docuerũt filios vt ſi qs ea q̃
parentibus offerenda ſunt, deo vouere voluerit, q verus eſt
pater: oblatio dñi p̃ponaẽ parẽtũ muneribus. Secũdo arguo
ad idẽ ex. §. illa ſemper. de regul. & tranſe. ad religionem. vbi
dicitur: Sicut maius bonum minori bono pręponitur, ita cõ
munis vtilitas ſpeciali vtilitati præfertur. & in hoc caſu re=
cte præponitur doctrina ſilentio, ſolicitudo contemplatio=
ni, & labor quieti. propter quod in fin. huius. §. concludiẽ ꝙ
quando poteſt epiſcopus prodeſſe pariter & præeſſe, non
debet cedendi licentiam poſtulare aut obtinere. Stando au=
tem in limitibus iuris diuini & naturæ, idẽ iudiciũ videtur
eſſe de ipſo curato: ergo propter religiõis ingreſſum nõ ſem
per licet curam animarum relinquere & reſignare. Pro ſolu
tione huius articuli pręmitto ꝙ obligatus alteri ad ſeruitiũ
non poteſt domino inuito religionem ꝓfiteri. Probaẽ. xvij.
q. ij. c. ſi. vbi dicit textus: Si quis incognitus monaſteriũ in=
gredi voluerit, ante triennium monachi habitus nõ præſte=
tur: & ſi intra tres annos aut ſeruus aut liber aut colonus q̃=
ratur à domino ſuo, reddatur ei cum omnibus quæ attulit.
Et clarius patet idem. liiij. diſ. c. generalis. & c. ſeruus. Et licet
negligentia domini puniatur ſi ſeruum permiſerit trienniũ
ſtare in monaſterio, vt illum vendicare non poſſit: exceptio
tamen eſt ſi tam lõge dominus abfuerit, quòd ſeruus ab eo
inueniri non poſſet: vt eſt textus in dicto. c. fin. & gloſſa hu
ius capituli ſuper verbo intra triennium, & in hac ſententia
videtur eſſe ꝙ ſerui ꝓfeſſi poſt triennium debeat per eccle
ſiam vero domino fieri damni recompenſatio. Secundo præ
mitto quòd obligatus alteri in pecuniario debito quod niſi
laborãdo ĩ ſeculo ſoluere nõ põt, obligaẽ ĩ ſeculo remanere,
& pecuniarij debiti ſolonẽ laborando ꝓcurare. Hoc ponit
Gerſon exp̃ſſe ĩ opũſculo ſuo an licet grauato debitis religio

nẽ ingredi:aſſerens facientẽ oppoſitũ peccare cõtra legẽ na=
turalẽ,diuinã,& humanã de ablatorũ aut debitorũ ſolutiõe,
de reddẽdo vnicuiq; qđ ſuũ eſt,de nõ faciendo alteri qđ ſi=
bi nollet fieri. Nec valet allegatio ꝙ ad frugẽ melioris ſeu al
tioris vitæ aſpirat,qm̃ nemo ditandus eſt cũ iactura aliena.
Nõ obſtat etiã qđ pro cõtraria ſentẽtia dñs Petrus de palu
de inducit de ceſſione bonorũ,ad quã alieno ęre grauatus
põt cõfugere:qa etſi quolibet caſu hoc poſſit iure fori, non
tñ iure poli:imò quicũq; labore manuũ põt debitũ extĩgue
re,obligat̃ illo iuris remedio creditores nõ fraudare:qđ oſtẽ
do ex v̾bo dñi Ezechielis.xxxiij.vbi demõſtrãs ĩpio viã qua
poſſit viuere,dicit:Si egerit pœnitẽtiã à peccato ſuo,feceritq;
iudiciũ & iuſtitiã,pignus reſtituerit,rapinãq; reddiderit, in
mandatis vitæ ambulauerit,nec fecerit quicquã iniuſtũ:vi=
ta viuet.& Apoſtolus ad Roma.xiij. Reddite oĩbus debita
&c.nemini quicquã debeatis,niſi vt inuicẽ diligatis. Tertio
p̄mitto,ſi alicuius parentes neceſſitatẽ patiunt̃ in ſeculo, qui
bus ſine manuali labore aut alio modo in ſeculo manens fi=
lius ſubuenire nequit ꝓ cõditiõe & ſtatu:ſi derelictis paren
tibus,in religione ſe deo offert:imprudẽs de rapina holocau=
ſtũ offerre videt̃. Patet veritas huius pręambuli ex prima
ratiõe poſt oppoſitum facta:& etiã ex Ambroſio in.c. cæte
rum.lxxxvj.diſtin.vbi dicitur, Dei traditio eſt vt prius pa=
ſcas parentes. Nam ſi iuxta diuinum oraculum contumelia
parentis morte luitur: quãto magis fames,quæ multo gra=
uior eſt? Quarto pręmitto ꝙ magis obligamur deo & reip.
Chriſtianæ aut patriæ ꝗ̃ priuatis parentibus. Hoc patet ꝑ
Ambroſium primo officiorum.c.xxvij.dicentẽ iuſtitię pri
mam pietatem eſſe in deum. ſecundam in patriam. tertiam
in parentes. Hinc eſt ꝙ ad Roma.xvj. laudantur Priſca &
Aquila,& eis gratias agũt eccleſiæ gentium quòd pro Pau
li apoſtoli anima ſuas ceruices ſuppoſuerit: & Philoſophus
primo Ethico. Etſi enim idem eſt bonum vni,& ciuitati,
maius tamen & perfectius ciuitatis videtur & in capien
do & in conſeruando. Amabile quidem & vni ſoli:pul=
chrius tamen & diuinius genti ciuitatibusq;. Ex his præam



bulis ꝓ deciſione huius articuli infero aliquas ꝓpoſitones:
Prima eſt,Quãdo veriſimiliter gregi deſerendo imminet pe=
riculũ ſubuerſionis fidei aut morum:donec illi ſufficienter ꝓ
uiſum fuerit,obligatur paſtor differre religionis ingreſſum,
nec ſinere curam vacare ad manus collatoris: q(vt nũc regu
lariter fit) fauore carnali aut magnatum precibus impulſus
veriſimiliter ſine delectu(illam cõferet non ſatis idoneo. Hãc
ꝓpoſitionem ꝓbo,ſtando in limitibus iuris naturę aut diui
ni nõ videt̃ magis licere paſtori animarũ relinquere ſeu reſi=
gnare curam. quàm liceat epiſcopo petere licentiã cedendi,
& ad frugem melioris vitę ſe transferendi a ſede apoſtolica.
ſed iuxta ca.niſi cũ pridem.de renunc.nõ licet epiſcopo pete=
re cedendi facultatem,& ad frugem melioris vitę ſe transfer=
re,niſi ꝓpter aliquam illarum ſex cauſarum quæ ibi enume=
rant̃,videlicet ꝓpter cõſcientiã criminis,corporis debilitatẽ.
defectũ ſcientię,malitiam plebis,graue ſcandalũ, aut irregu
laritatẽ ꝑſonę:vbi in.§.verum.dicit̃ quòd ſi ꝓpter alias cau
ſas quis ceſſionẽ affectet,nõ eſt in hoc taliter poſtulanti fa=
uendũ:cũ huiuſmodi poſtulatio videat̃ nõ eſſe diſcreta.ergo
cũ quęritur vtrum liceat curã animarum relinquere ſeu reſi
gnare,an nõ reſolui debeat recurrẽdo ad apices iuris naturę
vl'diuini:cõcludendũ eſt ꝓpter religionis ĩgreſſum nõ eſſe li
citũ cedere niſi gregi aliũde ꝓuiſum fuerit:vbi pręcipue gre
gi deſerendo imminet periculũ ſubuerſionis fidei aut morũ.
Secũdo patet veritas huius ꝓpoſitionis:quia magis obliga
mur deo & populo Chriſtiano,quàm priuatis parẽtib9 no
ſtris vt patet ex quarto pręambulo. ſed ꝓpter neceſſitatem
parentũ licet religionis ingreſſum differre aut omitrere: vt
patet ex tertio pręambulo:ergo multo. magis hoc licet quã
do gregi deſerendo imminet periculum in ſubuerſione fidei
aut morum.Secũda propoſitio quę ſequitur,eſt: Cum fides
nutat apud plurimos(vt timeo nunc temporis accidit, tum
propter raritatem excellenter doctorum in ſacris literis,
tum etiam propter gentilium & hæreticorum libros qui
nunc in lucẽ prodeunt) obligãtur qui ſunt acutiori ingenio,
& tenaciori memoria ſupra quã ſunt cõmunes homines, q

nō ceſent habētes:ſacris literis diligēti⁹ ꝙ poſſint operā da
re vt habeāt vnde cōmunē populi neceſſitatē ī doctrina aut
morib⁹ releuare,& catholicā veritatē defendere poſſint.Pro
bat.Lex erat populo Iſrael a deo data ꝑ Moyſen vt q fratri
pręmortuo nollet ſuſcitare ſemen,diſcalciaret vno pede, ac
ei in faciē cōſpueret.viij.q.j.olim. ad quod faciendū quo ad
Chriſtū ꝓ nobis mortuū naturalis ratio ligat, ſed q valent
ingenio & tenacitate memorię,poſſunt Chriſto pręmortuo
ſuſcitare ſemen,ſi velint diligentiſſime ſacris literis operā da=
re: igitur ſi ad quæſtuoſas artes ſeſe conferant, negligentes
agrum dominicum colere: non videntur poſſe a peccato ex
cuſari.Præterea exactio lucri fit a quolibet ad ꝓportionem
cōmiſſi talenti.ſed ſtāte caſu dictę ꝓpoſitionis hi homines
nō afferūt lucrū ſecūdū talenti eis cōmiſſi ꝓportionē,niſi ſa
cris literis diligentiſſime operā dederint ad vtilitatē populi
Chriſtiani.ergo ſequit̄ ꝙ ad hoc obligant̄.Minorē ꝓbo. hu=
iuſcemodi homines nō afferūt lucrū ad ꝓportionem talenti
niſi excellentiſſimo operi intellectus & memorię operā dede
rint:hoc autē opus eſt ſacras literas explanare & interpreta=
ri:vt patet ex apoſtolo.j.ad Corinthios.xiiij.Sectamini cha=
ritatem,ęmulamini ſpiritualia:magis autē vt ꝓphetetis.Eſt
autē ꝓphetare(vt dicit interlinearis gloſſa)ſacras ſcripturas
interpretari,quæ multis ſunt occultę. Maiorē ꝓbo ꝑ Augu
ſtinū de fide ad Petrū.& ponit.xv.q.j.in capi.firmiſſime.§.ex
eo. vbi dicitur, Homines quia rationabiles ſunt facti, & de
ſe & de omnibus rebus quas in vſum vitę pręſentis accepe=
rūnt,rationē reddituri ſunt deo: & pro ſuorum actuū quali
tate recipient aut gloriam aut pœnā. Secundo euidentius ꝓ=
bo eandē maiorē ex verbo Gregorij homilia nona euāgelio=
rū,vbi pertractans illud euāgelij Matthei.xxv. Homo qui=
dam peregre proficiſcens &c. dicit: Lectio ſancti euangelij
nos admonet ne nos qui plus cęteris in hoc mundo accepiſ=
ſe aliquid cernimur, ab auctore mundi grauius inde iudice=
mur. Cum enim augentur dona: rationes etiā creſcunt do=
norum.Et Ambroſi.lib.de dignitate ſacerdotali, capi. iij.ait
Cui plus creditur,ab eo plus exigitur.Aliud eſt enim quod



ab epiſcopo requirit deus,aliud qđ a pſbytero &c.Subdit,
Licet oīm hominū opera de⁹ in ſuo examinat iudicio:plus
tñ ab eo exigitur cui plus cōmittit̄.Tertio patet huius pro
poſitiōis veritas ex ſtatuto Lateranēſis cōcilij in cap.quia
nōnullis.de magiſtris:vbi ſtatutū habet̄ ꝙ quælibet metro=
polis eccleſia habeat magiſtrū in theologia,qui ſacerdotes
& alios in ſacra pagina doceat,atq; in his ꝑcipue informet
quæ ad curā animarū ſpectare noſcūtur.& ne aliqui ꝓpter
raritatē magiſtrorū ab obſeruatiōe huius ſtatuti ſe excuſa
rent,præcipit in cap.ſuꝑ ſpecula.eo.ti.ꝙ aliq dociles iuue=
nes ad ſtudia generalia mittant̄ literis ſacris daturi operā,q
poſtea alios docere valeāt.Hinc glo.in cle.ij.de magiſtris,ſu
per verbo honorē,dicit.Honorē hūc,ſcilicet magiſterij aut
doctoratus,ſine pctō quis poſtulat in quacūq; ſciētia ſi eſt
dignus:qa ex hoc petit oportunitatē cōmunicandi qđ ha=
bet:qđ laudabile eſt,& ad charitatē pertinēs. Obijcies for=
taſſis,nemo obligat̄ ad ea quæ ſunt cōſilij.xiiij.q.j.duob⁹.c.
fi.ſed cōſiliū eſt eminentiori ſcientiæ operā dare, & eā emi=
nēter ꝓſequi:qa vt dicit̄ in.c.niſi cū pridē.de renū.§.pro de=
fectu.etſi eminēs ſciētia ſit deſiderāda in paſtore, mediocris
tñ eſt tolerāda.ergo ſaltē male dictū eſt prędictos hoīes obli
gari ſacris literis diligētiſſimā operā impendere.Præterea ſa
tis videt̄ cuiq; bene agere,quanq; nō optime agat.ergo ta=
les nō obligant̄ diligentiſſime ſacris literis operam dare,aut
ad eminentē ſciētiæ gradū niti. Ad primū dico ſicut dicit do
ctor ſanct⁹.ij.ij.q.cxxxiiij.art.iij.Poſt Augu.in lib.de adul=
terinis cōiugijs:Nihil eſt adeò conſilij quin aliquo caſu ſit
ꝑcepti.ſic & in ꝓpoſito neceſſitas eccleſiarū aut animarū ꝙ
directione egent & defenſoribus in ijs quæ ad fidē & mores
pertinēt,ſeu quæ agēda neceſſaria ad æternæ beatitudis con
ſecutionē cōcernūt:facit quo ad dare operā eminentiori ſciē
tiæ,& in eminēti gradu eā proſequi,id eſſe præcepti quòd
aliàs eſſet cōſilij.Sicut eñ peccare conuincit̄ qui vel habet
vel ſibi ꝓcurare pōt facultatē qua tueri poteſt chriſtianum
populum ab inuaſione infidelium,niſi cū effectu ꝓcuraue=
rit & fecerit:ſic peccare conuincuntur qui facultatem ſibi

colligere poſſunt vt pp̃l'm ab errore ac aliĳs diaboli laqueis
ſeruare poſſint, niſi ad hoc operã oẽm impendant neglecta
vtilitate &c. Ad ſcd'm dico, ſicut collator beneficĳ ſcd'm
veriſimiliorẽ multorũ doctorũ opinionẽ nõ bene agit ſi ſciẽ
ter p̃tereundo magis idoneũ conferat minus idoneo: vt ſun
dari ſolet in. c. vnico vt beneficia eccle. ſine dimi. confe. ita in
ꝓpoſito niſi huiuſcemodi hoĩes ad eminentẽ ſciæ gradũ ni
tant, ſed contenti mediocritate quadã circa ardua & nondũ
ſatis explorata torpeãt: nõ bene agunt, imò peccãt: nõ nego
tñ quin poſſent idem opus modo minus conuenienti face-
re, & excuſari à pc̃tõ. Ex q̃bus patet ꝙ male mereant̃ de reli
gione chriſtiana q p̃textu religionis aut alterius priuatę vti
litatis tales iuuenes à ſtudĳs gñalibus retrahũt: & ne ad emi
nentẽ ſciæ gradũ pertingat impediunt, ſe & alios paralogi-
zantes ob dictũ apoſtoli, Scĩa inflat: charitas vero ædificat.
Tertia ꝓpoſito q̃ ſequit̃ ex ſcd'a nũc poſita, eſt huiuſcemo
di. Hoĩes de q̃bus loquit̃ ſcd'a propoſitio, ſi aliq̃n vt hoĩes
peccãt: cæteris paribus grauius peccãt hebetibus & eodem
genere pc̃ti nũc magis cũ chriſtifidelibus eorũ lumẽ eſt ne-
ceſſariũ, & ad eccleſiæ ædificationẽ obligant̃ proportiona-
biliter ad talentũ operari, ꝫ alio tp̃e dũ tãta neceſſitas non
occurrit. Prima pars huius propoſitionis probatus. Prædi-
cti hoĩes magis dei beneficiũ ꝫ alĳ acceperunt: ergo eodem
genere peccati aliĳs grauius peccãt. Tenet cõſequentia: quia
ſicut tradit Tho. ſ. ĳ. q. lxvĳ. art. vlt. quælibet maioritas etiã
de bonis tẽporalibus peccatũ aggrauat. & Chryſo. Homo
chriſtianus fortiter cadit in peccatum ꝓpter duas cauſas,
aut ꝓpter magnitudinẽ peccati, aut ꝓpter altitudinẽ digni
tatis. xl. diſt. c. homo. Deinde ſecundã partẽ ſimul & primã
probo ſic. Quiſꝗ obligat̃ gratias ſiue naturales ſiue alias à
deo collatas ꝓ cõditione ſuæ vocationis ad ſpirituales vſu
ras ponere: & ad hoc faciendũ ſe deteriorem aut inhabilem
non reddere. qui em̃ ſeruum deteriorem reddit, de ſeruo cor
rupto tenetur. ff. de ſeruo corrupto. l. ſ. Sed ex peccato lumẽ
etiã intellectus obtenebratur & deterioratur & hebetatur
quo ad intuendas & contemplandas multas veritates. ergo



tales hoĩes eodẽ genere peccati grauius peccãt ꝫ alĳ, & ma
gis eo tẽpore quo eorũ lumen eſt neceſſariũ, ꝫ alio tẽpore.
Minorẽ huius ratiõis oſtendo, & p̃cipue ꝙ circa diuinas ve
ritates maxime obtenebrat̃ intellectus ꝑ peccatũ. primo ex
hoc q̃d ſcribit̃ Sophoniæ. ſ. Ambulabũt vt cæci: q̃a dño pec
cauerũt. Et ex glo. ad Ro. xſ. ſuꝑ illud, Cæcitas ex ꝑte cõtigit
in Iſrael: q̃ dicit, Cæcitas cõtingit nõ natura, ſed culpa. vbi
dicit Amb. Zelo em̃ excecati ſunt putãtes legẽ factorũ nũꝫ
debere ceſſare. offenſione em̃ obtuſi ſunt: vt ꝓ incredulitate
ſua cruciarent̃. Hinc glo. ſuꝑ illud Iob. xĳ. Ipſe (ſcilicet deus)
cognouit decipientẽ, & eũ qui decipit̃: adducit cõſiliarios
in ſtultũ finẽ: ait, Q̃m ſępe cõmittũt hoĩes q̃ ſciũt, ꝑmittunt̃
decipi vt cadãt in mala q̃ neſciũt. Secũdo ꝓbo idẽ ex verbo
ꝓphetę Ezech. xiiĳ. vbi habet̃. Hęc dicit dñs deus: homo de
domo Iſrael qui poſuerit immũditias in corde ſuo, & ſcan-
dalũ iniq̃uitatis ſuę ſtatuerit cõtra faciẽ ſuã, & venerit ad ꝓ-
phetã interrogans ꝑ eũ me: ego dñs reſpõdebo ei in multitu
dine iniq̃tatũ ſuarũ. ſubdit infra ꝓpheta, Cũ errauerit, & lo
cutus fuerit verbũ: ego dñs decepi ꝓphetã illum: iuxta iniq̃
tatẽ interrogãtis: ſic iniquitas ꝓphetæ erit. Tertio patet idẽ
q̃a Socrates (ſicut narrat Aug. viĳ. de ciui. dei. c. iĳ.) cauſas re
rũ primas atꝗ ſummas putabat nõ niſi mũda mente poſſe
cõprehẽdi: & iõ purgãdæ moribus bonis vicę cẽſebat inſtã
dũ, vt deprimẽtibus libidinibus exoneratus animus, natura
li vigore in æterna ſe attolleret, naturãꝗ incorporei & incõ
mutabilis luminis (vbi cauſæ omniũ factarũ naturarũ ſtabi
liter viuũt) intelligentiæ puritate cõſpiceret. Et tertio de ci-
uitate. c. vĳ. dicit cauſam erroris multorũ Philoſophorum
fuiſſe eorũ ſuperbiã, ſecundũ illud apoſtoli ad Rom̃. ſ. Quia
cũ cognouiſſent deũ, nõ ſicut deũ glorificauerũt. obſcuratũ
eſt em̃ inſipiens cor eũ. Quarta ꝓpoſito q̃ ſequit̃ eſt. Magis
piũ eſt, & plus merent̃ diuites q hoc tẽpore tenebricoſo à lu
mine doctrinæ & fidei fouẽt & nutriũt p̃dictos hoĩes tanꝫ
futuras columnas & baſes eccleſiæ, ꝫ ſi beneficia erigant,
vel ad monaſterĳ erectionẽ contribuant: imò ad hoc præci-
pũe obligant̃ diuites pręlati: qui micis Chriſti farcinati, ne-

glecta Chriſti & fidei cauſa, in ædiliciorũ ſolennitatẽ, orga=
norũ põpam, & menſæ ſplendorẽ, innumeras pecunias expẽ
dũt & cõſumũt: ad quos Chriſtus dicere intelligit ꝓpter di
ſpenſationẽ eccleſiæ ſuæ: Quę vtilitas in ſanguine meo, dum
deſcẽdo in corruptionẽ? Itẽ & illud Eſa. v. Cithara & lira &
tympanũ & tibia & vinũ ĩ cõuiuijs veſtris: & opus dñi nõ
reſpicitis: nec opera manuũ eius cõſideratis. Prima pars hu
ius ꝓpoſitiõis patet ex quarto pręambulo & eius ꝓbatiõi=
bus. & certe ſicut ingenio & memoria vigẽtes obligant̃ col
ligere & ediſcere doctrinas quibus hominũ illuſtrent tene=
bras, cõſimiliter & alij illis quaſi lucernis miniſtrare oleum
obligant̃: ne lumen pereat ſeu extinguat̃ deficiẽte oleo. Hoc
patet ex gloſ. Ioſue. xiij. vbi habet̃ ꝙ quibus cõmittit̃ & in=
iunctũ eſt vt verbo dei & legi eius operã tribuant, & abſq;
vlla vacent ſolicitudine, laicorũ & aliorũ miniſterijs ſuſten
tari debẽt. Si em̃ neceſſaria nõ p̃buerint, minus legi dei vaca
bunt, occupati corporalibus curis, & periclitabuntur laici.
Obſcurabit̃ em̃ lux ſcientiæ q̃ in illis eſt, te non miniſtrante
oleũ lucernæ: & culpa tua cæcus cęco ducatũ p̃bẽs in foueã
cadet cũ eo. Ad ratiões ad oppoſitũ. Ad primã dico ꝙ nun=
q̃ȝ priuata lege ſpiritusſancti quis ducit̃ vel inclinat̃ ad ma=
lũ, prout in ꝓpoſito. ſi gregẽ deſerat periturũ, peccaret mul=
to magis q̃ȝ ſi quis vxorẽ deſereret inuitã ꝓ religiõis ingreſ
ſu. & cũ in minore aſſumit̃ ꝙ lege priuata ducit̃ quiſquis ad
eminẽtiora & magis bona mouet̃, veritatẽ habet, cũ eminẽ
tiora & magis bona mouet̃, veritatẽ habet, cũ eminentiora
bona & maiora cõueniũt & meliora ſunt ei. Alias dicendũ
eſſet ꝙ ſacerdoti liceret p̃terire & nõ leuare eũ qui in puteũ
mergit̃, ne à miſſa illo die celebranda impediat̃. Ex hoc ad cõ
firmationẽ, illo caſu nihil arctat quare arctiorẽ religionẽ nõ
poſſit adire. Sed ſi ponamus talẽ habere curã aĩarũ fratrũ la
xioris ordinis, q veriſimiliter eo decedẽte ſint in errorẽ dedu
cẽdi, vel in manifeſtũ vitiũ: dico ꝙ tenet̃ oues Chriſti nõ p=
dere, ſed paſcere manẽdo ĩ laxiori religiõe. Vñ Bernar. ĩ ep̃la.
iiij. q̃ eſt ad abbatẽ morimũdi, eũ arguẽs ꝙ relinquere volue
rit fratres q̃bus p̃fectus erat, ait ſcribens ad eũ: Nõne ſi recte



offers & nõ recte diuidis: peccas? Recte em̃ forte diuidere
dices eſſe ſoli ſaluti tuæ cõſulere, & filios tuos quos orpha=
nos relinquis, cõſilio paterno deſtituere. Hinc gl. Mat. xxv.
Multi hac ſibi blandiunt̃ pueriſitate dicentes, Sufficit mihi
de me rationẽ reddere. q̃d opus eſt alijs miniſtrare, vt de his
cogar rationẽ reddere? Ad ſecũdã rõnẽ, ꝓcedit ſolũ de obſe=
quio ad q̃d quis alias nõ obligat̃ niſi ex voto: aliud cũ ad il
lud ex alia cã quis obligat̃: vt patet ex dictis in. j. p̃ambulo.
&. ij. de obligatiõe ſeruitutis & debiti pecuniarij. Ad tertiã,
verbũ Bernardi ꝓcedit cũ ſeruare cõſilia euãgelica eſt liberi
arbitrij: & obligatione ſpeciali q̃s præuẽtus nõ eſt, cui repu=
gnet executio cõſilij. Quarto teſtat cõparare quodnam ho=
rũ dãnabilius ſit, vtrũ videlicet ſeruare curã animarũ in ſta
tu mortalis culpæ, an eam reſignare ob frugẽ melioris vitę,
currente caſu quo vtrunq; eſt damnabile. Et ſine inuolutio=
ne breuitati cõſulens dico: Cũ ex ſtatu mortalis culpæ ſolũ
fraudent̃ animæ tẽporali ſubuentione quo ad expiationẽ pœ
nę purgatorij, & quo ad deſertionẽ curę paſtoralis: veriſimi
liter ſinuntur perdi animæ in dãnationẽ æternã. Grauius au
tẽ & dãnabilius eſt nõ ſuccurrere ſeu eripere à damnis maio
ribus. Dãnabilius eſt ob frugẽ melioris vitæ curã animarũ
relinquere, caſu quo ex deſertione veriſimiliter perdent̃ mul
tę animæ, q̃ȝ eã tenere in ſtatu mortalis culpæ. Verũ ſi pona
mus in ſtatu mortalis culpæ p talẽ ſacramenta ſcienter cõ=
tingi & miniſtrari, augebit contemptum dei: ſed non quan
tum ad hoc ꝙ eſt ſcienter permittere animas perire Chriſti
ſanguine emptas: & ſic in effectu admittere vt p̃cioſus ſan=
guis in corruptionem deſcendat.

## Argumenta quodlibetarij.

¶ Iuris auctoritate permittitur cuilibet clerico non epiſco
po ad religionem conuolare. ergo illud non eſt damnabile.
quo fit non eſſe damnabilius ꝓpter religionis ingreſſum cu
ram animarum relinquere, q̃ȝ eã in ſtatu mortalis culpæ te=
nere. Antecedẽs patet. xix. q. j. c. vnico. Clerici qui monacho=
rum ꝓpoſitum appetunt; quia meliorẽ vitã ſequi incipiũt,

liberos eis ab epiſcopis in monaſterijs largiri oportet īgreſſus &c. Rñdeo antecedēs & eius ꝓbationē veritatē habere de clerico qui nō eſt lege diuina aut naturali ad aliqd incōpatibile ſtatui religiōis obligatus: queadmodū paſtor animarū ligatus eſt ſuis ouibus vbi ex deſertione veriſimiliter incurrent notabile damnū animæ. Replica. Nihil ꝓdeſt hoī ſi totū mundū lucret, animæ vero ſuæ detrimentū patiat: vt habet Mat. xvj. ergo nō eſt paſtori dānabilius curā animarū relinquere ꝓpter religionis ingreſſum, ꝙ eā in ſtatu mortalis culpæ tenere. Tenet cōſequentia: qa tenēdo curā animarū in ſtatu mortalis peccati, cōſequit detrimentū animæ, vt patet ex dictis in ſecundo articulo. Dico negando cōſequētiā: & ad eius ꝓbationē dico ꝙ licet talis detrimentū aīæ ꝓprię ex hoc aſſequat, longe tamen maius aſſequitur relinquendo oues ſine paſtore à lupis deuorandas.

## Prima queſtio ſine argumentis.

PROPTER qd Saluator Matth. vj. nos ꝓhibet eſſe ſolicitos de craſtino, cū Sapiens Prouerb. vj. nos hortet inſtar formicę cōgregare in æſtate qd comedamus in hyeme? Multi verba Saluatoris pùerſe ītelligentes crediderūt eū ꝓhibuiſſe quāuis curā ſeu ſolicitudinē de tēporalibus habendā, nihilq; à quoquā pręſertim eccleſiaſtico ſeu ſpirituali viro in futurū ſeruādū: & ob id ſapientis verbū nūc in mediū adductū nō quēadmodū ſonat litera, ſed ſpiritualiter ſeu myſtice ītelligēdū: nec hoc qdē ſolū, verū etiā & illud apoſtolicū præceptū: Si quis nō vult oꝑari, nec māducet. ij. ad Theſſaloniceñ. vlti. aſſerentes ſic debere intelligi, vt nemo paſcat verbo dei niſi inde aliorum ędificationē operetur. Illud vero ſapientis hunc habere intellectum, quòd in æſtate hoc eſt tempore huius vitæ fructus bonorum operum nos colligere oportet, quibus in die iudicij ad æternam deputemur vitam. Præſens enim vita (teſte Hieronymo) meſſi & æſtati comparatur; quòd nunc inter ardores tentatio-



num tēps eſt colligendi futurorū merita præmiorum. Dies vero iudicij, hyemis ſimilatur rigoribus: quia tunc nulla relinquitur facultas ꝓ vita laborandi, ſed tantū cogitur qſq; de horreo priſcæ actionis quod recondidit ꝓferre. Sed hūc errorem aperte confutat Auguſtinus libro de operibus monachorum ferè per totum. c. xxvj. dicens ſaluatorē ꝑdictis verbis non prohibere quanuis ſolicitudinē de tꝑalibus vel acquirendis vel cōſeruandis quantum huius vitæ neceſſitati ſatis eſt, ſed vt non iſta intueātur hoīes, & propter iſta faciant quicquid in euāgelij præconio facere iubent: hoc eſt ſuperfluam & illicitam ſolicitudinem prohibet. Redditur aūt horū ſolicitudo tribus modis illicita. Vno modo ex parte timoris ſuperflui illa perdendi, qñ videlicet aliquis timet ne faciendo quod debet, neceſſaria ſibi deficiāt: & ideo illud ad quod obligatur, agere omittit, quia tepide agit. Secūdo modo fit illicita ꝓpter nimium ſtudiū adhibitum in comparandis aut conſeruandis tꝑalibus: vtputa qñ ſolicitudinem circa ſpūalia & ſalutaria adhibendā omittit aut negligit propter ſtudiū ad tꝑalia adhibitū, aut ſi eo tꝑe de illis ſit ſolicitus quo vacare debet & intentus eſſe ſpiritualibus. Tertio modo quādo quis temporalia ſic amat, & de illis ſolicitus eſt, ꝙ propter hæc deo principaliter ſeruit, & eius mādata facit: quod certe illicitum & peccaminoſum eſt: dicente Bernardo de diligendo deo. Etſi ſine præmio non diligitur deus: ſine tamen præmij intuitu diligēdus eſt. Et Auguſtinus de vera innocētia propoſitione. xx. dicit. Hoc affectu & deſiderio colendus eſt deus: vt ſui cultus ipſe ſit merces. Nam qui deū colit vt aliud magis ꝙ ipſum promereatur: non deum colit, ſed illud quod aſſequi concupiſcit.

## Secunda quæſtio ſine argumentis.

QVare quidam propter virtutem & ſapientiā adipiſcendas diuitias abijciunt, cum ſapiens dicat Eccl's. vij. vtiliorem eſſe ſapiētiam cū diuitijs, & magis prodeſſe videntibus ſolē? Pro reſolutione huius quæſtionis pono aliquas ꝓ

poſitiões. Prima eſt. Sapiẽtia & virtus pſtantiores ſunt &
magis optãdæ atq; eligẽdæ q̃ diuitiæ. Probat: q̃a ſunt bo-
na animi atq; interna: diuitiæ externa ſunt bona. Verũ (vt in
quit Ariſtoteles .j. Ethic. li.) bona animi principaliſſima ſũt
& maxime bona. Ideo ibidẽ & in. x. Ethic. ponit in operatio
ne quæ eſt ſecundũ virtutẽ & ſecũdũ ſapientiã, cõſiſtere hu
manã fœlicitatẽ. Secũdo patet idẽ Prouerb. viij. vbi dicitur:
Melior eſt ſapiẽtia cunctis opibus p̃cioſiſſimis: & omne de
ſiderabile ei non poteſt comparari. Et infra loquens ſapien-
tia inquit: Melior eſt fructus meus auro & lapide p̃cioſo,
& genimina mea argẽto electo. Secũda ꝓpoſitio eſt. Ad p̃-
clara opera virtutis & ſapiẽtiæ exercenda multũ cõferũt di-
uitiæ patet ex Philoſopho .j. Ethi. dicẽte: Impoſſibile eſt aut
certe nõ facile præclara ab eo agi cui deſunt facultates. Mul-
ta em̃ ꝑ amicos, & diuitias, ꝑ ciuilẽ potẽtiã, quaſi ꝑ inſtru-
mẽta q̃dã fiũt. Et Hiero. tractãs illud ſapiẽtis in q̃ſtione po
ſitũ: vtilior eſt ſapiẽtia &c. dicit. Maioris eſt gloriæ ſapiens
cũ diuitijs, q̃ tantũ ſapiens. Qui ſapiens eſt & nõ diues: po
teſt quidẽ docere qđ bonũ eſt: ſed interdũ nõ põt præſtare
quod petitur. Hinc dñs Salomoni ſolã poſtulanti ſapiẽtiam
nõ ſolũ ſapientiam, ſed & ampliſſimas cõceſſit diuitias. iij.
Regũ. iij. Tertia ꝓpoſitio eſt. Acquiſitio diuitiarũ ſæpenu-
mero impedimẽto eſt acquiſitioni ſapientiæ & virtutis. Ve
ritas huius ꝓpoſitionis patet. Acquiſitio diuitiarũ regula-
riter multas et graues habet ſolicitudines annexas, animiq;
diſtractiões & inquietudines. Sapiẽtiæ vero ac virtutis acq
ſitio animũ requirit liberũ, ſoli veritatis cõtẽplatiõi intentũ:
igit̃ &c. Prima huius ſyllogiſſimi ꝓpoſitio patet ex parabo
Saluatoris. Mat. xiij. vbi in expoſitione illius Saluator ſoli-
citudinẽ ſeculi & diuitiarũ cõparat ſpinis ſuffocãtibus ſe-
men: hoc eſt verbũ dei, quòd eſt veræ ſapientiæ verbũ. Hinc
Eccl's. ij. dicit Sapiens: Peccatori dedit deus afflictionem &
curam ſuperfluam, vt addat & congreget & tradat ei qui
placuit deo. innuens ſolicitudinem & curam acquirendi tẽ-
porales diuitias non pertinere ad eũ qui ſapientiæ & virtu-
tibus acquirendis dat operam. Secunda propoſitio patet ex
Philoſopho



Philoſopho. vij. Phyſico. vbi dicit: in quieſcendo & ſeden-
do anima fit ſciens & prudens. Et in ꝓlogo Metaphyſicæ in
quit q̃ ſuprema ſapientia inquiri cœpit omnibus exiſtenti-
bus quæ ſunt ad vitam & eruditionem neceſſaria. Ex his ſe-
quitur quarta propoſitio reſponſiua ad quæſtionem. Quã-
do acquiſitio atq; poſſeſſio diuitiarum impedimentũ præ-
ſtant acquiſitioni & poſſeſioni virtutis & ſapiẽtiæ: recte fa
cit rerum verus ac iuſtus æſtimator qui ꝓpter virtutem &
ſapientiam habendas atq; ſeruandas, diuitias abijcit ac con
temnit. Quando autem nullum impedimentũ afferunt per-
fectioni virtutis & ſapientiæ, ſtultum eſt illas abijcere ac cõ
temnere: niſi ſaltem hoc fiat propter altiorem finem conſe-
quendum: quem Chriſtus Mat. xix. cõſuluit adoleſcẽti, Va
de, vende omnia quæ habes, & da pauperibus. Prima pars
huius propoſitionis patet ex prima propoſitione. Recte em̃
& iuſte facit qui propter maius bonum contẽnit & abijcit
minus bonum quãdo vtrunq; aſſequi nequit. Secunda pars
ſequitur ex ſecunda propoſitione: in quo caſu veritatem ha-
bet allegatum verbum ſapientis Eccl's. vij.

## Tertia Quodlibetica quæſtio eiuſdem.

VTRVM LEGE CHARI-
tatis obligemur proximum etiã no-
lentẽ ab oppreſſiõe, infamia vel mor-
te liberare, quãuis id efficere non poſ
ſimus ſine noſtro damno aut pericu
lo? Pro deciſiõe huius quæſtionis po
nentur tres articuli. Primus, an cõtra
charitatis legem peccet qui pro viri-
bus à proximo damna rerum famæ aut corporis non pro-
hibet? Secundus erit, an illud charitatis officium oblige-
mur ꝓximo inuito ſeu nolenti exhibere. Tertius, an etiã ad
illud obligemur dum nobis vel rerum vel corporis pericu-
lum imminet. Pro deductione primi articuli argumẽtor ad
partem negatiuam tribus medijs. Primum eſt: nullus aſtrin
gitur propriam iniuriã repellere: ergo nec iniuriã proximi:

tenet cõſeqnẽtia:qa nemo tenẽt lege charitatis magis dilige
re ꝓximũ ꝙ ſeipſum:vt aperte declarat magiſter diſt.xxiij.
de ordine diligendorũ ex charitate,differens. Antecedens pa
tet:qa põt quis amplecti conſiliũ Saluatoris Mat.v. ſcriptũ
Ego aũt dico vobis,nõ reſiſtere malo:ſed ſi qs te ꝑcuſſerit
in dexterã maxillam tuã,præbe ei,& alterã &c. Et apl'us ad
Rom.xij. Nõ voſmetipſos defendentes chariſſimi:ſed date
locũ iræ. Secundo argumentor ad idẽ. Si nõ põt ſubueniri al
teri,niſi alter lædatur:cõmodius eſt neutrũ iuuari,ꝙ alterũ
grauari:vt habet textus Amb.xxiij.q.v.c.deniq̃. Sed regula
riter nõ poteſt à ꝓximo ſeu ſocio repelli iniuria niſi iniuriãs
lædatẽ:igitur ad eã repellendã non ſumus lege charitatis ob-
ligati. Minor patet:qa ad minus læditẽ iniurians in honore,
cũ repellens iniuriã oſtendat facto ipſum iniuſte agere. Ter-
tio oſtẽdo id nũꝙ licere ſaltẽ priuatæ perſonæ occidẽdo aut
mutilando iniuriantẽ,ex Auguſtino ad Publicolã. & ponitẽ.
xxiij.q.v.de occidẽdis. vbi dicit, De occidẽdis hoĩbus ne ab
eis quiſꝙ occidatẽ,nõ mihi placet cõſiliũ,niſi forte ſit miles
aut publica functione teneatẽ vt non ꝓ ſe hóc faciat,ſed pro
alijs,vel ꝓ ciuitate vbi etiã ipſe eſt,legitima accepta ptãte ſi
ei9 cõgruit ꝑſonæ. Pro veritate ꝑtis affirmatiuæ argumẽtor
ex Amb.li.offi.dicẽte:Nõ inferẽda,ſed depellẽda iniuria lex
virtutis eſt. Qui em̃ nõ repellit iniuriã à ſocio ſi põt:tã ĩ vi-
tio eſt ꝙ ille q facit. Hic ſctũs Moyſes pri9 orſus ẽ tẽtamẽ-
ta ĩbecillis fortitudinis. Nã cũ vidiſſet Hebręũ ab Aegyptio
iniuriã accipiẽtẽ,defendit,ita vt Aegyptiũ ꝓſterneret,& in
arena abſcõderet.xxiij.q.iij.non ĩferẽda. Et Symmachus pa-
pa, Mortẽ infligere ꝓbatur qui hãc cum põt non excludit.
lxxxiij.diſt.in principio. ¶ Quãtum ad materiã huius ar-
ticuli variæ & multũ confuſæ atq; perplexæ inueniuntẽ opi
niones doctorum. Nam(vt dicit gloſſ.in ſumma.xxiij.q.j.)
quidam dicunt nulli licere vim repellere repercutiẽdo. Alij
dicunt laicis id eſſe licitum,nõ clericis. Alij vero aſſerunt cle
ricis licere,dicentes(ſicut refert gloſſ.eadem cauſa.q.viij.in
ſumma) ꝙ clerici poſſunt vti armis non modo pro defenſio
ne,vt clypeo,lorica,& ſimilibus,ſed etiam armis impugna



torijs ad ſui defenſionẽ,nõ ad aliorũ ꝓtectionẽ, dũ tñ illud
incontinenti fiat,& ꝓ ſe tantũ,nõ pro alijs,& in neceſſitate
ineuitabili:vt extra de homicidio c.ij.ſed ſi aliàs poſſunt eua
dere,nõ ſumãt arma.extra de homici.ſuſcepimus. Gratianus
dicta cã.q.viij.§.his ita reſpondetẽ.determinat ꝙ ſacerdotes
ꝓpria manu arma arripere nõ debent,ſed alios ad arripien-
dũ hortari poſſunt ad oppreſſorũ defenſionẽ, & inimicorũ
dei expugnationẽ. Cuius opinionis fuit Thom.ij.ij.q.xl. art.
ij.accipiens fundamentũ ex illo verbo Saluatoris qđ Matth.
xxvj.in ꝑſona eccleſiaſticorũ dixit dominus Petro:Cõuer-
te gladiũ tuũ in vaginã. Vnde in corpore q̃ſtionis reſoluen-
do dicit:Ad bonũ ſocietatis humanæ plura ſunt neceſſaria:
diuerſa vero à diuerſis melius & expeditius quã ab vno ꝑ-
aguntur:vt patet ꝑ Philoſophum in libris Politicorũ. Hic
l.cõſulta diualia.C.de teſta.ait. Abſurdũ eſt ſi ꝓmiſcuis acti
bus rerum turbentẽ officia:& vni creditũ,alius ſubtrahat,ac
ꝑcipue clericis,quibus opprobriũ eſt ſi peritos ſe velint di-
ſceptationum eſſe forenſium. Bellica autẽ exercitia (vt dicit
idẽ doctor) maxime repugnant illis officijs quibus epiſcopi
& clerici aſſcribuntẽ,ꝓpter duo. Primũ qa bellica exercitia
maximas inquietudines habẽt,diſtrahentes animũ à cõtem
platione diuinorũ,& orationibus ꝓ populo faciendis: quæ
ad eccleſiaſticarũ perſonarũ officiũ ꝑtinẽt. Hinc Amb. Nõ
pila q̃runt ferrea nõ arma Chriſti milites. coactus repugna-
re nõ noui:ſed dolor,fletus,orationes,lachrymæ fuerunt mi-
hi arma aduerſus milites.talia em̃ ſunt munimenta ſacerdo-
tis.aliter nec debeo nec poſſum reſiſtere.xxiij.q.viij.c.nõ pi-
la. ¶ Secundum propter qđ bellica exercitia incõpatibilia
ſunt officio clericorum,eſt,ꝙ omnes clericorum ordines or
dinantũr ad altaris miniſterium:ſub cuius ſacramento paſ-
ſio Chriſti repręſentatur, ſecundũ illud.j.ad Corin.xj. Quo-
tieſcunque manducabitis panem hunc,& calicem bibetis,
mortem domini annunciabitis donec veniat Et ideo eis nõ
competit occidere vel effundere ſanguinem., ſed magis pa-
ratos eſſe ad ꝓprij ſanguinis effuſionẽ pro Chriſto: vt imi-
tentur opere quod gerunt miniſterio. Sed hæc opinio gene-

raliter intellecta pro omni caſu q pōt ſecundū curſum hu=
manarū rerū accidere,nō vr̄ vera:ſicuti ex ſequētibus pate=
bit.Itaq; ꝓ deciſione materię huius articuli p̄mitto duo p̄=
ambula.Primū eſt,ſicut dicit̄ diſt.v.decretorū, ius naturale
inter oīa primatū obtinet tēpore & dignitate . cœpit em̄ ab
exordio rōnalis naturæ.qđ nec variat̄ tēpore, ſed īmutabile
ꝑmanet,p̄ſertim quātū ad prima eius principia & cōcluſio
nes īmediate ex illis ſequētes,q̄ nulla humana vel diuina le=
ge vel ordinatiōe īmutari poſſunt. Naturalia em̄ iura quæ
apud oēs gētes peræq̄ obſeruant̄,diuina quadā ꝓuidētia cō
ſtituta,ſemꝑ firma atq; īmutabilia ꝑmanēt. Ea vero q̄ ipſa
quęq; ciuitas ſibi cōſtituit,ſæpe mutari ſolēt vel tacito con
ſenſu populi,vł alia poſtea lege lata.inſti.de iure natu.gētiū
& ciuili.§.ſed naturalia. Ad ius aūt naturale ꝑtinet defenſio
cū moderamine inculpatę tutelę:vt patet in decretis diſt.j.c,
ius naturale.vbi inter cætera ad hoc ius ꝑtinētia ponit̄ vio=
lentiæ ꝑ vī repulſio.& idem habet̄ in.l. vt vim.ff.de iuſtitia
& iure.& i.j.cap.ſi vero.de ſentē.excōica.dicit ꝙ vī vi repel
lere oēs leges oīaq; iura ꝑmittūt.Secundū prēambulū eſt.Ea
charitate tenemur erga ꝓximos eſſe etiā inimicos,ꝙ ſi vires
nobis ſuppetāt,eorū damna prohibere debemus. hoc patet
Exo.xxiij.vbi p̄ceptū habemus: Si occurreris boui inimici
tui aut aſino errāti,reduc ad eū.Itē ſi videris aſinū odientis
te iacere ſub onere,nō ꝑtranſibis,ſed ſubleuabis cum eo. &
Deute.xxij.Nō videbis bouē fratris tui aut ouē errantē, &
p̄teribis:ſed reduces fratri tuo.etiā ſi nō eſt ꝓpinquus frater
tuus,nec noſti eū,duces in dominū tuā:& erūt apud te quā
q̄rat ea frater tuus,& recipiat.ſimiliter facies de aſino, & de
veſtimēto,& de oī re fratris tui q̄ perierit. ſi inueneris eā, ne
negligas quaſi alienā &c.Noīe autē fratris ſeu ꝓpinq inimi
cū etiā cōprehendi,nulli ſacrarum literarū perito dubiū eſt:
ſicuti aperte ꝓbat Auguſtinus.j.de doctrina chriſtiana.His
præmiſſis tanq; ex ipſis ſequētes pono aliquas propoſitio=
nes.Prima eſt.Cuiq; licet,nō ſolū laico, verū etiā clerico, vi
vi repellere cū moderamine inculpatæ tutelæ. Patet veritas
huius propoſitionis ex primo preambulo,item ex.c.dilecto.



de ſenten.excōmunic.i.vj.vbi dicit̄:Cū omnes leges omniaq;
iura vim vi repellere,cunctiſq; ſeſe defenſare ꝑmittant,licuit
vtiq; ipſi decano ſi prædictus balliuus eū bonis ſuis munda
nis iniurioſe ſpoliare, vel ea violenter occupare p̄ſumpſerit:
cōtra illius violētā iniuriā ſe tueri.Sed ꝓ itellectu vltimę par
tis huius ꝓpoſitionis aduertendū eſt ꝙ nō eſt inculpata tu
tela ſi ſcandalū puſillis afferat , vel ſi modū iuſtę defenſionis
excedat.Primū oſtendo,qa lege charitatis obligat̄ qſq; po=
tius quęlibet tormēta & mala ſubire q̄ ꝓximum ſcādaliza
re,iuxta doctrinā Saluatoris Matthei.xviij.Qui ſcādalizaue
rit vnū ex puſillis iſtis q in me credūt,expedit ei vt ſuſpēda
tūr mola aſinaria in collo eius,& demergat̄ ī ꝓfundū maris.
Et apoſtolus.j.ad Corin.viij.tractans quomodo licet idolo
thytis veſci,limitando ſubiūgit: Videte ne forte hæc licētia
veſtra offendiculū fiat īfirmis. Si enim qs viderit eū q habet
ſcientiā,in idolio recumbentē:nonne.cōſcientia eius,cū ſit in
firma,ædificabit̄ ad mānducādū idolothyta , & peribit infir=
mus in tua cōſcientia frater,ꝓpter quem Chriſtus mortuus
eſt:Sic autē peccātes ī fratres,& ꝑcutientes eorū cōſcientiā
infirmam,in Chriſtum peccatis.Quapropter ſi eſca ſcandali
zet fratrē meum,nō māducabo carnes in æternum , ne fratrē
meū ſcandalizem.Hinc Eleazarus vir ætate ꝓuectus potius
elegit glorioſam mortē,q̄ ſimulare ſe comedere de ſacrificij
carnibus iuxta regis imperium . Nā cū qdam iniqua miſera
tione moti carnes illi attuliſſent qbus viro Iudęo veſci licitū
erat,vt ſic ſimularetur comediſſe de ſacrificij carnib9 , dixit:
Non em̄ ætati noſtrę dignū eſt fingere,vt multi adoleſcētes
arbitrantes Eleazarū.xc. annorū trāſiſſe ad vitā alienigena=
rum,& ipſi ꝓpter meam ſimulationem & ꝓpter modicum
corruptibilis vitæ tempus decipiātur , & per hoc maculam
atq; execrationē meę ſenectuti conquiram.ij.Macca.vj.Pro
intellectu ſecundę, vt appareat non eſſe inculpata tutela ſi
modus iuſtæ defenſionis excedatur : videndum eſt quid ſit
moderamen inculpatæ tutelæ , ſeu modus iuſtę defenſionis.
Panormi.in.c.olim.j.de reſti.ſpo.dicit de hoc non poſſe dari
certam regulam,ſed ꝙ bon9 iudex arbitrari habeat vtrum

vi repellens iniuriā ſteterit in limitibūs merę defenſiōis, an
modū exceſſerit,conſiderādo qualitatē perſonarū,& actuū
veriſimilē timorē imminentē.Pro informādo aūt boni iudi
cis arbitrio dicit idē Panor.poſt plures alios doct.eſſe aduer
tendū ꝙ aut vis infert̃ ꝑſonis,aut rebus. Primo caſu anteꝗ̃
qs ꝑcutiat̃ pōt incōtinēti inuadentē ꝑcutere ad effectū eua
dendi ꝑcuſſionē ſeu iniuriā:& tūc dicit̃ potius repellere iniu
riā ꝗ̃ inferre.ſed ſi iniuria iā facta eſt ꝑſonæ, nō eſt licitū re=
percutere etiā incontinēti:qa nō eſſet defenſio,ſed vindicta,
ꝗ̃ nō eſt ꝑmiſſa priuatis ꝑſonis,ſed iudici:vt.l.nō eſt ſingu=
lis.ff.de reg.iu.& hoc verū,niſi timeat̃ geminata ꝑcuſſio.Ex
quo ſequit̃ ꝙ ꝑcuſſus nō debet inſeq̄ ꝑcuſſorē cū amplius
nolit ꝑcutere:tn̄ ſi de facto inſequit̃,& eū vulnerat,nō debet
puniri vt doloſus,ſed vt culpabilis:qa incōſultus calor vi=
tio calūniæ caret.ij.q.iij.c.ſi quē pœnituerit.§.notandū.Si ve
ro vis infert̃ rebus,debet repelli incontinēti.i.ꝗ̃ primū pote
rit,licet iniuria ſit facta,qa illa nō eſt vindicta,ſed potius ꝗ̃
dā defenſio.Sed dimiſſis multis & varijs doctorū ſentētijs q
hāc materiā ꝗ̃ ꝑplexā & intricatiſſimā faciūt,dico inculpa
tā tutelā & moderamē iuſtę defenſionis eſſe qn̄ nil vltra ad
repellendū vel defendendū adhibet̃ ꝗ̃ veriſimiliter ad violē
tiæ ſeu iniuriæ illatæ ꝓhibitionē ſufficit.Quòd ſi vltra pro=
cedit̃,ad vindictā ſeu inuaſionē accedit. Dico veriſimiliter:
qa in incertis & dubijs vti oportet cōiecturis & veriſimili=
tudinibus.Quāuis em̄ minus ꝗ̃ qđ fit,ſit neceſſariū ad de=
fenſionē:ſi tn̄ iniuriā repellens moderet̃ actū ſecundū id qđ
veriſimiliter apparet neceſſariū ad defenſionē,excuſat̃ à cul
pa nō ſolū ciuili ſeu in foro cōtentioſo,verum etiā à pecca=
to in foro conſcientiæ:quia debitum ordinē virtutis ſeruat,
neꝗ̃ etiā ab ea diligentia quā quiſꝗ̃ diligentiſſimus eiuſdē
ꝓfeſſionis & cōditionis adhibiturus eſſet,recedit: qđ requi
rit̃ vt culpæ leuiſſimæ argui nō poſſit.Sed qm̄ ſermones vni
uerſaliores de actibus ſunt magis inanes , quatuor ꝑticula=
rius ingrēda decreui.Primū,ſi ad defenſionē ſeu cōſeruatio=
nē vitę neceſſaria ſit inuadentis occiſio,an licet iuadentē in=
iurioſe occidere. Secundū,an etiā licet inuadentem occide=



re ſi hoc appareat neceſſariū ꝓ cōſeruatiōe mēbri, videlicet
pedis aut brachij.Tertiū an hoc etiā ſit licitū ꝓ cōſeruatio=
ne honoris aut famę.Quartū , vtrū ꝓ tuendis fortunę bonis
peccatū ſit iuadentē ſeu ea auferre volentē occidere, aut mu
tilare.Pro primi abſolutione pono aliquas ꝓpoſitiones.Pri
ma eſt.Dum qs vel ſe vel ꝓximū i hāc neceſſitatem incidiſ
ſe viderit,ꝙ niſi inuadēs occidat̃, ipſe vl' ꝓxim9 iniurioſam
mortē euadere nō poterit:licitū eſt nō ſolū laico,verū etiam
clerico & ſacerdoti ꝓ ſua vl' ꝓximi vita ſeruāda occidere in
uadentē.Veritas huius ꝓpoſitionis patet ex textu . Amb.al=
legato poſt oppoſitū.patet etiā ex.c.qa te.l.diſt. vbi Stepha
nus papa ſcribēs cuidā epiſcopo dicit:Quia te quaſi obno=
xiū iudicas eo ꝙ à Sarracenis captus hoīes interfeciſſe vi=
deris,bene facis:ſed qm̄ nō tua ſpōte id feciſſe cognoſceris,ī=
de canonice nullo modo iudicaris. Dico notāter de vi iiurio
ſa,qa vim quæ iure infert̃ ab habēte poteſtatē,et ſi fugiendo
aut alio modo ſimili fortaſſis liceat vitare ; nō tn̄ licet hmōi
vim iferēti reſiſtere eū lœdēdo aut quouis modo nocumētū
iferēdo,vt pulchre declarat doctor ſanct9.ij.ij.q.lxix.arti.vlt.
Etiā ſecūdū doctores ea eſt differētia iter eū q occidit ſui in=
uaſorē,& iuaſorē ꝓximi:ꝙ occidens ſui inuaſorē ſecūdū ca=
ſum dictę ꝓpoſitiōis excuſat̃ ab irregularitate: ſed ꝓ ꝓximi
vita cōſeruāda occidēs inuaſorē,fit irregularis:qđ vtrū ve=
rū ſit,nūc indiſcuſſum relīquo.Primū patet ex cle . vnica de
homici.vbi dicit̃: Si furioſus aut infans ſeu dormiens hoīem
mutilet aut occidat,nullā ex hoc irregularitatē icurrit.Et idē
de illo cēſemus q mortē aliter vitare nō valēs,ſuū occidit vl'
mutilat iuaſorē.Sed cōtra hāc ꝓpoſitionē vident̃ eſſe aliquæ
pręgnantes obiectiōes.Prima ē ex.c.de his clericis.l.diſt.vbi
Nicola9 papa ſic dicit, De his clericis ꝓ qbus cōſuluiſtis.ſ.
q ſe defendendo paganū occiderūt:ſi poſtea ꝑ pœnitentiam
emendati poſſint ad gradum priſtinum redire.aut ad altio=
rem aſcendere:ſcito nos nullam occaſionem dare,nec vllam
tribuere eis licentiam quemlibet hominum quolibet modo
occidendi. Ex quo apparet non licere alicui pro ſui defen=
ſione alium occidere.Secunda obiectio eſt ex cap. interfeci=

ſti.de homi.§.ſi autẽ.vbi dicit textus:Si aũt ſine odiȷ̃ medi-
tationẽ te tuaqȝ liberãdo,hmõi diaboli mẽbra interfeciſti(lo
cōtra canones ſuperbientes debita obiurgatiōe cōpeſcat,&
modis oībus vigilijs & eccleſiaſticis officijs(vt exponit gl.)
vacare cōpellat.Et manifeſte apparet veritas dictæ ꝓpoſi=
tiōis ex.c.fi.xcij.diſt.ſupra allegata.Sed ꝗa aliquis q̄rēs excu
ſatiōes in peccatis dicere poſſet hos textus loqui de horis ca
nonicis dicēdis in eccleſia,& de clericis & p̃ſbyteris ꝗ ad ho
ras canonicas obligant̃ ratione ſtipēdij qđ recipiūt, aut ra=
tione beneficiorū in quibus reſident:nō aūt vident̃ cōclude
re eos eſſe obligatos ꝗ ex legitima cauſa ſunt abſentes,quo=
rū noīe officiū in eccleſia fieri debitū, ꝑ alios fit & ſupplet̃:
ideo cōtra hāc ſolutionē pono hāc ſecundā ꝓpoſitionē,ꝙ p̄
dictæ cōſtōnes iuris & aliæ nō ſolū obligāt clericos de ꝗbus

loquitur prima propoſitio, ad legendum ſeu canendũ horas canonicas in eccleſia: verũ etiã ad priuate eas legendũ ſi in eccleſia nõ legãt: ſuppoſito etiã ꝙ ex cã legitima ſint abſentes. Veritas huius ꝓpoſitionis (ſicut etiã ſentit Panor.) patet ex. c. j. de cele. miſ. vbi in principio cõcedit clerico ſeu p̃sbytero vt poſſit de mane dicere officiũ vſq; ad veſperas incluſiue: qđ intelligi debet in priuato, qñ ꝓpter occupatiões officio in eccleſia canendo intereſſe nõ põt: q͞a de officio horarum publice in eccleſia faciendo ſubdit ibidẽ ꝙ horis cõpetentibus iuxta poſſibilitatẽ aut à ſe aut à clericis publice cõpleat. Idẽ etiã videt ſatis efficaciter oſtendi ex cle. ſecunda de celeb. miſ. vbi papa vnà cũ concilio Vienneñ. clericis tã religioſis q̃ alijs domeſticis cardinaliũ ſacroſanctæ Romanæ eccl'iæ ac quorũcunq; pontificũ gratiã & cõione apoſtolicæ ſedis habentiũ indulget ex ſpeciali gratia vt illud idẽ officiũ qđ ibidẽ cardinales ſeu põtifices dicerẽt, licite dicere valeãt, nec ad dicendũ aliqd aliud teneant. Ex quo manifeſte ſequit ꝙ papa & cõciliũ p̃ſupponũt & tenẽt p̃dictos clericos q regulariter abſunt ab eccleſijs i quibus officiare deberent, eſſe obligatos ad legendũ in priuato horas canonicas: aliter nõ eſſet opus eis concedere ex ſpeciali gratia tale priuilegiũ: q͞a ſi nõ eẽnt obligati: ſicut poſſent nõ legere licite, ita poſſent vbi legere vellent ſe conformare in officio cui vellent, ſine quocũq; priuilegio. Idẽ profecto ſenſit et tenuit ſacroſancta ſynodus Baſilienſis q̃ seſſione. xxj. de modo legẽdi horas canonicas extra chorũ. ſic ſtatuit: Quoſcũq; bñficiatos ſeu in ſacris conſtitutos, cũ ad horas canonicas teneant, admonet hæc ſancta ſynodus, ſi oratiões deo acceptas fore cupiũt, vt nõ in gutture vel inter dentes ſeu deglutiendo aut ſyncopãdo dictiones, nec colloquia nec riſus intermiſcendo, ſed ſiue ſoli ſiue aſſociati diurnũ nocturnumque officium reuerenter verbis diſtinctis peragant, & tali loco vnde à deuotione non retrahantur: ad quã ſe diſponere & præparare debẽt. Ex quo aperte habetur ꝙ hæc ſynodus tenuit p̃dictos clericos ab eccleſijs ſuis abſentes eſſe obligatos ad legendum in priuato horas canonicas. ℂ Tertia propoſitio. Clerici non beneficiati, neq; aliquo ordine ſacro inſigniti, ſed ſola ſimplici tõſura aut minorib9 ordinibus, nõ obligant ad horas canonicas. Veritas huius ꝓpoſitiõis patet ex cõſtitutiõe Baſileñ. ſynodi mõ allegata: q̃ ſpecialiter dicit quoſcũq; bñficiatos vel in ſacris cõſtitutos teneri ad horas canonicas: ꝑ qđ innuit alios ad eas eſſe de iure obligatos. Nã ſicut (vt dicit textus. c. q͞lis hic q͞ſq;. xxv. di.) qđ de vno negat, cõſequẽs intellectus eſt vt de q͞duſdã cõcedat: ita (vt notat gloſſa illius. c. cũ ſuis cõcordãtijs) qđ in iure de aliquo aut aliquibus dicit ſeu aſſerit, videt de alijs negari, p̃ſertim qñ ſunt cõſtitutiões pœnales ſeu oneroſæ, q̃ nõ ſunt extra ꝓprios terminos trahẽdæ & leuiter extẽdẽde: vt notat gl. in. c. ſciãt cũcti. i verbo alios. de elec. pote. li. vj. Itẽ generalis cõſtitutio eccleſiæ hoc habet, vt hmõi clerici nõ reputent obligati ad horas canonicas: ꝓpter quã Panor. c. j. de celeb. miſſa. credit eos poſſe excuſari. arg. c. cũ dilect9. de cõſuetu. Nã cõſuetudinis vſuſq; lõgæui nõ eſt vilis auctoritas. ca. ſeq. & xj. diſt. c. cõſuetudinis. & in his rebus in q͞bus nil ſtatuit diuina ſcriptura, mos ꝓp'li dei et iſtituta maiorũ ꝓ lege tenẽda ſũt. ibidẽ. c. i his reb9 Manifeſtũ eſt etiã eccleſiã nõ voluiſſe clericos ratione ſimplicis tõſuræ eſſe adſtrictos ad lectionẽ horarũ canonicarũ: q͞a admittit pueros q ſeptimũ ętatis annũ attigerũt, poſſe tõſurari: vt notat glo. ſuꝑ verbo infanti. in. c. nullus eps. de tẽp. ordi. lib. vj. & fundat in. c. de his. xxviij. diſt. certum aũt eſt in illa ætate paucos aut nullos inueniri idoneos ad lectionẽ horarũ canonicarũ. ergo. ℂ Quarta ꝓpoſitio. Clerici bñficiati qui nõ ſunt in ſacris conſtituti ordinibus, ſi nullos fructus aut nulla emolumẽta ſuorũ beneficiorũ recipiãt, nõ obligãtur ad horas canonicas: ſed ſolũ, qñ aliquid ex fructibus beneficiorũ ſuorũ recipiunt, aut incipit eis currere tẽpus pro quo in fine anni ſunt ex hmõi fructibus aliquid recepturi. Secũda pars huius ꝓpoſitiõis patet ex ijs quæ adducta ſũt in cõfirmatione primæ ꝓpoſitionis. Vnde Hoſtieñ. in ſumma in titu. de celeb. miſ. dicit ꝙ oẽs tenentur, etiam ſi ab eccleſia tenuem haberent ſuſtentationem: & ſibi imputent ꝙ

tale beneficiũ acceperũt.fundat in ca . horrendus.xxxij.q.v. cuius ca.textus nihil ad ꝓpoſitũ facit.ſed melius & efficacius hui9 dicti veritas fundat in ca.clericus victũ.xcj.diſti. vbi dicit textus loquẽs de clerico quẽ fructus ſui bñficij alere nõ poſſunt:Clericus victũ & veſtitũ ſibi artificiolo vel agricultura abſq; officij ſui dũtaxat detrimento ꝑparet.Ex quo textu ſequit ꝙ clericus tenues fruct9 bñficij recipiens vt ex eis viuere nõ poſſit obligatus manet ad lectionẽ horarũ canonicarũ.& ſimile hr̃ i põt ex.c.ſ.de celeb.miſſa.Prima pars huius ꝓpoſitiõis oſtendit:qa tota,ratio ꝓpter quã eccleſia voluit bñficiatũ ad legẽdũ horas canonicas eſſe obligatũ,accipit ex ap̃lo.ſ.ad Cori.ix.Qui altario deſeruiũt,cũ altario participãt,& ecõtra:ſicut apparet ex ca.cũ ſecundũ ap̃lm.de p̃bẽ.& digni.vbi ſic habet textus in prin.Cũ ſecũdum apoſtolũ q altari ſeruit,viuere debeat de altari:& q ad onus eligit,repelli nõ debet a mercede:patet a ſimili vt clerici viuere debeãt de patrimonio crucifixi,cui9 obſequio deputant &c.Idẽ hr̃ ex.c.extirpãdæ.eo.tit.Secũdo oſtẽdit eadẽ veritas ex regu.iuris in.vſ.Qui ſentit onus ſentire debet & cõmodum.& ecõtra,q̃ ex reg.iur.ciuilis eſt ſumpta.l.ſecundũ naturã.ff.de reg.iu.q̃ ſic dicit:Secũdũ naturã eſt cõmoda cuiuſq; rei eũ ſequi quẽ ſequunt incommoda.Tertio aperte videt idẽ aſſerere apoſto.ſ.ad Corin.ix.vbi dicit illud,Nõ alligabit os boui triturãti:ſcriptũ eſſe ꝓpter nos:qm̃ debet in ſpe qui arat arare:& q triturat,in ſpe ꝑcipiendi fructus.vbi dicit Ambro.ſup verbo nõ alligabis,ita:dñs ordinauit ijs q euãgeliũ annunciãt,de euãgelio viuere.ipſa em̃ naturalis ratio hoc habet,vt qs inde viuat,vbi laborat:quã rationem deus naturæ & cõuerſationi humanæ decreuit.Hic Nume. xviij dicit dñs ad Aarõ,Filijs Leui dedit oẽs decimas Iſrael in poſſeſſionẽ pro miniſterio quo ſeruiunt mihi in tabernaculo fœderis.&.ij.Paralip.xxxj.rex Ezechias præcepit populo habitanti Hieruſalem vt daret partem ſacerdotibus & leuitis,vt poſſent vacare legi dei.Et mirũ eſt Petrum de Pal. in.iiij.diſt.xv.q.v.arti.ſ.gñaliter aſſeruiſſe quoſcunq; beneficiatos exiſtentes in pacifica poſſeſſione.aut ſi non ſint, ſed eorum



torũ negligẽtia accidit,eſſe obligatos ad horas canonicas ſiue aliquid recipiãt ex fructibus beneficiorũ ſuorũ,ſiue nõ: qđ (ſicut ex præmiſſis patet) non videt veritatẽ habere,niſi ſaltẽ qñ habenti poſſeſſionẽ beneficij fructus debent de iure ſeu cõſuetudine,ſic ꝙ ſine eius cõſenſu nõ poſſent alteri applicari.ſi vero habẽs bñficiũ,ſolũ poſſit ꝑcipere fructus bñficij ex gratia aut priuilegio,& ideo nullos fructus beneficij accipit:nõ credo eũ obligatũ ad horas canonicas legẽdũ. Nec eſt neceſſariũ ſequi ſentẽtias doctorũ multorũ, vbi rationes efficaces aut multũ ꝓbabiles nõ habẽt:vt docet Augu.in.c.ego ſolis eis ſcripturis.ix.diſt.& ad cõtrariũ ratiões ꝓbabiles adduci poſſint.Quinta ꝓpoſitio. Clericus beneficiatus excõicatus ſi nõ ſit in ſacris ordinibus cõſtitutus ꝓ tẽpore quo manet excõicat9 , nõ videt eſſe obligatus ad legendũ horas canonicas.Patet ex præcedenti ꝓpoſitione,& eius ꝓbationibus:quia talis pro rata tẽporis quo manet excõmunicatus & irregularis,quãuis nõ ſit bñficio priuatus, eſt tñ perceptiõe fructuũ ſeu emolumentorũ beneficij ipſo iure priuatus:& ſi quos fructus recipiat ꝓ ratã illius temporis,obligatur illos reſtituere.vt eſt cõis ſentẽtia multorum doctorũ,fundata extra de appel.in.c.paſtoralis.vbi dicit tex. in fine ꝙ illi ꝓuentus eccleſiæ merito ſubtrahunt.glo.rationẽ aſſignans illius dicit.Qui em̃ extra eccleſiã eſt,nihil nõie eccleſiæ põt poſſidere.xxiij.q.vij.c.quicũq;.&.c.ſi de rebus &c.vñ poſt longã diſceptationẽ dicit gloſſa in fine,Ego credo licet depoſito ꝓuideatur,ne in cleri opprobrium mẽdicare cogatur:ꝙ excõmunicato in nullo ſit prouidẽdũ,qui cõtemnit claues eccleſiæ,niſi forte fame periret. Hanc opiniõnẽ gloſſe ſequũtur Panor.Ioã.Andr.& plures alij doctores in dic.c.poſtoralis.ſecundum quorum opinionẽ propoſitio nunc dicta veritatẽ habere videtur:non ſecundũ aliorum opinionem,qui ponũt excõmunicatũ nõ eſſe ipſo facto priuatũ fructibus ſuorũ beneficiorũ.ſed textus videtur magis fauere alteri opiniõi,ſi bene cõſideretur & põderetur. Nam textus illius capituli reſpõdẽs ad ſecundam quæſtiõẽ dicit & cum excommunicatio executionem ſecum trahat,& per

denunciatiõem excõmunicatus nõ amplius ligeť, nõ obſtã
te appellatione poſt ſententiam excõmunicationis latam
ante illius denunciationem interpoſita põt iudex qui tulit
ſentẽtiam excõicationis, ipſum excõmunicatum denuncia
re, vt ab alijs deuitetur: & illi excõmunicato merito ſubtra
huntur fructus eccleſiaſtici, cui eccleſiæ cõmunio negatur.
Ex quo cõcludit Panor. ꝙ ſubtractio fructuum ideo nõ ſuſ
pendiť ꝑ appellationẽ, qa oĩno ſequiť ipſam excõicationẽ.
Notãter dictũ eſt in dicta ꝓpoſitione de beneficiato excom
municato q nõ eſt in ſacris: q excommunicatus irregularis
ſuſpenſus aut depoſitus habẽs aliquem ſacrorum ordinum:
ꝓpter ordinem quẽ retinet, licet ſit illius ordinis miniſterio
ſeu executiõe priuatus, obligatur ad horas canonicas, vt vi
detur eſſe cõmunis theorica doctorũ: priuate tamẽ eas dice
re debet. nõ cũ alijs publice ĩ eccleſia. Motiuũ Angeli in ſum
ma tit. de horis canonicis, q cũ alijs pluribꝰ doctoribꝰ videť
tenere oppoſitũ prędictæ cõcluſionis, cũ non ſit multũ effi-
cax: licet ab eius opinione recedere. Adducit enĩ primã gloſ.
c. legi. xvi. q. j. quæ dicit nullũ criminoſum ex ſuo crimine cõ
modũ debere reportare: ꝙ ꝗꝫ friuolũ ſit, cuilibet mediocri-
ter docto facile eſt videre. Sexta ꝓpoſitio. Clericꝰ q nõ eſt ĩ
ſacris cõſtitutꝰ, nec habẽs beneficiũ ex quo aliqd recipiat,
ſed ſolũ ĩ recõpẽſam bñficiorũ dimiſſorũ aut alio licito mo
do habet penſionẽ aut penſiones aſſignatas ad fructus bñfi
ciorũ aut monaſteriorũ: nõ obligať ꝓpter illas pẽſiones ad
horas canonicas. patet veritas huius ꝓpoſitiõis ex pdictis.
qa onꝰ legẽdi horas canonicas ĩuenit ex cõſtitutiõibꝰ & cõ
ſuetudine eccleſiæ tantũ impoſitũ alicui ratione ordinis ſa-
cri aut beneficij cuius fructus pcipit. Sed contra hãc ꝓpoſi
tionẽ videť militare v̄bũ apoſtoli ſupra allegatũ: Qui de al
tario viuit &c. Cũ igiť prędicti viuãt de patrimonio cru-
cifixi, videť ꝙ etiã ſeruire debẽt ꝑ lectionẽ horarũ, ſicut bñ-
ficiati teneň. Dicẽdũ ꝙ neqꝫ ex illo v̄bo apl'i, neqꝫ ex alio paſ
ſu ſcripturę ſacrę cõcludi põt aliqͦs eccleſiaſticos eſſe obliga
tos ad horas canonicas, ſꝫ ſolũ ꝙ ſũt obligati ad orãdũ, vel
alio modo deo et eiꝰ eccl'ſiæ ĩ ſpiritualibꝰ ſeruiẽdũ: ꝗꝫ obli-



gationẽ ad orãdũ quãtũ ad aliqs videlicet bñficiatos & ĩ ſa
cris cõſtitutos eccleſia limitauit & ſpecificauit ad ſeptẽ ho
ras canonicas q̄tidie legẽdas deuote, alios relinquẽs ſub gña
litate: & ideo illos de quibus loquiť ꝓpoſitio, cõcedẽdo eſſe
obligatos ad orãdũ pro illis q eccleſiæ fructus & emolumẽ-
ta q̃ pcipiũt, & patrimoniũ & redditus cõtulerũt ꝓ reme-
dio peccatorũ, vel ꝓ ſalute ac quiete animarũ ſuarũ, vt diciť
ĩ. c. indigne. xij. q. ij. ſed nõ obligať ad illũ ſpecialẽ modũ orã-
di q eſt ꝑ horas canonicas. Septima ꝓpoſitio, Laborãtes ali
quo morbo, ſimil'r ſenes ĩpotẽtes quos lectio horarũ cano-
nicarũ notabiliter grauat aut lædit ꝓpter corporis aut ſen-
ſuũ diſpoſitionẽ, nõ ꝓpter tędiũ aut deuotiõis defectũ: excu
ſanť, à lectione horarũ canonicarũ, nec obliganť ꝑ alios face
re legi: ſi tñ cõmode poſſunt in recõpẽſam ſuas oratiões di
cere, dicant. ꝙ ſi tãta ſit infirmitas, vt ſine notabili læſiõe ni-
hil legere poſſint, ſimpliciter liberanť, vt eſt cõis ſentẽtia do
ctorũ, qui hãc materiã ptractãt, arg. c. ſignificatũ. de p̃bẽ. &
digni. & habeť expreſſe. c. j. xcj. diſt. & etiã. c. clericus victum.
vbi diciť in fine, Clericus qui abſqꝫ corpuſculi ſui inæqualı
tate vigilijs deeſt. i. horis canonicis (q̃ dicunť vigiliæ ſecũdũ
Franciſcũ de zaba. qa cũ vigilia & attẽtiõe dici debẽt) ſtipẽ
dio priuatus excõiceť. Ex quo ſequiť arg. ab exceptiua ad al
terã exponentiũ, ꝙ ꝓpter ęgritudinẽ aut corporalẽ impotẽ-
tiã clericus excuſať ab officio diuino. & ꝗꝫuis textus loquiť
de vigilijs & de diuino officio qđ fit ĩ eccl'ia, ſimilis tñ ratio
eſt de horis legendis priuatim extra eccleſiã: qm̃ lex debet eẽ
iuſta, honeſta, poſſibilis &c. iiij. diſt. erit aũt lex. Octaua pro
poſitio, Studentes bñficiati aut in ſacris ordinibus cõſtitu-
ti, ꝓpter ſtudiũ nõ excuſantur à lectiõe horarũ canonicarũ.
Hanc propoſitionẽ ponit virtualiter beatus Tho. Quodli.
vj. art. viij. vbi quærit vtrũ clericus bñficiatus in ſcholis exi
ſtẽs teneať dicere officiũ mortuorũ. Ad quã q̄ſtionẽ reſpon
dens dicit, Clericus beneficiatus in aliqua eccleſia teneť di-
cere officiũ ſecundũ illius eccleſiæ modũ. Et cõſiderandũ ꝙ
officiũ mortuorũ aliqñ in eccleſia diciť ſicut ordinarie ꝑti-
nẽs ad eccleſiæ officiũ, ſicut in tota eccleſia in die animarũ

dicit officiũ ꝓ mortuis,& in qualibet eccleſia eſt aliqua ſu
per hoc ſpecialis cõſuetudo,vt ꝙ dicat ordinarie officium
mortuorũ ſemel in ſeptimana,vel qualitercunq; aliter ſcd̃m
certũ tẽpus:& ad hmõi officiũ mortuorũ tenet clericus bñ
ficiatus in aliq̃ eccleſia in ſcholis exiſtẽs,ꝑ qd̃ ſatiſfaciat mor
tuis quorũ recipit bona.Aliq̃n dicit officiũ mortuorũ in ec
cleſia extraordinarie ĩ aliqua eccleſia ꝓpter aliquã cãm ſpã
liter emergentẽ,ad preces ſcilicet alicuius ꝑſonæ,vel ꝓpter
aliqd huiuſmodi:& ad huiuſmodi officiũ mortuorũ nõ te-
net exiſtens in ſcholis.Hãc opinionẽ ſequit Petrus de Pal.
in.iiij.diſ.xv.de huiuſmodi clericis dicendo,ſi nõ habẽt bre-
uiariũ,nec habere poſſunt emendo aut cõmodãdo, excuſan
tur.Sed ſi emãt libros legales,medicinales et philoſophicos,
imò etiã theologicos,nõ excuſant:quia potius breuiariũ q̃
bibliam emere debent,ſi vtrũq; habere nõ poſſunt : & plus
addiſcere debent pſalteriũ & officiũ q̃ Philoſophũ. In hac
ſentẽtia eſt ſanior pars doctorũ iuris,vt Hoſtiẽ. paſſu ſupra
allegato in ſumma,Panor.& Io.An.in ca.ſ.de celebra.miſſa.
itẽ Franciſcus de zaba.in cle.prima eo.tit.q.v.& in cle. pri-
ma.de magiſtris.q.vij.Quorũ ſentẽtiã ſequunt Antoninus,
Angelus,& plures alij ſummiſtę.quorũ opinio videt hac ra
tione poſſe cõfirmari.Quæ largitione fideliũ ſunt ad certum
vſum deputata:ſalua ſedis apoſtolicę auctoritate non poſ-
ſunt ad aliũ vſum applicari:vt patet ex cle.qa cõtingit.de re
lig.domibus.nihil enim eſt qd̃ hominibus magis debeat,q̃
vt ſupremę voluntatis poſtq̃ iam aliud velle nõ poſſunt,li
ber ſit ſtylus,id eſt diſpoſitio.C. de ſacroſan.eccle.l.ſ.Sed red
ditus à laicis dati ſunt eccleſijs vt earum clerici orationibus
ſeu officio vices eorum ſuppleãt,& de ſuperfluo pauperes
alant:& ideo de reſcrip.lib.vj.c.fina.dicitur ꝙ propter offi-
cium datur beneficium. Quare recipiens fructus beneficij,
& non ſciens officium,cõtrectat rem alienam fraudulenter
inuito dño,& ſacrilegium committit: vt patet ex cap. indi-
gne.ſuperius allegato.xij.q.vbi dicit textus , Valde iniquũ
& ingens ſacrilegium eſt,vt quocunq; vel pro remedio pec
catorum,vel pro ſalute ac requie animarum ſuarum vnuſ-



quiſq; venerabili eccleſiæ cõtulerit,aut certe reliquerit:ab ijs
a qbus maxime ſeruari cõuenit,ĩ aliud trãſferri aut cõuerti
ꝑmittat.ꝓpterea q̃ prædia eccleſiæ aliter q̃ tradita ſunt pe-
tierit vel acceperit aut poſſederit:quo iratus deus animas ꝑ
cutit,anathemate feriatur.Cũ igit ex diſpoſitione,aut aliquo
priuilegio nõ cõſtet eccleſiã aut ſummũ pontificẽ relaxaſſe
aut cõmutaſſe illud onus legẽdi horas canonicas ꝓpter ſtu-
diũ literarũ,ſeqtur ꝙ ſtudẽtes beneficiati recipiẽtes fructuũ
beneficiorũ portionẽ etiã quãuis tenuiſſimã,licet nõ ſint in
ſacris ordinibus cõſtituti, nõ excuſant quotidiana lectione
horarũ canonicarũ: quinimo omittentes nõ faciũt fructus
ſuos:ſed ſi quos receperint,illos reſtituere tenẽtur . Cuius ꝓ-
bationẽ & deductionem cauſa breuitatis nũc omitto . Mo-
tiua Henrici Boyc tenẽtis cõtrariũ in capi.ſ.de celebra. videã
tur parui momenti.Primo ex gl.cap.cũ omnes.de cõſtitutio
nibus,quã ꝓ ſe allegat,nõ plus habetur q̃ quòd cõſuetudo
valet ꝙ clericus abſens percipiat fructus beneficij,non ꝙ à le
ctione horarũ excuſetur.Etiã ex cap.cũ ex.lib.vj.& ex cap.re
latũ.de cle.non reſi.nihil aliud concludi poteſt q̃ ꝙ bñficiati
propter ſtudium licite abeſſe poſſunt à ſuis beneficijs habi-
ta diſpenſatione ſuperioris,vt patet inſpicienti textus illorũ
capitul.Nona & vltima propoſitio. Obligati ratione bene-
ficij aut ordinis ad legendum horas canonicas, ſi faciunt le-
gi per alium,non liberãtur.Probatur:quia hoc onus eſt me
re perſonale perſonis ratione beneficij aut ſacri ordinis im-
poſitum : quale eſt onus ſeu præceptum de quadrageſimali
ieiunio. Sicut ergo obligatus ad quadrageſimale ieiunium
non liberatur ſi alius pro eo ieiunat:ita nec obligatus ad ho
ras canonicas, ſi alius pro eo legat.Similiter etiam de fructu
labiorum quẽ ipſi tenentur perſoluere, vt dicitur in clemen.
graui,de celeb.miſſa . ad cuius perſolutionem induſtria per-
ſonæ videtur electa . Quæ autem alicui committuntur ſeu
iniunguntur propter induſtriam perſonæ , non poſſunt per
alium impleri,iuxta textum & notata doctorum in cap . fi-
na.de offic.iud. deleg.niſi forma commiſſionis expreſſe ha-
beat vt id ꝑ alium expediri valeat : vt habetur in ca . is cui.

eodē titu.li.vj.Et hæc ſunt ꝓbabiliter dicta ſub correctione melius ſentientiū.Nec contra hanc propoſitionē facit.c.pue nit.ſcd̄m ꝙ Boyc ꝓ ſe allegat ſentiēs contrariū:qa illud.c.lo quit ſolū de officio publice in eccleſia faciēdo,nō de illo ad quod clericus obligat̄ etiā in priuato dū rationabiliter ab eccleſia abeſt.¶ Ad rōnes ad oppoſitū,Ad primā dr̄ ꝙ li cet ſcd̄m caſum illius.c.aliqs reſidēs excuſet̄ ab intereſſendo diuinis officijs in eccleſia ꝓpter euidentē eccleſiæ vtilitatē, q̄ nō cōpatit̄ ſimul actualem p̄ſentiā in eccleſia tp̄e quo fit diuinū officiū:nō excuſatur tñ ab officio horarum canoni carū extra chorū dicendarū:imò (vt dicit Antoninus ī ſuma) tenet̄ legere horas vel equitando,vel ſtando,aut ī camera ſedendo.Studiū vero literarū propter vtilitatē eccleſiæ bene excuſat à reſidentia ſaltē ad tp̄s ab eccleſia ī qua beneficiatus aliter reſidere tenet̄,vt patet ex.c.cū ex eo.ibidē allegato. nō tñ excuſat à lectione horarū canonicarū in priuato:quia nō eſt ſtudio incōpatibilis.Pauci enim ſtudētes inueniunt qui in ocio & vanitate non impendant plus tp̄is q̄ requirat̄ ad lectionē horarum canonicarū.Ad ſcd̄am rationē negāda eſt etiā conſequētia:qa ſicut dictū eſt in ſexta ꝓpoſitiōe,onus legēdi horas canonicas nō eſt impoſitū oībus ſuſtentationē vitæ vel in toto vel in parte ꝑcipiētibus ab eccleſia:ſed ſolis bn̄ficiatis,aut aliquo ſacrorū ordinū inſignitis.Ob quā aūt cām decimæ aliquæ ſunt cōceſſæ laicis,& ab eis licite teneri poſſunt,alterius eſt ſpeculationis ideo nunc trāſeo.Ad motiua ſeu fundamēta adducta ꝓ opinione illorū q dicunt oēs clericos eſſe obligatos ad horas canonicas, reſpōdendū quia non concludūt neq̄ efficaciter oſtendunt veritatem illius opinionis.Et ad primum fundamētum patet ꝙ textus adducti loquuntur de clericis beneficiatis,ſiue eccleſijs aſſcriptis,ſiue in ſacris conſtitutis:qui obligantur propter ſtipendium ab eccleſia perceptum aut ratione ſacri ordinis in eccleſia officiare,& diuina celebrare:quod ſatis patet ex.c.ſi.xcij.diſ.allegato,vbi dicitur.Si quis preſbyter aut diaconus vel quilibet clericus eccleſiæ deputatus,ad quotidianum pſallendi officium matutinis vel veſpertinis



horis nō couenerit.deponat̄ à clero.vbi Archidia.dicit hāc particulā,eccleſiæ deputat9,determinare hāc particulā quilibet clericus,ſupple in minoribus cōſtitutus:nō aūt illam,ſi qs p̄ſbyter aut diaconus,ex quo ſecundū eū innuitur ꝙ clericus in minoribus cōſtitutus niſi ſit eccleſiæ deputatus,hoc eſt bn̄ficiat9,nō tenet̄ ad illud pſallēdi officiū de quo loquit̄ textus illius cap.Ad ſecūdū fundamentū dico cū Pal.in.iiij. diſt.xv.ꝙ clerici qa ratione clericalis tōſurę aut minorū ordinū diuino cultui aſſcribunt̄,vt oſtēdūt text9 ibidē allegati,& etiam cap.de his.xxvij.diſti.& etiā qa gaudent priuilegio clericali:quāto tēpore illo gaudēt,debēt recōpēſare aliq̄ ſpirituali officio.quare bene decet vt epiſcopus aliquid ſpirituale eis iniungat,ꝓpter quod infantē aut illiteratū tonſurare nō debet.vt in cap.nullus,de tēpo.ordinā.li.b.vj.ſed maiorem īfante,qui aliqd deuote dicere ſeu orare poſſit.Nec verbū illud Pſalmiſtæ,Septies in die laudē &c.infert aliquē eſſe obligatū ad ſeptē horas canonicas:qui ſicut eſt dictum,ille modus orandi eſt ex inſtitutione iuris humani,non iuris diuini:neque concludit aliquē clericū beneficiatū aut non beneficiatū ad ſepties quolibet die orandū eſſe obligatum. Pro cuius intellectu notandū ꝙ ſicut dicit Augu.in expoſitione Pſalte.cxviij.pertractans illud verbū ꝓphetæ,numerus ſeptenarius vniuerſitatis indiciū eſt.Vn̄ dicit in illo verbo ſapientis poſito Prouer.xxiiij.Septies in die cadit iuſtus, & reſurgit:dictū eſſe ſepties cadit,pro omni genere tribulationis qua in conſpectu hominū deijcitur:iuſtus & ꝓ eo ꝙ ipſis omnibus tribulationibus proficit,poſitum eſt reſurgit.Hinc Caſſiodorus,Si ſpiritualiter intēdas,cōtinuationem magis dictam ſapienter aduertis:vt eſt illud,Benedicam dn̄m in omni tempore:ſemper laus eius in ore meo.& Amb.tractans illud ꝓphetæ in expoſitione prędicti Pſal.dicit,Puto magis ꝙ purus & quietus & vacuus omni onere delictorū declaretur affectus,vt ſine illis iracundiæ imprecationibus,aut flagitioſæ cupiditatis incendio deferatur oratio.De quibus patet ex prædicto verbo ſolum concludi poſſe efficaciter deū oratione aut alio ſancto opere eſſe laudan-

dum quantũ oportet & neceſſarium eſt cuiq; ex cõditione
ſui ſtatus: non ꝙ ſeptẽ vicibus ſit in die à quolibet etiã ec=
cleſiaſtico orationibus diſtinctis laudãdus.& quãuis tex.in
prin.de celeb.miſ. videatur inniti illi ꝓphetæ verbo dicens
ſeptẽ horas canonicas à præſbytero eſſe quotidie perſoluen=
das: nõ tñ innititur tanq̃ principio concludenti preſbyterũ
ad illũ ſeptenarium horarũ & orationũ iure diuino eſſe ad=
ſtrictũ,ſed tanq̃ principio ex quo accipit rationẽ congrui=
tatis ꝓpter quã ſancti patres conſtituerũt ſeptem diſtinctis
vicibus per ſeptẽ horas canonicas quoq; die à clerico bene
ficiato aut in ſacris cõſtituto deũ eſſe laudandũ,ſicut in ca.
nõ debent.de conſang,& aff.rationẽ cõgruitatis prohibitio=
nis matrimonij carnalis vſq; ad quartũ gradũ incluſiue &
nõ vltra,conſilium accepit ex hoc ꝙ quatuor ſunt humores
in corpore: vt patet inſpicienti textum illius capituli.

¶ Vtrum brauium ſeu ſummam pecuniariã Brugis vel ali
bi conquiſitam per ſortes,quã quidam vocant ludum ollæ,
vulgo inde lottinge of otterie,poſſit quis bona conſcientia
poſſidere,& tanq̃ iuſtum lucrum retinere.

PRO DECISIONE
Huius q̃ſtionis primo præ
mitto: Lucrum aliquod ex
hoc nõ debet cẽſeri illicitũ
ꝓhibitũ ſeu reſtitutiõi ob=
noxiũ,ꝙ fortunæ innititur,
ſeu ex fortuna ꝓueniat,nõ
ex hoĩs induſtria aut labo=
re. Veritas huius p̃ambuli
patet,q͂a ſi lucrũ aliq͂d debe
ret cenſeri ꝓhibitũ & reſti=
tuendũ quia fortunæ inniti
tur,ſequeret̃ ꝙ omne lucrũ cõquiſitũ ex diuiſoria ſorte eſſet
illicitũ,& tanq̃ iniuſtũ reſtituẽdũ.ſed hoc ẽ falſum.ergo &c.
Sequela patet,q͂a oĩe tale lucrũ innitit̃ fortunæ. Falſitas pa
tet ex dictis ferme oĩm doc.de hac materia loquẽtiũ. Vnde
ſctũs Tho.ij.ij.q.xcv.art.viij.inquit,Si ſortialiũ effectuũ ex=



pectetur euẽtus à fortuna(qđ ſolũ locum habet in diuiſoria
ſorte) nõ videt̃ habere vitiũ,niſi forte vanitatis: ſicut ſi aliq
nõ valẽtes aliquid cõcorditer diuidere,velint ſortibus ad di
uiſonẽ vti,quaſi fortunæ exponẽtes quis quã partẽ accipiat
iã indubitatũ eſt ſolũ vanitatis vitiũ nõ facere reſtitutioni
obnoxiũ aliqđ lucrũ,niſi iniuſtitia cõcurrat. Idẽ ſentit Ale=
xan.de hales.ij.parte ſummæ.q.clxxxv.mẽb.ij.& Ang.ĩ ſum
ma,in verbo ſors.§.ij.poſt gl.in ſumma.xxvj.q.ij. Idẽ etiã di=
cit Antonius.ij.par.tit.xij.cap.j.§.ix. ¶ Secũda p̃mitto: Lu=
crũ aliqđ ſeu diuitiæ ex eo nõ ſunt cẽſendæ iniuſtæ,& reſti=
tutioni obnoxiæ,ꝙ ſine labore aut induſtria poſſidẽtis ſint
cõquiſitæ vel habitæ: neq; etiã eſt ſemꝑ pctm̃ optare aliqua
tẽporalia aſſequi bona ſine labore ad illa ordinato , ſeu q͂ ſit
illorũ iuſtũ p̃ciũ. Patet Veritas huius p̃ambuli: q͂a aliàs diui
tiæ ex ſucceſſiõe parẽtũ,maiorũ aut lateraliũ cõſanguineo
rũ obueniẽtes eſſent iniuſtæ,& obnoxiæ reſtitutioni: cũ ſæ=
pe cõtingat illas obuenire ſine aliq̊ labore & induſtria poſſi
dẽtis: & tñ nullus doctus illas dãnat,aut reſtituẽdas aſſerit,
imò oĩs lex tales diuitias ꝓbat,cõcedit ac ratificat. Similiter
nullus dicit bona cõquiſita titulo liberalis donationis factę
ab aliquo diuite potẽte ſua,donare,eſſe iniuſta,aut reſtitu=
tiõi obnoxia: q̃ tñ ſæpe ſine labore & ĩduſtria donatarij par
ta ſunt. Neq; etiã quiſq̃ perit9 diceret eſſe pctũ ſi q͂s optet
vel à deo,vel à fortuna,vel titulo liberalis donatiõis ſibi ob=
uenire aliqua tẽporalia ad vitã & honeſtatẽ ſtatus cõducẽ
tia,vt ſine ſolicitudine illorũ acquiſitiõi adhibẽda poſſit li=
beri9 deo inſeruire,aut alteri pio operi intendere. ¶ Tertio
p̃mitto ꝙ lucrũ aliqđ ex eo nõ debet cẽſeri iniuſtũ & de ne
ceſſitate reeſtituendũ,ꝙ ex cupiditatate auaritia negociatio
ne ꝓhibita vel opere peccaminoſo ſit acquiſitũ,ſi nõ ĩterue
nerit fraus,dolus,deceptio,extortio,metus,vis aut aliud ſi=
mile reddens lucrũ illud iniuſtũ iniuſtitia oppoſita iuſtitiæ
cõmutatiue. Vñ q͂ ex auaritia iuſta neceſſitate excluſa nego=
ciat̃ in die feſto,aut facit op9 mechanicũ tũc ꝓhibitũ,nõ te
net̃ lucrũ iuſtũ inde ꝓueniẽs reſtituere,ſed tenere põt: ſicut
dicit dñs Petr9 de palude in.iiij.d.q.iij.cõclu.iiij.de lucro ꝓ=

ueniente ex meretricio, lenocinio,& hiſtrionatũ, Idẽ ſentit
Angelus in ſũma, reſtitutio.j.§.vj. ver.turpe lucrũ. Et ratio
hũi9 eſt, qa ſicut pulchre declarat Tho.ij.ij.q.lxij.art.j. reſtitu
tio ẽ act9 iuſtitiæ cõmutatiuæ: ita ꝗ obligatio ad reſtituẽdũ
oriť ex læſiõe illi9 iuſtitiæ, Sed qui negociatiõe ꝓhibita ſeu
actu vetito mercãdo aut titulo donatiõis aliqd cõſequiť. ni
hil agit cõtra iuſtitiã cõmutatiuã. ergo nõ obligať reſtitue-
re. Et quãuis Inno.in.c.qa plerieq;.de imunitate eccleſiarũ vi
deať ſenſiſſe ꝗ ſic acquiſita debeãt reſtitui ſaltẽ pauperibus,
cuius ſniam plures doctores ſequunť, p̃ſertim canoniſtæ: il-
lorũ opinioni nõ eſt ſtandũ, cũ nõ ſit iure fundata, neq; aliq̃
efficaci rõne ꝓbata,: neq; ꝓ iſtorũ opiniõe,& cõtra p̃dicta
faciũt.c.cũ ſi.&c.c.ad liberãdã.de iudæis &c. In quorũ primo
ſtatuiť ꝗ iudæus aut paganus in chriſtianos vim ptãtis ſeu
p̃fecturæ exercẽs, qa tale officiũ eſt ei interdictũ, teneť qcqd
rõne illi9 officij à chriſtianis accepit, reſtituere, et pauperib9
diſtribuere. In ſecũdo vero ſtatuiť ꝗ q arma, galeas, naues
&c. infidelibus inimicis crucis Chriſti vendunt, ſeu ad eos
deferũt: debent totũ qꝺ' ex illis ꝑceperint,& tantũdẽ de ſuo
trãſmittere in ſubſidiũ ſanctæ terræ: qa talis vẽditio eſt eis
vetita: qa cõſtitutiões eorũ capitulorũ ſunt pœnales tñ:&
ideo cũ ſint odioſæ, ad aliás negociatiões illicitas q̃ ſine do-
lo fraude aut calũnia fiũt, extẽdi nõ debẽt, iuxta regulã iuris
Odia reſtringi oportet &c. ¶ Quarto p̃mitto: Factum ſeu
opus aliqꝺ' ſi publicam ſiue cõem afferat vtilitatẽ ſpiritualẽ
aut tꝑalẽ, ex hoc nõ bebet cẽſeri illicitũ aut peccaminoſum,
ꝗ ex illo aliq aut plures ꝓuocanť ad pctm̃, p̃ſertim occaſio
ne magis accepta q̃ data. Veritas huius p̃ambuli patet, qa
aliás illicitũ eſſet fabricare gladios & arma,& ea venalia of-
ferre, cũ ex illis plures accipiãt occaſionẽ cõtra iuſtitiã alijs
nocẽdi. ſimiľr illicitũ eſſet prĩcipi aut alicui cõitati iuſtũ bel
lũ gerẽti offerre ſeu ꝓponere oĩb9 volẽtibus ei in militia ſeu
exercitio bellico ſeruire, amplũ ſtipẽdiũ, ꝓpterea ꝗ multi ve
riſimiliter nõ amore iuſtitiæ, ſed magis ſpe obtinẽdi ſtipẽdij
alliciant illi ſeruire, ſuã vitã velut venalẽ offerẽtes: ĩ q̊ grauiſ
ſime peccãt. Nã (vt inquit Cãcelari9 Pariſiẽſis in ſuis regulis



moralibus) in guerris faciẽdis, q̃ malis innumeris plenę ſunt
ſola vtilitas reipub. eos excuſat à pctõ, q̃ vtilitas eſt cõſerua
tio patrię, aut euitatio dãni publici notabiliter peioris quã
ſit dãnũ particulare ex guerra ꝓueniẽs. ¶ His p̃miſſis po-
nunť aliq̃ ꝓpoſitiones. Prima eſt. Ludus ollæ, de quo in qõ
ne fit mẽtio, nõ eſt ex ſe illicitus, iniuſt9 ſeu ꝓhibit9. Proba
tur. Ille lud9 nulla lege ꝓhibeť, neq; naturali, neq; diuina,
neq; hũana poſitiua: ergo nõ debet cẽſeri illicit9 ſeu iniuſt9.
Cõſequẽtia nota eſt. Antecedẽs patet, ꝗ nõ lege diuina, neq;
humana: qa neq; in ſcriptura ſacra neq; codicibus iuris hu-
mani inuenit aliqua lex hũc ludũ ꝓhibẽs: niſi dicať illa lege
eſſe ꝓhibitus qua ꝓhibeť lud9 alearũ aut taxillorũ, ꝓpter
ſimilitudinẽ vnius ad alterũ. ſed hoc dici nõ põt, vt infra de
clarabiť. ergo &c. Nõ etiã lege naturali qua ꝓhibeť oĩs iniq
tas, põt intelligi ꝓhibitus: qa vel hoc eſſet ex eo ꝗ innititur
fortunæ, aut ꝗ aliqui ꝓuocanť ad aliquod lucrũ auare ſeu
inordinate q̃rendũ, aut ꝗ ſit ex ſe vanus & inutilis. Neutrũ
duorũ primorũ dici põt, vt patet ex primo & quarto p̃am-
bulis. Neq; etiam tertium, qa vt p̃ſupponiť, ludus ille pra-
cticatur vt cõitas Brugẽſis aut alia aliqd acqrat vnde ſoluat
cõia debita, ſeu alleuietur in cõibus oneribus, quo poſſint ci
ues quo velint liberius proficiſci. ex cuius cõitate ſalute &
proſperitate, multorum ſalus & proſperitas pendent. quare
non videtur illicitum hoies tardos ad piam ſubuentionem
faciẽdam allicere ſpe alicuius brauij aſſequẽdi vt illã faciãt.
Eſt enim opus maxime pium ſubuenire alicui deſolatæ pa-
triæ, ciuitati, aut communitati fidelium, argumento.l.ad in-
ſtructiones itinerum.C.de ſacroſanctis eccleſijs. ¶ Secunda
ꝓpoſitio. Legibus humanis prohibẽtibus ludum alearum
aut taxillorũ non eſt cenſendus prohibitus ludus ollæ ꝓbať
leges prohibentes ludũ alearum aut taxillorum, nullam fa-
ciunt mentionem de ludo ollæ, neq; à paritate rationis poſ-
ſunt intelligi extenſæ ad ludum ollæ: cum ratio ꝓhibitionis
ludi alearum locum non habeat in ludo ollæ. Nam cauſa ꝓ
pter quam ludus aleæ legibus fuit prohibitus, non eſt quia
fortunæ innititur: quoniam ſic omnis ludus aleæ eſſet pro-

hibitus,q̄đ tñ falſum eſt,qa leges nõ ꝓhibent ludere ꝑ mo=
dico,ſeu cã cõuiuij:vt paret ex.l.q̄đ in cõuiuio. ff.de aleato=
ribus.ſed cã ꝓhibitionis eſt vel fuit(vt dicit Petrus de palu.
in.iiij.d.xv.q.iij.art.v.)ꝙ perdẽs in illo ludo ſolet blaſphema
re,vel ꝙ hoĩes in ludo alearũ aut taxillorũ ſolẽt totã eorum
ſubſtãtiã breui tp̃e cõſumere,et đ paupari:q̃ regulariter nõ
cõtingũt ĩ ludo ollę, q̄ magis eſt ſimilis ſorti diuiſoriæ q̃ lu
do aleę.Et iõ Angelus in ſumma in verbo ludus. §.iiij. dicit
hos ludos nõ eẽ ꝓhibitos qa mali ſunt, ſed iõ malos eſſe qa
ꝓhibiti ſunt,et ꝙ cã ꝓhibitiõis ſunt mala q̃ cõiter ex ipſis ſe
quunť.q̃ qa cõiter nõ eueniũt in raro ludẽtibus,ſicut in ſępe
ludẽtibus:iõ dicit ꝙ ꝓhibitio nõ extẽdiť niſi ad deſeruiẽtes
talibus ludis,hoc eſt ad frequẽter ludentes:vt etiã videť ſen
tire gl.in ca.epiſcopus.xxxv.diſt.ſup ṽbo deſeruiẽs. Et ꝙ di
cit Angelus de cã ꝓhibitiõis,expreſſe fundať in cõſtitutiõe
græca q̃ habeť.l,fi.C.de relig.& ſump.fu. Hæc aũt ꝓhibitio
legũ ciuiliũ(vt cõiter dicũt doctores)abrogari põt ꝑ cõtra=
riã cõſuetudinẽ:imò vbi nõ eſſet ſic abrogata,nõ tñ ligat ni
ſi ſubiectos legibus ĩperialibus:quales fortaſſis hodie pau=
ci aut nulli ſunt:vt dicit doctor ſubtilis in.iiij.diſt.xv.art.iij.
cũ ferme oẽs nũc vtanť legibus municipalibus.quare ex ꝓ=
hibitione ludi alearum facta ꝑ leges ciuiles aut canones pu
re humanos,parũ aut nihil concludi poteſt pro prohibitiõe
ludi ollæ.Ex his ſequiť ꝙ Cõrardus in libello ſuo de cõtra=
ctibus.q.lxxj.non recte eq̄parat p̃dictũ ludũ ollæ ludo alea
rũ aut taxillorũ,cum plures ſint circũſtantiæ ſępe deprauã=
tes ludum alearũ,quæ non cõcurrũt in ludo ollæ.Nã ludus
alearũ aut taxillorũ ludẽtes in ocio detinet,& diſtrahit à cõ=
ſideratiõe vtiliũ & laudabiliũ operũ:q̄đ nõ facit ludus ollæ
ex ſui natura.Etiã ex ludo aleæ nunquã vel raro poteſt ꝓcu
rari vtilitas cõis,quẽadmodũ põt ex ludo ollæ, vt ſupra di=
ctũ eſt.Tertia ꝓpoſitio.Ludus ollę ex hoc nõ debet cenſeri
illicitus ſeu ꝓhibitus,ꝙ fiat ſpe lucri conſequẽdi,p̃ſertim ſi
lucrũ illud ordinetur ad cõmunẽ vtilitatẽ,aut priuatã ꝓ ho
neſta cõſeruatione vitæ & ſtatus hominis. Patet veritas hu
ius ꝓpoſitionis quia ſi ſpes ſeu deſiderium lucri deprauaret



ludũ ollæ:etiã deprauaret oẽm negociationẽ,& oẽ opus me
chanicũ,itẽ et oẽm ludũ quãtũlibet artificioſum:q̄đ tñ cõi
ter negãt doctores.Pauci em̃ ſunt aut nulli q̄ negociationẽ
aut opus mechanicũ exerceant niſi ꝓpter lucrũ aſſequẽdũ,
ſæpius ad priuatã v[illegible]tatẽ relatũ,q̃ ad cõem.Quòd ſi dicať
ſpes lucri expectati à fortũa deprauare illũ ludũ, hoc falſum
eſt:qa lucrũ aliq̄đ nõ eſt ideo illicitũ,ꝙ expectať à fortuna,
vt patet ex primo p̃ambulo.Etiã cõitas Brugenſis aut alia
lucrũ q̄đ expectat ex ludo ollę,nõ habet à fortuna,ſed ex im
poſitiõibus diuerſarũ ſummarũ pecuniæ ꝑ hoĩes factis alle=
ctos ad illas impoſitiões faciẽdas ſpe alicuius p̃mij aut bra=
uij aſſequendi à fortuna ſeu ex ſorte diuiſoria.Quarta ꝓpo=
ſitio.Ludus ollę ſicut ab aliquibus ciuitatibus aut cõitati=
bus interdũ practicať,iniuſtitiã ſeu iniquitatẽ videť habere
annexã,q̃ñ creditores illius ciuitatis ſeu cõitatis cõpelluntť
inuiti credita exponere ſorti metu illa aut illorũ partẽ perdẽ
di,ſeu nũquã illorũ [illegible]tionẽ aſſequendi. Veritas huius ꝓ=
poſitiõis patet,qa ſi[illegible]dicit doc.ſanctus.j.ij.q.xcvj.art. iiij.
Lex eſt iniuſta q̃ñ o[illegible]a cõis nõ ęqualiter ſecũdũ ꝓportio
nẽ geometricã ĩponit ſubditis.ſed nulla apparet ratio qua=
re creditores alicuius ciuitatis debeãt magis ferre onera illiꝰ
ciuitatis q̃ alij non creditores:ergo irrationabile & iniuſtũ
vr̃ illos cõpellere metu ꝑdẽdi ſua credita ſeu nũquã ſolutio=
nẽ aſſequẽdi,vt ſua credita ſorti exponãt ſeu ludo ollæ:q(vt
p̃ſupponiť)practicať ꝓpter alleuianda onera cõitatis. Quĩ
ta propoſitio.Lucrũ ex ludo ollę cõquiſitũ nõ debet cenſe=
ri illicitũ,iniuſtũ,ſeu reſtitutioni obnoxiũ,ꝙ ſpe lucri cõſe=
quendi quis certã ſummã pecuniæ ad ſortẽ ſeu ludũ ollę im
poſuit,etiã ſi ex ſola auaritia ſeu cupiditate inordinata illud
lucrũ appeteret.Prima ꝑs huius ꝓpoſitionis patet ex decla
ratione.iij.propoſitiõis ſupius poſitæ.Nã vt declarat Tho.
ij.ij.q.cxviij.art.j.nõ oĩs appetitus lucri aut diuitiarũ eſt illi=
citus,vt puta q̃ñ hõ eas ſolũ q̃rit inquantũ ſunt ei neceſſa=
rię ad vitã ſe[illegible]cõditionẽ ſui ſtatꝰ.Idẽ ſentit Ariſt.iiij.Ethi
corũ circa p[illegible]tractãs de liberalitate.Et Cicero.j.li.offi
ciorũ dicit:Nec vero rei familiaris amplíatio nemini nocẽs

eſt:neq; dici poteſt lucrū illud illicitū,aut ſpes illius lucri il=
licita qa expectat̃ ex medio illicito:qavt patet ex prędictis.
ludus ollæ nō eſt ex ſe illicitus,neq; aliqua lege ꝓhibitus.Se
cūda pars ꝓpoſitiōis patet ex tertio preambulo ſupius po
ſito.Nō em̄ oē lucrū ex auaritia q̄ſi[illegible] [illegible] iniuſtū,aut reſtitu
tioni obnoxiū:vt ſi quis ex ſola auaritia aut cupiditate inor
dinata acquirendi diuitias exerceat negociationē aut aliqđ
opus mechanicū,nō ꝓpter hoc tenet̃ iuſtū lucrū inde pce=
ptū reſtituere:vt oēs admittūt doctores.Sexta ꝓpoſitio.Lu
crum ex ludo ollæ cōparatū,ex eo nō debet reputari illicitū
iniuſtū aut reſtituendū ꝗ ſine induſtria & labore illius q ad
ludū impoſuit ſit cōquiſitū.Veritas huius ꝓpoſitiōis patet
ex ſecund[illegible] p[illegible]ambo prius poſito.¶ Cōtra p̄dicta adducūt
al[illegible]qui q[illegible] [illegible]cōtrarię opinionis:aliquas rationes, & docto
rū [illegible] [illegible]ates.Primo cōtra nūc dicta adducit Cōrardus
in l[illegible] [illegible]uo de cōtractibus,tract[illegible] [illegible].q.lxx[illegible] cōcluſione.ij.
qui dicit ludū ollæ po[illegible] reprob[illegible] ex [illegible]milibus fundamen=
tis quibus rep[illegible]bat lu[illegible] [illegible] ta[illegible]lorū aut alearū.Se=
cūdo ađ idē e[illegible] [illegible]abriel [illegible] [illegible] [illegible]iij.art.j.& cōſequē=
ter in [illegible]bio.v[illegible] [illegible]lens lucrū illud eſſe turpe lucrū , qđ ab
eccleſi[illegible] debe[illegible] [illegible] [illegible]enū.x[illegible] [illegible]j.c.clericus.&.xiiij.q. iiij.qm̄
multi.Oportet ē[illegible] ab oī [illegible]ecie mala abſtinere.j.ad Theſſa.
v.Preterea ſi laico nō licet mercari niſi propter neceſſitatē
aut pieta[illegible],vt dicit Alex.de Hales.iij.parte quæſtio.l. neſcit̃
quā ca[illegible] [illegible] allegabūt imponētes ad ludū ollæ, niſi ſolā aua
ritiā.Secundo adducit̃ hæc ratio.Lucrū ꝓueniēs ex ludo ol=
læ inn[illegible] fortunę & euentui fortuito ſine aliqua opa indu=
ſtria au[illegible] ſolertia lucrātis:ergo lucrās nihil habet iuris aut iu
ſti tituli in illo lucro,nō amplius q̄ in eo qđ quis lucrat̃ lu=
do alearū,cui lud[illegible] ollę oīno cōpandus eſt.Et iō q̄cūq; dicit
Angelꝰ de ludo alee,quē vocat diabolicū:dici poſſent de lu
do ollę,et illi applicari.Tenet cōſequētia: qa lucrū ocio cō=
patū,eſt illicitū,& iure diuino ꝓhibitū. Gene.iij. In ſudore
vultꝰ tui veſceris pane tuo.Cōfirmat̃.Mal[illegible] [illegible]ei poſſeſſor
dr̃ q cōtr[illegible] le.iterdicta mercat̃.ſed ludꝰ[illegible] [illegible]a ſiftis ē ludo
olęę oī iure ꝓhibitio.ergo &c.Ad has rōes [illegible]de prīo ad illđ



quod adducitur ex Cōrardo libro ſuo de cōtractibus, dico
ꝗ de eius opinione ſeu ſnīa parū curādū eſt,q in hac mate=
ria & pluribus alijs ſeipſum & alios ſępe paralogizat argu
mētādo ex principijs male intellectis.Secūdo dico ꝗ ludus
ollæ nō eſt oīno ſimilis ludo alearū aut taxillorū,neq; ex ſi=
milibus fundamētis pōt reprobari.Nō em̄ ludus alearū eſt
ꝓhibitus quia innititur fortunæ,vt patet ex primo p̄ambu
lo,ſed ꝓpter circūſtātias malas cōiter illū ludū cōcomitan=
tes:q̄ nō ſic cōcomitātur ludū ollæ,vt patet ex declaratiōe
ſecūde ꝓpoſitiōis ſupra poſite.Etiā ipſe Conrardus exp̄ſſe
aſſerit ludū fortunę poſſe fieri ſine pctō ſecluſis malis circū=
ſtātijs,& ꝓhibitione iuris poſitiui:q̄ ꝓhibitio locū nō ha=
bet i ludo ollæ,vt patet ex dicta ſecūda ꝓpoſitiōe.Tertio di
co ad id qđ adducitur ex Gabrielæ Biel,ꝙ in [illegible] arti il=
lius quęſtionis.xiij nihil aſſerit,ſed ſo[illegible] cita [illegible] do
ctorū opini[illegible] [illegible] hoc v[illegible] [illegible] xtr[illegible]
caſus pmiſſos & cō[illegible] [illegible] re=
ſtituere,aut erogar[illegible] [illegible] idē
in quarto notabi[illegible] [illegible] ne=
gatiuā,videlicet ꝙ nō[illegible] [illegible] e[illegible] is re[illegible] tendū,
præſertim vbi leges in[illegible] [illegible] [illegible] q̄ ibi[illegible] ſoluat
motiua cōtrariū opin[illegible] [illegible] B[illegible] [illegible] aliorū.V n̄ in.ij.
quæ.arti.ꝙ dicit q̄ quāuis aleator lu[illegible]rās aliquid notabile ab
aliquo quē nō attraxit,& q ſua donare poteſt,etiā ſine do=
lo & frande,peccet mortaliter:ipſum tamen a[illegible] l[illegible] reſtitu=
tionē de neceſſitate ſalutis teneri nō eſt certum euidenter.Et
in octauo dubio tertij art.exp̄ſſe magis ꝓ noſtra opiniōe lo
quit̃,q̄ ꝓ cōtraria opinione:vt patet illius dubij reſolutio=
nē intuēti.Quarto dico ꝙ ludus ollæ ex ſe nō habet ſpeciem
mali,licet aliqui occaſiōe magis accepta q̄ data ex illo ruāt
in pctm̄:ꝓpter qu[illegible] tam[illegible] non eſt ſimpliciter damnādus,
vt patet ex.iiij.præamb[illegible]o prædicto.Et quāuis haberet ſpe
ciem mali vt prętēditur,hoc tamē ſolum arguit ludū ipſum
eſſe prohibitum,non lucrum ex illo prouenie[illegible] [illegible] iniuſtū
prohibitū,au[illegible] [illegible]tutioni obnoxium,vt [illegible] [illegible] pręam
bul[illegible] Quarto [illegible] ad illud quod addu[illegible] [illegible] [illegible].de ha=

les,ꝙ imponentes ad laudem ollæ,poſſunt rationabiles cau-
ſas habere illius impoſitiōis,videlicet vt habeāt aliquid ero
gandum in pios vſus,vt habeāt aliquid ſibi neceſarium ſeu
conducens ad vitā,& honeſtatem ſtatus:pro cuius acquiſi-
tione non detrahantur ſeu impediātur ab alio opere pio vti
li,aut honeſto &c. Ad ſecundū adductum in contrarium ne
go conſequentiam.ad probationem dico ꝙ ex illo moriuo
probaretur ꝙ illicitū eſſet pro ſe & ſucceſſoribus emere red-
ditus.cū illi multis eos habentibus præſtent occaſionē ocij.
Secundo dico ꝙ licet ocium ſeu ocioſa vita ꝓprie loquen-
do de ocio,lege naturali & diuina prohibeatur:nulla tamen
lege ꝓhibetur quodcūq; lucrū ocio & ſine labore & indu-
ſtria lucrantis ad hoc ordinatis cōquiſitū:vt patet ex tertio
præan [illegible] Nec valet dicere ꝙ prohibetur Gene.iij. In ſu-
dore v[illegible] &c. quia ibi non præcipitur omnis conquiſitio
panis [illegible] bere fieri labore & induſtria hoīs:
ſed [illegible] inflicta generi humano ꝓpter
pec[illegible] parētis, [illegible] ſine labore alicuius aut aliquo-
rū e[illegible] co[illegible] ate hoīm n[illegible] dabit terra hoībus alimenta ne
ceſſaria:ſicut cū ibidem dicitur mulieri:In dolore paries fi-
lios tuos:nō ei præcipitur vt dolores partus ꝓcuret,ſed pre
dicitur ei futura pœna inflicta generi fœminarum.Non eñ
credo aliquis doct9 diceret mulierē peccare contra aliquod
præceptum ſi vel à deo ſupernaturaliter,vel arte medicinæ
vbi naturaliter fieri poſſet,procuraret partum fieri ſine do-
lore. Ad confirmationem dico ꝙ imponentes ad ludum olæ
nihil mercantur cōtra legum interdicta. Primo,ſicut patet
ex ſecunda propoſitione,ludus ollæ non eſt legibus interdi-
ctus.Secundo ſuppoſito ꝙ ludus ille eſſet legibus interdi-
ctus,vt ludus alearum vel taxillorum:tamē ſicut dicit Gab.
p[illegible]ſſu preallegato reſpondendo ad motiuum Bonauentu.lu
cr[illegible] non eſt interdictum:& ideo lucrans non poſſidet con
tr[illegible] interdicta. Et ſi quæratur quo titulo poſſidet:re-
ſp[illegible] eodem poſt Alexan.de hale[illegible] titulo interue-
nien[illegible]is [illegible] obligationis condicti v[illegible] parti placentis.

FINIS.